NOVUM TESTAMENTUM

GRAECE

PERPETUA ANNOTATIONE
ILLUSTRATUM
A
JO. BENIAM. KOPPE.

VOL. VI.

EPISTOLAE PAULLI
AD GALATAS EPHESIOS THESSALONICENSES

EDIT. ALTERA AUCTIOR ET EMENDATIOR
CURAVIT
TH. CHR. TYCHSEN.

GOTTINGAE
APUD JO. CHRISTIAN. DIETERICH.
MDCCXCI.

NOVUM TESTAMENTUM

GRAECE

PERPETUA ANNOTATIONE
ILLUSTRATUM
A
JO. BENIAM. KOPPE.

INSUNT

EPISTOLAE PAULLI
AD GALATAS EPHESIOS
THESSALONICENSES.

EDIT. ALTERA AUCTIOR ET EMENDATIOR.

GOTTINGAE
APUD JO. CHRISTIAN. DIETERICH.
MDCCXCI.

Prol
nepe
rxiffe
erepti
ff tal
plure
deoc
apin
mor
bitu
fas e
men
Pau
auct
qua

lun
def
ope
adi
pie
ime
iu
m
n
fi

LECTVRIS

S. D.

TH. CHR. TYCHSEN.

Prodit tandem, quae iam quinque abhinc annis parari coeperat, noua huius voluminis editio, cui non supervixisse b. auctorem, praematura morte rebus mortalibus ereptum, quis non doleat? Si quid tamen leuare potest talis viri desiderium, est hoc, quod sperare licet plures eius lucubrationes in lucem prodituras esse, adeoque vt in amicorum obitu doloris leuamentum capimus ex extremis muneribus, quae ab ipsis profecta amoris et amicitiae monumenta seruamus, sic nos habituros esse, si non tot ac talia, qualia a viuo sperare fas erat, aliqua tamen praeclari huius ingenii monumenta. In his iure numeramus hunc in epistolas Paullinas commentarium, qui nouis curis perpolitus auctus, emendatus ac omnino talis fere nunc prodit, qualem daturus erat ipse auctor, si per fata licuisset.

Typis iam exscriptum erat integrum Ed. I. volumen vsque ad Cap. III, 18. Ep. ad Ephesios, cum, defuncto auctore, reliquarum plagularum editorem operisque continuatorem quaerens libri redemtor, me adiret. Ego vero hanc prouinciam detrectare nec pietatis esse duxi, nec meo de literis vtcunque bene merendi studio consentaneum. Tradebatur mihi huius voluminis exemplar, quo vsus erat b. Koppius, multis lituris, multis ad marginem adlitis annotationibus scatens, quas mox perspiciebam, comparatione facta cum reliquis plagulis, typis iam exscriptis, con-

tinere ea, quae in noua editione exprimi voluerat. Haec igitur omnia summa cum fide et religione in paucas quae restabant plagulas transtuli; adeoque omnia, quae hac editione continentur, ipsius Koppii existimanda sunt.

Quantum autem in perpolienda et exornanda hac opera posuerit sollertiae, cuiuis facile patebit, qui vel vnum alterumue caput cum priore editione contulerit. Erat enim b. Koppius, si quis alius, seuerus suarum meditationum et opinionum censor, longe remotus ab ista siue desidia siue arrogantia, quae in iis, quae semel placuerint, secura acquiescit, quidquid contra moneatur ab aliis. Ille igitur nunquam non sua retractare, corrigere, illustrare, alio modo efferre, nemini minus quam sibi satisfaciens; et sunt in toto hoc volumine paucae paginae, quibus non superflua inducta, alia et meliora addita, alia rectius et accuratius tradita reperias. Vt tamen iis, qui de hac editione iudicium ferre cupiant facilior sit eius cum priore comparatio, loca aliquot indicabo, quae inprimis castigata sunt et retractata. In epistola ad Galat. Cap. II. passim C. III, 19. 20. Excursus de voce *αιων* plane refictus est, nempe paullo cupidius olim *mundi* significatum negauerat b. auctor. In altero excursu de voc. *υιος Θεȣ* multa immutata et deleta, vt etiam Exc. VII. In Prolegomenis Epist. ad Ephesios (quae nunc post Epist. ad Galat. solito loco collocanda erit) plura accuratius tradita videbis, respectu etiam habito ad ea, quae contra sententiam a b. Koppio probatam monita fuerant a b. Cramero in explicatione huius Epistolae vernacula. Interpretatio passim retractata et aucta, vid. C. I, 2 sqq. 20. II, 1. 2. 10. 20. III, 9. 13. 17. 18. 19. Cap. IV, 3. et in Epp. ad Thessalon. prima C. IV, 5. Ep. II. Cap. I, 11. II, 8. 17. tum Excurs. de regno Christi, pluribus locis insigniter auctum et castigatum.

Caete-

Caeterum an his locis omnibus posteriores curas probaturi sint lectores omnes, affirmare non ausim, cum in talibus suum quemque sensum et sententiam sequi fas sit. Fateor esse loca quaedam, in quibus aut plura deleuit b. auctor, quam malint plerique lectores, aut rationem secutus esse videtur doctam magis quam facilem et aptam. Sic in Exc. ad Gal. de formula υἱος Θεȣ in eam propendet sententiam, vt hanc formulam nusquam de diuiniore Jesu natura dictam esse statuat, resectis multis quae in Ed. I. dicta erant, in quibus nollem ea omitti, quae de locis Rom. I, 3. VIII, 3. et Ep. ad Hebraeos contra moneri possunt. In Exc. I. ad Thess. p. 94. Philonis de rege venturo locum (de Praem. et Poen. II, 423 sq. de execrat. p. 435. 437. ed. Mang.) vix video qua de caussa deleuerit. Epist. ad Ephes. III, 18. recte nunc, si quid iudico, πλατος κ. μηκος &c. ad templi imaginem relatum videbis; sed quod iam v. 17 hanc notionem inesse putauit, vix scio an omnino probari possit, quanquam egregie sententiam suam ornauerit b. auctor. Simplicitatis sane commendationem habet ea ratio, quae v. 16. 17 de incremento in virtutibus christianis, fide et amore mutuo intelligit (cf. loca laudata et IV, 23.) Similia moneri possent ad V, 19. VI, 17. 20. &c. vbi tamen equidem nolui de meo aliquid addere aut meum interponere iudicium, vt qui editoris tantum partes suscepissem. Duobus tantum locis Ep. ad Ephes. p. 75 et 122 pauca adieci, vncinis inclusa, et istic quidem, quod orationis series et interpretatio ipsi auctori probata, haec verba postulare videretur, hic autem, quia explicationem vsu loquendi parum confirmatam emendaturum fuisse b. auctorem monebat Xenophontis locus, margini adscriptus. Operarium vitia si quae extent, talia sunt, quae facile corrigat attentus lector; hoc tantum moneo in Exc. ad Thess. p. 96. l. 3. legendum esse *Nachmanidem* et in Ep. ad Eph. p. 75. col. II. ‏יאמר‎, p. 76. col. I. med. *omnibus.*

Reſtat vt de operis a b. Koppio incepti continuatione admoneam lectores, quam me ſuſcepiſſe ſupra declaraui. Factum hoc rogatu librarii, viri honeſti, auctore et ſuaſore Ill. Heynio, cuius ſumma ſemper apud me et fuit et erit auctoritas. Equidem ſatis ſentiebam, quam difficile ſit in prouinciam a tali viro adminiſtratam ſuccedere, et haeſitabam aliquamdiu, librorum etiam mole deterritus; ſed cum nec ab officio nec a ſtudiis meis aliena eſſet, vt qui in Lucae libros dudum molirer commentarium, rem ſuſcepi. Mox cum S. V. Pott, theologus Helmſtadienſis, per literas mihi ſignificaret, ſe iam publice operis continuatorem ſe profeſſum eſſe et in eius ſaltem ſocietatem venire cupere, lubens deceſſi epiſtolarum omnium interpretatione; gratum feciſſe putans emtoribus, quum et virum doctiſſimum in epiſtolis interpretandis cum laude verſatum eſſe conſtet, et citius nunc vniuerſum opus abſolui poſſit partito labore. Noſter in Matthaeum commentarius quando proditurus ſit, ſpondere non auſim; hoc tamen ſpondeo, nihil ei defuturum, quod repetita lectio, et aſſiduum ſtudium, meumque qualecunque ingenium ad eum ornandum afferre poſſint, vt Koppianae interpretationis laudes ſi aequare non liceat, ſaltem aemulatum me fuiſſe appareat. Dab. in Georgia Auguſta, D. XXIV. Jul. A. C. MDCCXCI.

PRAEFA-

PRAEFATIO PRIMAE EDITIONIS.

Novum Testamentum in tanta, qua jam abundamus, Editionum et Commentariorum multitudine, cum denuo emittere et annotationibus illustrare instituam, quo consilio id fecerim, quamque rationem et modum in eo perficiendo secutus sim, breviter monendi sunt lectores, ne aut prorsus temere, aut vago quodam et incerto consilio, operam omnem suscepisse videar.

Nemo facile, cui in interpretandis his N. T. libris paullo diligentius versari, librosque eos, unde interpretationis praesidia vulgo repeti solent, suo ipsius usu cognoscere et tractare contigerit, diffitebitur: *partim*, ad sensum multorum locorum N. T. ex linguae rationibus, inprimisque temporum istorum, quibus libri scripti sunt, ingeniique, quali tum homines utebantur, natura illustrandum, multa, quae superiorum interpretum doctrina et diligentia nondum sint occupata, adhuc superesse; *partim*, quae ab aliis utiliter jam fuerint annotata, eadem in variis tum commentariorum tum singularium observationum libris ita esse dispersa, ut non nisi

cum

cum magno laboris temporisque impendio, nec sine ampliore quodam librorum apparatu, colligi possint. Unde saepius accidisse tum aliis vidimus, tum ipsi experti sumus, ut a juvenibus inprimis litterarum ss. studiosis, quemnam in interpretando N. T. ducem ipsis potissimum eligendum putaremus interrogati, talem, in quo solo, maximam saltem partem, cum fructu et sine erroris periculo acquiescere possent, sciremus neminem. Ad Grotii quidem annotationes ablegamur omnes, et sane, ut quisque est doctior et verae artis interpretandi peritior, ita lubentius eum majorique etiam cum fructu usurum esse his Viri summi commentariis dubitari non potest; enimvero, vel hunc ipsum Grotium, inter interpretes caeteros omnes facile principem, partim suo tempore in multis hallucinari debuisse, quae nostra demum aetate, post tanta aliorum interpretum de N.T. bene merendi studia, multo clarius certius et felicius constitui possunt, nemo diffitetur; partim vero, etiam in locis iis, in quibus meliora sequi vel sua aetate Grotius potuisset, saepe tamen magis ex opinionum praejudicatarum levitate, quam e certis, ex usu loquendi locorumque contextu petitis, rationibus interpretari; alia denique loca innumera, eaque non raro e difficillimis et gravissimis, prorsus intacta praetermittere eum solere, queruntur omnes. In caeteris vero, si a Grotio discesseris, interpretibus singulis vel obrui videas tironum ingenia interpretationum sine omni delectu compilatarum multitudine, velut in Wolfii Curis; vel loca tantum nonnulla ad

ad taedium usque copiose explicata, alia vero, etsi multis difficultatibus impedita, plane silentio praetermissa; vel denique ad pios animi sensus excitandos, aut ad systematis theologici rationem confirmandam magis, quam ad sensum cujuslibet grammatice constituendum et illustrandum accommodatam interpretandi rationem, nisi cupidus sis rerum arbiter, deprehendas. Jam haec quidem cum ita esse tum admonitus ab aliis, tum meo ipsius usu, intellexissem, diu animum subiit optare, ut prodiret aliquando librorum horum N. Testamenti commentarius ejusmodi, in quo, omnibus iis, quae partim ad dogmaticam rationem pertinerent, partim usui populari et practico inservirent, (in quo utroque consilio, gravi sane et utili, ut cum fructu opera collocetur, singularem hominis curam et in eo consilio unice defixum studium requiri existimamus) praetermissis, in singulorum verborum, totiusque orationis sensum grammaticum, non passim et desultorie, sed constanti et per omnes libros aequabili ratione ita inquisitum esset, ut cum fructu, et, in plerisque saltem locis, sine gravis cujusdam erroris periculo uti possent eo ss. litterarum studiosi ii, quibus suo ipsorum ingenio quaelibet perlustrandi, et examinandi et aliunde colligendi, nec tempus suppeteret, nec occasio nec doctrina. Et tale quidem ut esset hoc ipsum opus, quod jam molior, non optasse me tantum, sed omni opera et studio meo annisum esse, nolo dissimulare ipse; num vero in eodem consilio perficiendo non plane infeliciter opera mea processerit, penes alios jam sit

 judi-

judicare. Neque tamen ipse ea sum vanitate, ut ei, quod ipse de tali libro animo conceperam, desiderio plane aut eximia quadam ratione satisfecisse videri velim; imo vero, in maxima et inexspectata adeo laude ponam hoc, si partim per omne opus diligentia, et in interpretando religio ea, quae ab omni, in ss. litteris reperiundi quicquam, quod in iis non sit expressum, cupiditate prorsus sit aliena; partim vero in tractandis locis paullo difficilioribus, maxime in difficultatibus ipsis quibus premuntur, quaeque vulgo praetermitti solent, indicandis aliquod saltem ingenii acumen et sollertia, partim denique, in rationibus aliorum interpretum dijudicandis, nostrisque explicandis et firmandis pudor inprimis ac modestia non desiderentur; verbo, si a viris doctis et in hoc litterarum genere exercitatis tales judicentur hi commentarii nostri, quos suo ipsorum judicio suisque admonitionibus vel augere vel corrigere, hisque ipsis partim auctariis, partim correctionibus, ad insigniorem aliquem perfectionis gradum, (a quo, quales nunc sunt, remotissimos eos adhuc esse ipse sentio,) paullatim evehere non indignos putent. Ut vero his arbitris nostris de legibus iis, quas in elaborandis his annotationibus ipsi nobis scripsimus, constet; utque habeant, unde dijudicare nostram interpretandi rationem possint, sunt illae hujusmodi: I, ante omnia interpretatio omnis tantum sit grammatica, similique ratione instituta, qua in edendis scriptoribus classicis Graecis et Romanis unice versandum esse consentiunt periti omnes; h. ex usu loquendi certo ipsiusque orationis

tionis contextu tantum id admoneatur, quod ad ſententiam loci cujuslibet eam, quam ſcriptor ipſe, cum locum ſcriberet, in animo habuiſſe, ab iisque, ad quos ſcribebat, cogitari voluiſſe exiſtimandus eſt, conferre poſſit. Abſtineatur itaque tum ab omni doctrinae, etſi alias exquiſitiſſimae, apparatu eo, quo ad illuſtrandam ejus potiſſimum loci, qui nunc tractatur, ſententiam non eſt opus; tum vero multo magis ab omni ſyſtematis cujusdam, qualecunque tandem illud fuerit, ſive philoſophicum ſive theologicum, ſive antiquum ſive recens excogitatum, confirmandi defendendique ſtudio quam diligentiſſime; ne, ſi iſti, tua, quae jam animo tenes, reperiundi, cupiditati indulgeas, (id quod plerisque interpretibus, maxime ſi iidem Theologi ſunt, accidere queruntur,) ſaepe alieno loco id facere, atque adeo vim ipſis verbis et contextui ſcriptorum inferre pericliteris. Ut vero ad iſtam grammaticam rationem accommodata ſit interpretatio, hinc, II, in uſu loquendi, tum ex Graecitate, tum vero multo frequentius ex hebraicis et verſionibus librorum hebb. graecis, quibus ex omnium peritorum conſenſu nullum praeſtantius eſt interpretandi N. T. praeſidium, conſtituendo locisque ſimilibus illuſtrando ſumma diligentia et ακριβεια adhibeatur. III, temporum, quibus libri N. T. ſcripti ſunt, ingeniique et indolis ejus, qua homines tum vulgo utebantur, ratio imprimis habeatur; ideoque omnis interpretatio non ex noſtrae aetatis vel philoſophia, vel hermeneutica, vel ex noſtro de eo, quod honeſtum et utile et deo dignum ſit, ſenſu atque ju-

 dicio,

dicio, sed tantum ex istorum hominum cogitandi loquendique modo communi et populari, qui a nostra cogitandi dicendique ratione toto genere differre est existimandus, repetatur. IV, in libris singulis, v. c. Epistolis, occasio, propter quam scriptae sunt, singulaeque περιστασεις, quarum cognitio ad interpretationem ipsam vim aliquam habere potest, sive illae sint ex historiis, sive ex antiquitate sive ex locorum temporumque rationibus repetendae, diligenter inquirantur et explicentur; a cupiditate vero ea, qua, quicquid est in his libris N. T. expressum, idem non istorum temporum hominibus, sed universe, omnibus temporibus hominibusque scriptum existimatur, (qua opinione nihil potest esse ad corrumpendam et incertam reddendam omnem veram interpretationem, aptius et efficacius) quantum fieri potest, abstineatur. V, Non verba tantum singula explicentur, sed, quod plerumque in interpretando omitti solet, series inprimis cogitatorum, modusque is, quo ab altero ad alterum ingenium scriptoris paullatim processisse apparet, perspicue exponatur. VI, Distinctionis in capita et versus, omninoque interpunctionis vulgatae, quae sola innumerorum locorum sententiam, alias facilem et perspicuam, impeditam et obscuram reddere pot. nulla prorsus ratio habeatur, sed pro loci cujuslibet ratione, sententiarumque et verborum nativo situ et nexu, loca singula interpungantur. Nullus locus, qui ullo modo interpretatione indigeat, praetermittatur, difficultates inprimis, etiamsi solvi accurate et plane non possint, saltem candide indicentur,

tur, et, quomodo optimi quique interpretes eas tollere instituerint, exponatur et breviter dijudicetur. VIII, Interpretationes vulgares et antiquae, quia sunt vulgares, non rejiciantur, contra vero etiam novae, saltem, quae nobis tales videntur, non propterea, quia sunt novae, et quod verendum sit, ne *novaturientis ingenii* macula (si est haec vere macula, nec potius sine quodam nova moliendi reperiendique conamine nihil unquam, quod mediocritatem excedat, praestari posse est existimandum) tibi adspergatur, anxie retineantur, modeste tamen, et additis rationis novae argumentis, proponantur; si vero plures prostant loci ejusdem interpretationes; in earum delectu faciendo tantum gravissimae, et quae sunt maxime speciosae, et ad seducendum in errores tironis ingenium inprimis accommodatae, recenseantur atque dijudicentur. Denique IX, quantum sine perspicuitatis damno fieri potest, brevitati studeatur.

Jam quidem animo his legibus praeparato atque confirmato cum ad interpretandas has Paulli epistolas, in quibus primum vires experiri volui, accederem; rem meam sic egi, ut initio ipse, nemine prorsus interpretum consulto, totam epistolam meo modo meaque ratione interpretarer; tumque demum, absoluta hac interpretatione mea, ad aliorum interpretum libros recurrerem; ex iisque, quicquid apud ipsos vel ad confirmandam rationem nostram, vel ad aliam quandam stabiliendam utiliter disputatum reperirem, enotarem, in meosque commenta-

mentarios transscriberem. Et in his quidem GROTII inprimis et WETSTENII annotationes magno cum fructu, maxime propter loca tum parallela, tum e graecis hebraicisque scriptoribus excerpta, adhibitas a me esse gratus profiteor; quantum tamen ab utroque discesserim ipse, si quis conferre nostra cum istis Commentariis voluerit, suus quemque usus docebit. Neque tamen in his duumviris consulendis acquiescendum putavi, sed praeter eos e veteribus quidem adhibui CHRYSOSTOMUM inprimis et HESYCHIUM, e recentioribus vero, et iis quidem, qui vel commentatione perpetua vel paraphrasi Novum Testamentum illustrarunt, ex Anglis LOCKIUM, BENSONUM, WHITBYUM, HAMMONDUM, eumque notis ipso Hammondi opere aliquanto praestantioribus CLERICI locupletatum; e Germanis vero nostris WOLFIUM, SCHOETTGENIUM, BENGELIUM, nuperque his litteris nostris praematura morte ereptum, nostrum olim, ZACHARIAE, denique, quibus haec aetas nostra adhuc gloriatur, viros in suo quemque genere venerabiles, ERNESTI, MICHAELIS, SEMLERUM, TELLERUM, alios; ex iis vero, qui in singularibus annotationum libellis de locis tantum nonnullis disputarunt, ELSNERUM, ALBERTI, RAPHELIUM, BOSIUM, KYPKIUM, KREBSIUM, et, qui nuper his suam operam egregie junxit, Cl. LOESNERUM; quorum virorum singulorum doctrinae et acumini si multa me debere non profiterer, ingratus essem; quotiescunque vero discedendum ab iis erat, quod saepe faciendum videbatur, modeste me et cum ea animi pietate et officio, quo viros singulos

los hos peritissimus quisque prosequitur, id fecisse mihi conscius sum.

Caeterum rationem et modum, quem in interpretando secutus fui, multiplicem variumque deprehendent lectores, pro varia loci cuiusque natura. Plerumque ipsae loquendi formulae ex usu loquendi partim graeco partim hebraico erant illustrandae; quod sic efficiebam, ut locum unum itemque alterum insignem et certum transscriberem, caeteris omnibus, quae afferri vel possunt, vel solent, aut plane praetermissis, aut tantum citatis; in locis aliis tantum opus erat, ut formulae paullo difficiliores cum facilioribus, vel hebraeo-graecae cum pure graecis permutarentur; in aliis, iisque innumeris, tantum interpunctio mutanda; in aliis denique, versio, eaque partim latina, partim, si vel sententia omnis, vel particularum inprimis, quibus junctae invicem sententiae erant, sensus in patrio sermone felicius et brevius constitui et exprimi poterat, germanica etiam addenda videbatur, ut de sententia loci constaret. Atque in singulis his ita perficiendis diligentiam et fidem vix vereor ne quis desideraturus sit, contra vero multos fore, qui in explicandis locis intellectu facilioribus nimiam sedulitatem et in animadvertendo copiam sint reprehensuri, utique praevideo. Neque etiam, in locis nonnullis jure eam reprehendi posse, diffiteor ipse; in plerisque tamen ab aequis lectoribus facile veniam me impetraturum esse spero, si meminerint: in *sacris litteris* interpretandis, in quibus partim usus loquendi inscitiam, partim non in sententiis tantum, sed ver-

 bis

bis etiam, verborumque apicibus, divinum et reconditum quid augurandi cupiditatem monstrosa interpretationis portenta omni tempore progenuisse omnes sciunt, in his, inquam, libris divinis multa, inprimis tironum caussa, observatu satis digna atque adeo necessaria videri posse, quae in quovis alio scriptore profano, utique non sine indignatione annotata et explicata legerentur.

Singulis epistolis praemisi prolegomena, in quibus ea exposui, quae partim de ecclesia, ad quam scriptae erant litterae, partim de occasione et tempore, partim denique de ipso litterarum argumento ad intelligentiam epistolae ipsius juvandam apte monenda videbantur; ad finem vero epistolae cujusvis subjunxi tractatus paullo ampliores, partim de formulis nonnullis in N. T. frequentioribus, quas uno quodam loco copiose et plene explicari aptum videbatur; tum, quod ambitum totius formulae hoc modo clarius uno obtutu circumspici posse existimabam; tum, ne in singulis locis, quibus eaedem formulae occurrunt, repetere eadem necesse esset; partim vero etiam de locis difficilioribus et interpretationis varietate turbatis, in quibus varia optimorum quorumque interpretum conamina commemorari et dijudicari non inutiliter videbantur. In quibus ipsis tum *prolegomenis*, maxime iis, quae epistolae ad Ephesios praemissa sunt, tum *Excursibus*, cum a communi interpretum sententia saepius recesserimus, ad has inprimis commentationes nostras ut attendere velint viri docti, judiciumque suum candide nobis impertiri, rogamus vehementer.

Atque

Atque haec de annotationibus ipsis sufficiant. Neque tamen volui commentarium scribere, qui textu ipso destitueretur, non, quod huic post insignem GRIESBACHII, Viri S. V. operam, curis meis criticis quodammodo prospici posse existimabam; a qua vanitate, qui me novit, scit, quantopere sim alienus; sed partim propterea, quod lectoribus multis commodum fore videbatur, si cum annotationibus textum ipsum quoque graecum volumine eodem comprehensum legere possent; tum maxime, quod, cum semel interpunctionem mutare instituissem, nec breviter nec satis cum fructu de his mutationibus praecipi posse videbatur, nisi textus ipse una impressus exstaret. Secutus vero sum recensionem, non *Griesbachianam*, quia hanc in locis pluribus immutatam novisque ipsius Viri S. Venerabilis curis perpolitam aliam adhuc exspectamus *), sed eam, quae ex vulgaribus et usu tritissimis edd. optima judicatur, *Bengelianam*; in qua quidem praeter vitia librariorum, quae tamen pauca erant, et interpunctionis signa, quae in singulis fere versiculis prorsus ex meo sensu alia apposuisse me supra professus fui, nihil mutavi; in locis tamen iis, in quibus secundum praecepta critica aliter legendum videbatur, adhibitis WETSTENII signis his: =, quo verbum omittendum, ⳩, quo aliud addendum, ~, quo vocem in textu impressam, voce ea, quae textui subscripta est, permutandam esse significatur, sententiam meam indicavi; denique nonnunquam de variis lectionibus observationes textui subjeci, breves tamen easdem et paucas, nec locis aliis adspersas, nisi iis, in

*) Vid. praefationem novae Voluminis I. editioni praemissam p. XIII.

in quibus vel gravior quaedam lectionis varietas, quae ipsa etiam interpretationi prodesse poterat, in codicibus occurrere, vel textus communis probabiliter vitio laborare videbatur; enumeratis e Criticorum, inprimis WETSTENII et V. GRIESBACHII thesauris cujusque lectionis testibus, nostroque de lectionibus ipsis judicio qualicunque breviter addito.

Caeterum, quod epistolis potissimum Paullinis, et iis quidem non ex ordine vulgari, sed alio prorsus arbitrario, interpretandis initium fecerim, ratio tantum posita est in eo, quod in his maxime operam saepius repetitam collocandi occasio adfuit. Sequentur tamen, si non improbari a viris doctis hanc meam operam intellexerim, deusque tempus atque vires servaverit, tum hoc ipso adhuc anno epistola ad Romanos, tum singulis nundinis sequentibus partim epistolae, partim libri N. T. reliqui. In quibus quidem singulis explicandis eo feliciorem operam me collocaturum esse scio, si peritis, h. *linguae graecae et hebraicae satis gnaris et in interpretandis scriptoribus profanis Graecis Romanisque exercitatis* arbitris, de his nostris judicare, et si qua vere quidem disputata, sed non certis satis, et exquisitis argumentis confirmata videntur, ea suae doctrinae copiis augere et confirmare, sicubi vero erratum fuerit, de vitiis admonere, ac in rectam viam nos reducere, placuerit. Quod ut faciant, pro sua quemque dignitate, et nostra et ipsarum litterarum ss. caussa, omnes atque singulos humanissime rogatos volumus. Scrib. in Georgia Augusta die V. m. Aprilis A. C. cIↃIↃccLXXIIX.

PAVLLI

PAVLLI
EPISTOLA AD EPHESIOS.

PROLEGOMENA.

Utrum Epiſtola haec, *ad Epheſios*, quibus in Codd. noſtris inſcripta eſt, vere miſſa fuerit, antiquo et noſtro tempore magnopere fuit dubitatum et in varias partes diſputatum. cf. Wolfius in Prolegom. Curarum in h. epiſtol. Millius ad Eph. I, 1. et in Prolegom. p. 8. ſ. 71. Bengelius in Apparatu et Gnomone, (cujus ſententiam repetiit et denuo ornavit Chr. Frid. Schmidt in Hiſtoria Canonis.) Wetſtenius in Variantibus ad Eph. I, 1. inprimis vero Lardner in ſupplement to the firſt Book of the ſecond part of the Credibility etc. Vol. II. pag. 387. ſqq. Michaelis in der Einleitung pag. 1081. ſqq. ed. recentiſſ. et nuper Cramerus in der Ueberſetzung des Briefes. Qui pro Epheſiis certant, nituntur Codicum et Verſionum antiquarum omnium, in quibus ſingulis tum inſcriptio: Παυλȣ τȣ Αποϛολȣ ἡ προς Εφεσιȣς επιϛολη, legitur, tum inprimis Cap. I, 1. verba εν Εφεσῳ non deſiderantur, auctoritate; Patrumque, et in his inprimis Ignatii, pro eadem ſententia conſenſu. Concedunt tamen horum nonnulli, et in his quidem ipſe Lardnerus, videri epiſtolam non ad *Epheſios ſolos*, ſed *Aſiae minoris eccleſias plures* miſſam; Inſcriptionem vero et adſcripta

verſui

versui 1mo in Codd. nostris verba εν εφεσω vel inde oriri, quod sint Codices hi omnes ex exemplo eo, quod ad Ephesios Apostolus miserat, tanquam uno eodemque fonte profecti; vel, quod pluribus ecclesiis, in Ephesinae urbis vicinia conditis, cumque ecclesia Ephesina quodammodo conjunctis (v. Act. 19, 10.) scribens Apostolus primariam et quasi matrem caeterarum expresse nominaverit. Illa est sententia Bengelii, quam plures sequuntur; haec potissimum Michaelis et secundum hunc Zachariae in Prolegomenis Paraphrasi Epp. Paulli breviorum praemissis. Ex qua eadem *cyclicarum litterarum* natura etiam hoc repetunt, quod Epistolam omnem, familiaritatis ejus, quae secundum Actorum loca haud dubie Apostolo cum Ephesiis intercessit, indicio omni plane destitutam esse, sine cupiditate dubitari non potest. Contra interpretes alii et bene multi, et non contemnendi, Millius, Peircius, Whistonus, Crellius, Wallus, Bensonus, Vitringa junior, Venema, Wetstenius, plane non *Ephesiis* sed *Laodicensibus* scriptam epistolam arbitrantur; tum propter Marcionis, Sec. IIdi initio in Asia minori viventis, auctoritatem v. Tertull. adv. Marcion. V, 11. 17. (loca mox diligentius tractanda) tum, quod Coloss. IV, 16. hanc ipsam epistolam nostram intelligendam esse supponunt, nihilque praeterea litteris ipsis inesse, quod cum Laodicensium hominum Paullo nunquam visorum conditione et statu pugnet, existimant. Nos quidem, cum in utraque ratione plane acquiescere non posse nobis videremur, rem omnem, neglecta aliorum interpretum auctoritate, a primis initiis denuo repetere aggressi, quid nunc, re diligenter explo-

explorata, pro certo constitui posse nobis videatur, breviter exponemus. Itaque

I. *ita scriptam esse epistolam, ad Ephesios, ut epistolas caeteras Paulli ad aliarum regionum ecclesias v. c. ad Romanos, Corinthios et s. p. hoc est, vel* proprie et unice *vel* potissimum *ad ipsos, id quidem nec certis argumentis probari potest, nec in se probabile esse videtur.* Nam

1, auctoritas Codicum, Versionum, Patrum, ad quam inprimis provocari solet, hoc loco nihil admodum valet, cum versum primum epistolae, ad quem hic omnia redeunt, nomine ecclesiae ejus, ad quam missa est Epistola, in Codicibus antiquissimis extremi Imi et ineuntis IIdi Seculi plane caruisse, certo, nisi fallor, effici possit. Insignis est in hanc rem locus Tertulliani (qui Sec. IIdo anno circiter 220. obiit) adversus Marcion. V. 17. et is quidem, etsi saepius allatus repetitusque, parum rite tamen, ut nobis quidem videtur, vel intellectus, vel ad usum eum, quem praestare potuisset, translatus. Verba sunt haec: „*Ecclesiae quidem veritate* epistolam „istam ad Ephesios *habemus* emissam, non ad Laodi„cenos; sed Marcion ei *titulum* aliquando interpo„lare gestiit, quasi et in isto diligentissimus explo„rator. Nihil autem de titulis interest, cum ad „omnes Apostolus scripserit, dum ad quosdam.„ Quae vulgo sic intellexerunt interpretes: a) *codices Tertulliani et Orthodoxorum legisse versu Imo verba* εν εφεσῳ; *Marcionem vero in Codicibus suis delevisse ea, et in eorum locum substituisse haec:* εν λαοδικειᾳ. Enimvero,

a) vid. Lardner pag. 461.

vero, si quid judico, hujus omnis sententiae ne vestigium quidem apparet loco omni. *Ecclesiae veritas*, est ex perpetuo in scriptoribus Christianis loquendi usu ipsa *traditio*, quae quantam apud veteres vim habuerit non tantum ad *rerum gestarum* fidem probandam, verum adeo ad ipsam *doctrinam Christianam* vindicandam et confirmandam, a nemine ignoratur; ex hac igitur *traditione* (non ex ipsius Epistolae, in cujus contextu *Ephesinae* ecclesiae nomen expressum fuerit, auctoritate) *habet* (h. *persuadet sibi*) Tertullianus, epistolam hanc, ad Ephesios (*esse*) emissam; Marcion vero ei *titulum* (h. vel *inscriptionem* ipsam, Π. τ. Α. ἡ π. τȣς Εφεσιȣς επιςολη, vel *nomen* Ecclesiae in hac inscriptione expressum) *interpolare* (h. *adulterare*, *corrumpere*.) gestiit, cett. Quid aliud verba, si accurate interpretari, et ad eas inprimis formulas, quas aliis litteris imprimi curavimus, attendere velis, significare possint, non video. Unde sententia Tertulliani sic constituenda videtur: *vulgarem Christianorum sui temporis opinionem, eamque antiqua traditione confirmatam atque adeo Epistolae inscriptione expressam, esse hanc: Ephesiis scriptas videri litteras has; Marcionem vero* (non quidem *versum primum* Epistolae, ad quem respexisse Tertullianum, nulla ratione probari potest, sed) *illam ipsam inscriptionem, pro* τȣς Εφεσιȣς *substituendo* τȣς Λαοδικειας, *adulterasse, ut ad hos scriptas litteras esse efficeret; prae se ferens, non fidem habendo antiquae traditioni, sed explorandis et investigandis diligenter antiquis ejus rei documentis, se in eam Codicum mutationem inductum fuisse*, (quasi et in isto diligentissimus explorator) *nec animadvertens, nihil referre in tractando*

episto-

epistolae argumento nomen Ecclesiae, ad quam missa fuerit; cum quae certis quibusdam hominibus, sive Ephesii sive Laodiceni fuerint, ab Apostolo scribuntur, omnibus Christianis scripta esse sint existimanda. Cum qua sententia plane consentit locus alius ejusdem libri cap. 11. „praetereo hic et de alia epistola, quam „nos ad Ephesios *praescriptam* (non *perscriptam*, ut vitiose nonnunquam locus citatur) habemus, haeretici vero ad Laodicenos. h. *quae in nostris Codicibus legitur sic inscripta:* Π. τȣ Αποϛ. ἡ προς Εφεσιȣς επ. *in Codicibus vero a Marcione adulteratis sic;* Π. τ. Α. ἡ προς Λαοδικεας επιϛολη." Ex his igitur locis *b*) sequi hoc arbitramur: *partim*, Tertulliani tempore in Epistolae ipsius contextu nihil extitisse, unde vel ad *Ephesios* vel ad *Laodicenses* eam pertinere, certo effici potuisset; nulla igitur ratione verba *tum* εν Εφεσῳ *tum* εν Λαοδικειᾳ *c*) versu primo, pro lectione antiqua

b) Videtur quidem cum iis pugnare locus Epiphanii Haeres. 42, 9. p. 310. quo statuit Marcionem epistolam nostram ad Ephesios admisisse, praeter eam vero etiam alius cujusdam epistolae ad Laodicenses fragmenta quaedam circumtulisse. Εχει επιϛολας παρ' αυτῳ τȣ ἁγιȣ αποϛολȣ δεκα, αἱς μονον κεχρηται. Αἱ δε επιϛολαι -- εισι πρωτη μεν προς γαλατας — ἑβδομη προς Εφεσιȣς -- εχει δε και προς λαοδικεας λεγομενης μερη. Verum, si contuleris locum alium p. 374 sqq. quo locum Eph. 4, 5. 6. ex Marcionis Epistola, non ad Ephesios, sed ad Laodicenses, affert; satis apparet, errasse Epiphanium, dum Marcionis την προς λαοδικεας pro *singulari quadam et a nostra ad Ephesios* diversa epistola haberet, cum Marcion *ipsam hanc nostram* non *Ephesiis* sed *Laodicensibus* scriptam habere et dicere solitus esset.

c) Est praeterea locus alius Basilii M. (Sec. IV. medio), contra Eunomium Lib. II, unde in Codicibus etiam iis, quos

antiqua esse habenda; sed utramque lectionem seriori tempore allitam videri; *d*) ideoque pro lectione vulgari in Codicum, qui quidem nunc prostant, et Versionum, etsi omnium, auctoritate praesidium male poni: *partim*, consensum patrum, etsi anti-

quos ipse inspexerat, εν εφεσω defuisse existimarunt viri docti. Verba sunt haec: ὁ αποσολος τοις Εφεσιοις επισελλων ὡς γνησιως ἡνωμενοις τῳ οντι δι᾽ επιγνωσεως, ΟΝΤΑΣ αυτες ιδιαζοντως ωνομάσεν, ειπων, τοις εσι και πισοις εν χρισῳ Ιησε. ετω γαρ οἱ προ ἡμων παραδεδωκασι και ἡμεις εν τοις παλαιοις των αντιγραφων εὑρηκαμεν. Et posse utique verba hunc sensum habere, nemo facile negaverit; potuisse tamen etiam Basilium, quia de epistola ad Ephesios loqui se modo professus fuerat (τοις Εφεσιοις επισελλων) verba, εν Εφεσῳ, etsi in Codicibus suis legebantur, omittere, verbaque τοις εσι ab his ipsis εν εφεσῳ interpretando male sejungere; late expositum vide a Michaelis pag. 1093. seq. firmante hanc conjecturam loco plane simili Hieronymi in Comment. ad Eph. I, 1. Tum vero verborum posteriorum ετω γαρ - εὑρηκαμεν sententia ita est constituenda: *defuisse in Codd. istius temporis plerisque verba* τοις εσι, *quae tamen in antiquioribus exstare Basilius profiteatur.* Unde nunc amplius in conjiciendo progredi liceat: in Exemplo Paullino ipso fortasse non tantum verba εν εφεσῳ defuisse, verum etiam haec: τοις εσι, quod idem, situs vocabulorum, ut in nostris Codd. apparet, admodum durus et insolens, firmare videtur. Male enim τοις ἁγιοις και πισοις invicem sejuncta esse interpositis his: τοις εσιν εν εφεσῳ quisque sentit; cum naturalis cogitandi ordo hanc constructionem requisivisset: vel: τοις εσιν εν εφεσῳ ἁγιοις και πισοις. cf. Rom. I, 7. Col. I, 1. vel: τοις ἁγιοις και πισοις εν χρισῳ I. τοις εσιν εν εφεσῳ. cf. Phil. I, 1.

d) Quae si vera sunt, insigne simul exemplum continetur hoc loco; quo, si velint, uti poterunt Critici ad confirmandam sententiam eam: *posse lectionem in omnibus Codicibus nostris et Verss. antiquis reperiri, et tamen spuriam esse.*

antiquissimorum *e*), ipsiusque adeo Ignatii *f*), quo, scriptore Sec. I et II, tantopere gloriantur, nihil efficere posse, nisi id ipsum, quod Tertullianus ad *ecclesiae veritatem* provocans declaraverat: *traditionem admodum antiquam* (non *ipsum epistolae contextum*, in Codicibus scriptis) *litteras has Ephesiis*, *non alii cuidam ecclesiae*, *vindicasse*. Jam vero

2, quominus *propter solam traditionem*, sententiam vulgarem, eo ambitu, quo supra descripta fuit, probemus, multa sunt quae impediunt. Primum adversatur omni Apostoli consuetudini, in litteris ad *unam et singularem quandam ecclesiam* scriptis, nomen ecclesiae ipsius in initio litterarum praetermittere. cf. epistolas Paulli omnes. Deinde, quod omnes notarunt, in ipsa epistola nostra nihil inest, quod ad *Ephesios* potissimum scriptam eam esse probabile reddat *g*); (idque in litteris ad Ephesios, magna alias

e) velut: Clementis Alexandr. Paedagog. I, 5. Strom. IV. p. 499. Origenis c. Cels. p. 122. Irenaei, Cypriani, Athanasii, Epiphanii, Gregorii Nazianz. Euthalii (qui ante, quam Apostolus ad Ephesios venisset, scriptam epistolam arbitrabatur, haud dubie ipso epistolae argumento in hanc sententiam adductus). A quibus tamen utique probe distinguendi sunt patres ii, qui verba ipsa εν εφεσω versu 1mo suo jam tempore in Codicibus exstitisse expresse declarant; inter quos tamen, Hieronymo Sec. IV (in Comm. ad Eph. I, 1.) aetate priorem, neminem reperio.

f) in Ep. ad Ephesios f. 12. ὑμεις εςε συμμυςαι του παυλε — ὁς εν παση επιςολη μνημονευει ὑμων εν χριςω I. *qui per totam epistolam laudat et commendat vos ut bonos Christianos.* vid. Lardner. p. 395. sqq.

g) Nam argumenta, quae in contrariam sententiam a Whitbyo, Lardnero et nuper Cramero proferuntur, profecto nullam vim habent; velut, cum Whitbyus

alias cum Apostolo familiaritate conjunctos, est inprimis mirandum, cum nulla alia Paulli epistola ejusmodi singularibus ecclesiae ejus, ad quam missa est, cujusque nomen in fronte gerit, indiciis sit destituta;) vicissim vero, ex indiciis bene multis contrarium apparere videtur. Deest omnino, quicquid contra dicant Lardnerus et qui eum sequuntur, familiaritas ea, qua ad ecclesiam, in qua ipse per longum tempus commoratus fuerat, scribere debuisse Apostolus videtur; suntque loca plura ejusmodi, unde Apostolum nunquam in ecclesia ea, ad quam scripta est epistola haec, vixisse, sequi videtur. *h*) cf.

byus ad collata invicem loca Eph. VI, 21. 22. et 2 Timoth. VI, 12. provocat, (quasi non Tychicus vel bis Ephesum mitti ab Apostolo potuerit, vel etiam cum epistola alia, quae nobis periit, vel denique sine omni epistola) aut Lardnerus ex *stilo*, si diis placet, *architectonico* disputat, quem Cap. II, 19-22. inprimis reperire sibi videntur interpretes, quique Ephesiis templo Dianae splendidissimo exultantibus admodum convenisse putatur; aut denique Cramerus, orationem Paulli ad Ephesiorum Presbyteros habitam Act. XX, 18-35. comparans ex formulis (quod profecto mireris!) *ευαγγελιου*, *διακονιας*, *χαριτος θεου*, *βουλης*, *περιποιεισθαι*, *εποικοδομειν*, *κληρονομιας*, quia utroque loco eaedem leguntur, rem effici posse existimat. Alia etiam, sed istis prorsus similia, jam habet Hieronymus in Prolegom. Epist. ad Ephes.

h) Fatemur quidem, argumenta ejusmodi (ad quae etiam referri solet, *partim*, quod Timothei nomine non salutat Ephesios, cum tamen Timotheum eo tempore apud ipsum fuisse ex ep. ad Coloss pateat, *partim*, — idque multo est infirmius. cf. Epp. ad Galat. Thessalon. I ad Timoth. — quod in fine Epistolae plane desunt salutationes.) non adeo invicta esse, ut nihil contra statui possit, et solere nonnulla contra disputari scimus. Enimvero, ut in his, quae opponi istis rationibus

cf. Eph. I, 15. coll. Col. I, 4. 9. maxime vero Eph. III, 2. 4. Denique, undenam illa de Ephesiis traditio oriri potuerit, facilis est explicatio. Ut primum enim ad Asiae minoris ecclesiam scriptam epistolam esse vetus traditio volebat, nec ulla alia ad Ephesios, ecclesiam, tum urbis ipsius nobilitate, tum Apostoli cum iis insigni quadam familiaritate, insignem, scripta epistola superesset; en, hanc ipsam, cum nomine destitueretur, forte etiam inter Ephesios circumferretur, arripuerunt, atque, ne praestantissimae ecclesiae epistola Apostolica deesset, ei vindicarunt.

II. *Similis conjectura, priore nullo modo probabilior, videtur esse eorum, qui epistolam nostram unice et potissimum ad Laodicenses editam fuisse existimant.* Etenim

1, si probantur, quae ad explicandum locum Tertulliani supra scripsimus, prorsus caruit epistolae contextus omni ecclesiae nomine adscripto; unde, nulli *certae* et *uni*, ideoque nec Laodicensium, ecclesiae eam destinatam esse potuisse jam p. 8. deduximus.

2, repugnat conjecturae, non quidem illud, quod in fine epistolae salutationes desunt, (cujus rei caussae variae esse potuerunt cf. pag. 10. not.) verum hoc tamen *i*) quod in epist. ad Coloss. IV,

15.

nibus solent, tantummodo *tum* acquiescendum esse, quisque concedet, cum res ipsa aliis argumentis jam antea effecta fuerit; sic vicissim etiam pro sententia nostra, antea jam aliunde probata, his ipsis quoque argumentis vim aliquam inesse, nobis largientur.

i) vid. Lardner. p. 449. et Michaelis p. 1084. seq.

15. 16. salutem dicendam Laodicensibus, inprimisque certae cuidam Laodicensium familiae, injungit Apostolus Colossensibus. Quodsi enim, hoc eodem tempore, per hunc eundem Tychicum, Laodicensibus ipsis scripta fuit epistola, cur tandem non huic ipsi epistolae salutem adscripserit, sed per aliam ecclesiam dici eam Laodicensibus Paullus voluerit, probabilis ratio non facile apparet.

3, Ut prioris sententiae origo ex Ephesinae ecclesiae insigni quadam auctoritate et cum Paullo commercio, explicari poterat, sic hujus origines non majori cum difficultate repeti posse videntur ex Coloss. IV, 16. Cum enim utramque epistolam, nostram et ad Coloss., eodem tempore scriptam esse, partim ex eo, quod utraque per Tychicum missa fuerat (v. Col. IV; 7. coll. cum Eph. VI, 21.), partim ex ipsa epistolarum similitudine plane insigni non improbabiliter sequi videretur; Paullus vero in ep. ad Coloss. επιςολης της εκ Λαοδικειας mentionem fecisse deprehenderetur; nihil profecto, cum nulla alia ad Laodicenses epistola superesset, ad conjiciendum aptius erat, quam hoc: epistolam eam, quae nomine carebat, regionibusque istis circumferebatur, hanc ipsam esse, cujus Apostolus meminisset; quo quidem semel arrepto, et (ut videtur, non sine ratione) posito, mox his Laodicensibus *solis* eam scriptam esse, argumentando, (temere, ut modo vidimus, ampliusque mox docebitur) progrediebantur. Alia praeterea ratio, unde eadem sententia oriri potuerit, explicabitur ad num. III. Unde sequitur, non tantum Marcionis, quem primum

mum hanc sententiam proposuisse et defendisse supra dicebat Tertullianus, auctoritate pro *Laodicensibus* nihil effici posse, ut nihil efficere potest pro *Ephesiis* totius orthodoxorum patrum agminis consensus; verum etiam injuriam fieri Marcioni, si in *haereseos*, nescio cujus, favorem Laodicensibus, non Ephesiis, adjudicavisse hanc epistolam existimetur.

III. Quodsi igitur vere disputata sunt superiora, non video, quid amplius de epistola hac statui possit, quam hoc: *esse encyclicam, missam non ad ecclesiam unam singularem, sed ecclesias plures k)*; quales vero eae fuerint, quibus tradenda esset, Tychicus accurate noverat, nos tantum conjiciendo assequi valemus. Fuisse igitur *primum* videntur ecclesiae eae omnes, quas decedens Roma Colossas Tychicus, in ipso hoc ex Italia in Asiam minorem itinere suscepto, adiit; non igitur tantum Asiae minoris, sed, si Graeciam forte permigravit, aut Cretam, insulasve maris Aegei appulit, etiam harum regionum singularum; non tamen Asiae ipsius v. c. Syriae, Palaestinae et s. p. quo Tychici iter non ferebat, quoque si venisset epistola nostra, utique non ratio appareret *l*) cur Ignatius *m*) in Ephesios potissimum, laudes, quas epistola nostra continere existimabatur, transferen-

k) Cui non adversatur Eph. VI, 21. ut existimavit Lardnerus pag. 418. seqq. cum ecclesiarum, quibus tradendae per Tychicum litterae erant, omnium, de rebus fortunaque Apostoli certiores fieri, utique multum interfuisse dubitari non possit.

l) cf. Ill. Michaelis pag. 1090.

m) loco pag. 9. citato.

ferendas putaverit, cum Antiochenis suis pari jure scriptae videri et dici potuissent. *Deinde* maxime de ecclesiis iis cogitaverim, quas coram non viderat Apostolus, de quarumque fide et virtute tantum ab aliis audiendo perceperat. Saltem hoc posito, loca plura epistolae, maxime vero III, 1-3. facilius explicari posse, est concedendum; etsi ad nonnullas etiam alias, Paullo notiores, ecclesias, quas forte Tychicus praetervehebatur, si singulares litteras iis scribere Apostolus praetermiserat, deferri eam potuisse non admodum repugno. *Tum* porro, an in his ecclesiis Ephesina etiam numeranda sit, certo non liquet; vix tamen id crediderim, propterea quod, cum eodem tempore, per eundem Tychicum, singularem epistolam ad Colossenses, quos nunquam adierat, Apostolus scripserit, eundem Ephesiis suis, quos tam intime noverat, quibusque singularia scribendi materies deesse vix poterat, litteras encyclicas, pluribus ecclesiis communes, misisse admodum improbabile videtur. Contra vero, ad Laodicensem ecclesiam utique eandem epistolam missam fuisse nec est improbabile per se, *n*) nec vero ex Coloss. IV, 16.

n) Argumentum ex Coloss. IV, 15. petitum, quod ipsi quoque pag. 11. tetegimus, si encyclica epistola est, nullam amplius vim habet. Quod idem valet de hoc: quo Colossenses ad epistolam suam cum Laodicensibus communicandam temere admoniti videri possent. Nempe, singulares quosdam errores et vitia, de quibus ad Colossenses scripserat, etiam Laodicensibus communia esse Apostolus noverat; quorum tamen in epistola ad ipsos missa, quia encyclica erat, cum mentionem injicere dubitaret, hinc, ut ea, quam Colossensibus scripserat, enim ab his legeretur, satis cum ratione, nisi fallor, optare poterat.

16., si facillimam interpretandi rationem sequi velis, aliud quid effici posse existimamus. cf. ad loc. ipsum. Quodsi igitur singula haec non incommode ita cogitari posse conceditur; *partim* sequitur inde, ipsum adeo harum litterarum exemplum Apostolicum, ipsa amanuensis Apostoli manu exaratum, ad Laodicenses venisse videri; cum caeteris ecclesiis, quas tempore prior adierat Tychicus, idem relinquere nondum potuisset, intra Laodiceam vero et Colossas aliam quandam ecclesiam adhuc interpositam fuisse nesciamus; (unde simul nova ratio existit, cur epistolam, etsi vere encyclicam, non temere tamen Laodicensibus potissimum scriptam Marcion existimare potuerit;) *partim* ratio apparet, cur has ipsas litteras, quas propter ejusdem argumenti copiosiorem tractationem legi etiam a Colossensibus voluit Apostolus, licet encyclicae essent, et ad plures ecclesias perlatae, tamen non aliunde, sed ex Laodicea potissimum arcessi jusserit Col. IV, 16. quia nimirum Laodicensium urbi proximae erant Colossae, propiores saltem caeteris Asiae minoris ecclesiis quibusvis.

Jam his de ecclesia, ad quam missa videbatur epistola nostra, tam late expositis, multo brevior nunc et facilior esse poterit, tum de *argumento* epistolae, tum de *tempore locoque*, quo et unde emissa fuerit, narratio. Nempe, si encyclica est epistola, quaeri amplius non poterunt in ea, disputationes et cohortationes, certis quibusdam, quos in singulares quasdam ecclesias irrepsisse noverat Apostolus, erroribus oppositae; sed *loci* tantum *communes*, quibusvis

busvis Christianis, maxime pro istorum temporum ratione, et fructuosi et necessarii. Hinc erumpere videmus Apostolum statim sub initium epistolae, animo sensu beneficiorum divinorum, quae per religionem Christi sibi aliisque contigisse expertus fuerat, maximeque nunc in vinculis experiebatur, pleno, in hujus ipsius religionis laudes; quantumque gaudii et solaminis ex quolibet novarum ecclesiarum incremento percipere, quantisque precibus, ut in hoc religionis studio constanter serventur, Deum adire soleat, profitetur I, 15. sqq. inprimis vero Christianos suos e gentibus collectos de felicitate ea, quam ipsi, Ethnici antea, hacque ipsa conditione ab omni gratiae divinae et cognitione et sensu alieni, nunc per religionem Christi nacti essent, admonet; istorum beneficiorum sensum, gratiae divinae magnitudine declaranda, in eorum animis excitare annititur; quantumque felicitatis ipse in eo ponat, quod non tam *Judaeorum*, quam *Ethnicorum* potissimum, Apostolus sit constitutus; quantaque cum constantia et hilaritate, horum ipsorum Ethnicorum caussa, Judaeorum calumnias, et mala quaevis per eos sibi excitata, perferat, copiose et graviter exponit, ad finem usque Cap. IIItii. Tum pergit Cap. IV. ad cohortationes, has tamen ipsas iterum tantum *communes*, et in omnibus fere epistolis Paullinis easdem; ut vitia quaevis fugiant, virtutesque omnis generis sectentur. Caeterum noverat Apostolus, discordiam inprimis et rixas, easque ex ipso χαρισματων πνευματος ἁγιϋ in variis Christianis vario genere excitatas, in omnibus Christianorum ecclesiis magnopere regnare; hinc, quod idem in epistolis fere

fere omnibus, maxime vero ad Romanos et Corinthios fecerat, ut a turpi hoc, Christianisque plane indigno flagitio liberos se contineant, primum admonet, IV, 1-16. tum ad vitanda scelera alia varii generis v. c. venerem inhonestam, mendacia, iracundiam, invidiam et s. p. sectandasque virtutes contrarias cohortatur; in quibus quidem omnibus, nec certa quaedam occasio nec ordo est quaerendus, sed arbitrarium quendam idearum consensum secutus esse Apostolus est existimandus IV, 17-V, 20. Denique excipiunt has omnibus Christianis communes praeceptiones et cohortationes, utique singulares quidem, verum non certis ecclesiis, sed in quavis ecclesia certis hominum generibus, propriae et ad eorum usum accommodatae v. c. de mutuis officiis conjugum V, 21-29. (quae quidem, ut amat Apostolus omnia ad religionem, Christumque transferre, Christi, ejusque pro suis benevolentiae et amoris exemplo illustrat 30-33.) liberorum et parentum VI, 1-4. servorum et herorum 5-9. Tandem, finem totius epistolae facit cohortatio affectu insigni plena, ad constantiam in religione, inter gravissimas etiam et atrocissimas, quae ipsis fortasse immineant, calamitates, tuendam atque servandam VI, 10. sqq.

Et sic quidem epistolae, inprimisque priorum trium capitum, argumento ita constituto, fuerintne ii, ad quos missa est epistola, e Judaeis an ex Ethnicis Christiani, dubitari amplius non poterit. Fuisse maximam partem Ethnicos, omnis, opinor, epistola, maximeque Cap. II, 11. sqq. expresse declarant; etsi,

etsi, ut in omnibus ecclesiis Asiaticis et Graecis et Romanis, quas Apostolus adiit, similiter in his gentibus Judaeos mixtos fuisse non est diffitendum. Horum tamen in hac epistola rationem fere nullam habet Apostolus, tantum in hac muneris sui parte, qua Ethnicos ad religionem Christi adducere jussus erat (cf. Gal. II, 9.) unice glorians.

De tempore denique et loco, quo scripta epistola est, non nisi comparanda epistola ad Colossenses statui quicquam potest. Utramque enim tempore eodem scriptam esse, tum idem portitor Tychicus Eph. VI, 21. Col. IV, 7. 8. tum insignis utriusque epistolae similitudo, non in sententiis tantum sed verbis adeo expressa; tum denique Coloss. IV, 16. secundum interpretationem eam, qua ἡ ἐκ Λαοδικείας ἐπιστολὴ de hac ipsa nostra intelligitur, nostro sensu admodum probabiliter efficiunt. Esse vero epistolam ad Colossenses circiter a. C. LXI. LXII. et quidem *Roma*, ubi tum captivus tenebatur Paullus, scriptam docebitur suo loco.

ΠΑΥΛΟΥ

ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Η ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Cap.
Θεοῦ, τοῖς ἁγίοις = τοῖς οὖσιν ἐν Ἐφέσῳ: καὶ πιστοῖς I. 1
ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ 2
πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

VARIAE LECTIONES.

v. 1. Verba εν Εφεσῳ certo abfuerunt ab antiquissimis Codicibus, teste Tertulliano vid. Proleg. p. 5. sqq. Ex Basilio M. vero contra Eunom. I. II. T. I. p. 254. ed. Carn. aut εν Εφεσῳ aut τοις ουσιν, aut denique τοις ουσιν εν Εφεσῳ in Codd. nonnullis defuisse effici potest. Nobis quidem posterius probabile videri, professi sumus supra p. 7. not. c. Si vero genuinum judicatur τοις ουσιν, aut post illa verba vacuum, cui nomen singularum ecclesiarum inscribi debuerit, in exemplo Apostoli relictum fuisse est existimandum: aut τοις ἁγιοις τοις ουσιν cum *Bengelio* et *Schmidio* explicandum πλεοναστικως. Illi tamen rationi adversatur constructio, vid. Prolegom. l. c.; huic deest similis loquendi usus. Nam Rom. 13, 1. et Act. 13, 1. sunt e genere longe alio.

Cap. I, 1. 2. cf. ad Galat. 1, 1. δια θεληματος θεου np. ὡρισμενος. cf. 1 Cor. 1, 1. 2 Cor. 1, 1. 2 Timoth. 1, 1. θελημα. Potest ex hebr. רצון inesse vis quaedam της ευδοκιας *benignae voluntatis, gratiae*; neque tamen est necesse. cf. 1 Tim. 1, 1. κατ' επιταγην θεου. De sensu vid. etiam Galat. 1, 1. τοις ἁγιοις και πιστοις εν χ. I. sunt arcte jungenda: *sanctae* h. *venerandae Christianorum ecclesiae*. Nempe ἁγιοι dicuntur *Christiani* omnino (cf. caeterarum epistolarum inscriptiones, Rom. 1. 7. 1 Cor. 1, 2. 2 Cor. 1, 1. Phil. 1, 1. Coloss. 1, 2.), ut עם קדוש, קדושים חסידים Judaei in V. T. h. *Deo cari*. Similiterque πιστοι pro οἱ πιστευοντες. cf. Jo. 20, 27. Act. 10, 45. 16, 1. 2 Cor. 6, 15. Col. 1, 2. 1 Timoth. 5, 16. οἱ εν χ. I. addita haec, ut *Christianorum Ecclesiam a Judaeorum synagoga* distingueret Apostolus.

3 Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ
πνευμα-

3. Erumpit pius Apostoli animus in laudes gratesque Deo offerendas pro felicitate ea, quam, ex quo tempore ipse Christum profitebatur, *sibi* potissimum, tum jam exstitisse senserat, tum adhuc exstituram augurabatur: qua sui ipsius animi felicitate describenda viam egregie sibi sternit, ad eosdem grati animi sensus etiam in aliis excitandos. θεος -- κυρ. η l. X. vid. ad Rom. 15. 6. *Deus idemque pater*, κυριου - χριϛε. cf. ad 1 Thess. 1, 1. Gal. 1, 1. ευλογητος - ευλογησας. Dilogia in verbo ευλογειν notanda: in ευλογητος est *laudare, gratias agere*, in ευλογησας et ευλογια *benefacere*, utrumque ex hebraici בָּרַךְ significatione. cf. de *ista* Exod. 18, 10. de *hac* Ps. 5, 13. 24, 5. 37, 26. Hebr. 6, 14. Rom. 15, 29. ημας ad *Apostolum solum* refero, cui opponuntur ii, ad quos epistola scripta est, diserte comprehensi pronomine υμας v. 14. cf. locus omnis, qui sequitur v. 3 - 14. inprimis vero v. 14. εν vel redundat, vel positum pro συν Hebr. ב. πασα ευλογια l. *omnis generis beneficia* l. *beneficia summa*. εν χριϛω pro δια χριϛε *per Messiam*. ευλογιαν πνευματικην *esse beneficia omnia ea, quae per religionem Christi homini contingunt*, opposita tum *Judaeorum* tum omnino *hominum* commodis *externis, humanis, caducis*, ηδοναις σαρκικαις, επιγειαις, ταις τε νυν αιωνος nullum est dubium. cf. Rom. 15, 27. Fuerintne vero illa ipsa beneficia dicta πνευματικα, quia ad *animum* pertineant; an vero, quia, quicquid est in homine Christiano virtutis et spei, *Spiritui divino*, πνευματι αγιω, tribui constanter ab Apostolo solet, (cf. ad Gal. Exc. 5.) definire non ausim. εν τοις επερανιοις, nempe τοποις l. μερεσι (quod posterius praefero. Similiter τα ανω dicuntur sc. μερη Col. 3, 1.) i. q. εν τοις ερανοις, consentiente jam Syro. cf. v. 20. 2, 6. 3, 10. 6, 12. Tum vero in ευλογησας ευλογια, ex significatione Aoristi pro Futuro positi, inprimis notio felicitatis *promissae et paratae* est quaerenda. *Der mich segnet und einst segnen wird mit grofsen göttlichen Segnungen im himmlischen Reich Christi.* Nam *ecclesiam ipsam* l. *tempora N. T.* per τα επερανια designari, est opinio, similis ei, contra quam ad Thessalon. Exc. I. copiose disputavimus. Alii praeterea interpretes cum Luthero

πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ. καθὼς 4
ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι

 ἡμᾶς

Luthero supplent χρημασι, ut sit εν τοις επȣρανιοις i. q. εν ευλογια πνευματικῃ quod h. l. ferri potest; propter loca tamen parallela, in quibus ista ratio durissime adhibetur, praefero priorem.

4. καθως εξελεξατο — pro και γαρ εξελ. ex consuetudine Ap. periodos periodis jungendi vel per participia vel per pronomen relativum, vel denique per particulas copulativas ὡς, καθως, ὡσπερ et s. p. cf. initium v. 5. 7. 8. 9. 11. 13. 14. εξελεξατο ἡμας — ειναι. *decrevit inde ab aeterno, prae multis aliis hominibus me inprimis gratia et benignitate sua amplecti*. cf. 2Th. 2, 13. εκλεγεσθαι בחר vid. ad 1Th. 1, 4. εν αυτῳ (Al. Morus in Notis ad h. l. legi vult αὑτῳ, quod h. l. non videtur necesse) sc. χριστῳ I. ut Judaei dicuntur *electi in Abrahamo*, Bereschith R. 44. 4. ad Es. 44. 1. h. *propter Abrahamum, et quia sunt Abrahami posteri*. Utroque modo εκλεκτοι sunt Christiani, *tum* propter Christum, *tum*, quia sunt per Christum quodammodo posteri Abrahami cf. Gal. 3, 29. καταβολη κοσμȣ *mundi initia* cf. Matth. 13. 35. (coll. Ps. 78, 2. ubi מני־קדם apud Alex. int. απ' αρχης) Luc. 11, 50. Jo. 17, 24. Hebr. 4, 3. 9, 26. 1Petr. 1, 20. Sic καταβολην πολεμȣ, (Joseph. de b. Jud. 2, 17.) νοσȣ, λογȣ Graeci dicunt. Similiter Philo: καταβολη πυρετȣ *accessio febris* Leg. ad Caj. p. 1009. καταβολη γενεσεως *prima rerum origo*. Vit. Mos. I, p. 645. C. προ καταβολης κοσμȣ i. q. προ χρονων αιωνιων 2 Timoth. 1, 9. Tit. 1, 2. προ των αιωνων 1 Cor. 2, 7. απο των αιωνων Col. 1, 26. Quicquid enim fit in hac rerum natura, id aeternum decrevisse Deus dicitur Paullo locis pluribus, cf. loca Hebraeorum doctorum similia (in quibus כסא, גן עדן, גהנם, תורה, הכבד, בית־המקדש, תשובה, ושם של משיח ajunt fuisse ante mundum conditum.) ap. Eisenmengerum, Entdecktes Judenthum I, p. 316. seqq. ειναι pro εις το l. τȣ ειναι. ειναι ἁγιȣς και αμωμȣς (קדושים ותמימים *qui nihil deliquerunt, irreprehensi*. ut Eph. 5, 27. Col. 1, 22.) κατενωπιον αὐτȣ non tam ad *virtutis studium*, quam potius ad *dignitatem Christianorum*, qua tanquam homines *innocentes filiique caros* Deus eos tractat, est referendum; idem, quod alias in Epp. Paulli est: δικαιȣσθαι παρα

ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον ~αὐτοῦ. ἐν ἀγά-
5 πῃ προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χρι-
~αὐτοῦ στοῦ

VARIAE LECTIONES.

v. 4. Pro αυτȣ post κατενωπιον, αὑτȣ legi, constructio grammatica jubet. Similiterque v. 5. εις αὑτον (quod jam ediderunt Stephanus, Millius, Bengel. et nuper Griesbach.) pro εις αυτον. In Spiritibus appingendis saepissime hallucinatos esse librarios N. T., lectori diligenti, nec praejudicatis opinionibus occupato, dubium amplius esse vix potest. cf. ad 1 Thess. 5, 13. 2 Th. 2, 4.

Ibid. εν αγαπῃ superioribus avulsa junxerunt sequentibus Vers. *Syra. Chrysost. Theodor. Theophyl.* Hieron. *P. Junius, Budaeus*, probb. *Bengelio* et *Griesbach.*

παρα θεῳ. Hinc additum etiam κατενωπιον αυτȣ לפניו h. *judicio ejus.* cf. v. 7. εχειν εν Χριςῳ την απολυτρωσιν, την αφεσιν των ἁμαρτιων. εν αγαπῃ si ex vulgarium edd. interpunctione junguntur extremo versui 4to, αγαπῃ pro *omnis virtutis Christianae studio* posita est existimanda. Quod in certo contextu fieri posse etsi non negamus; hoc tamen loco, quo non tam de *virtute* quam *felicitate* Christiani hominis sermo est, paullo durius accipitur. Ex ratione vero ea, quam ipsi secuti sumus, (vid. var. lect.) εν αγαπῃ est hebr. בחסד εν χαριτι *gratiose, pro suo in nos amore.* cf. 2, 4. Idem tamen sensus etiam servata vulgari interpunctione, constitui quodammodo potest, si εν αγαπῃ ad εξελεξατο refertur.

5. προορισας εις υἱοθεσιαν εις αὑτον (vid. var. lect. v. 4.) sunt fere ad verbum hebraica בחר אתנו לעשות בנים לו eaque paullo durius translata. Graece sic: προορισας εισποιησασθαι ἡμας τεκνα αὑτȣ. *Decrevit adoptare me et tractare per et propter Christum tanquam filium suum* h. *ad Christi religionem me adducere constituit.* Nempe υἱοθεσια (h. το ειναι υιον) θεȣ formulam fuisse inter Judaeos sollennem, cum suam prae caeteris gentibus dignitatem exprimere volebant, res nota est. cf. Exod. 4, 22. Deut. 14, 1. Jer. 31, 9. Rom. 9, 4. Eandem, ut formulas alias similes, transfert Paullus ad *Christianos* ideoque h. l. ad *se ipsum.* cf. Rom. 8, 23. Gal. 4, 5. Jo. 1, 12. προορiζειν simpliciter *decernere,* vel, si nolis praepositionem in vertendo praetermittere, *olim decernere.* cf. v. 11. Rom. 8, 29. 30. 1 Cor. 2, 7. Caeterum in hoc, omnibusque aliis decretis divinis, semper subintelli-

στοῦ εἰς αὐτὸν, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος
αὐτοῦ, εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν ᾗ: 6
ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ· ἐν ᾧ ἔχομεν 7

B 4 ῆς τὴν

VARIAE LECTIONES.

v. 6. ἧς leg. A. E. 6. 17. 23. a pr. man. 47. *Chrysost.* probb. *Bengel. Mill. Griesbach.*

telligenda esse haec: *si faciamus ipsi, quod nostri est;* et per se clarum est, et late expositum a Grotio ad h. l. εις αυτον pro αυτω Hebr. לו cf. Coloss. 1, 20. ευδοκια τȣ θελ. vel *benigna voluntas* vid. ad v. 1. vel etiam *liberrima.* cf. Col. 1, 19.

6. *Quam quidem admirabilem Dei per Christum mihi praestitam benignitatem meum jam est laudibus prosequi et celebrare.* εις επαινον pro εις το επαινεισθαι, δοξα της χαριτος h. χαρις ενδοξος, δοξασῃ. Nempe הדר, כבוד, תפארת, junguntur apud Hebraeos nominibus virtutum, ad *magnitudinem* earum significandam, cf. Ef. 2, 10. Pf. 145, 12. Esth. 1, 4. 2 Theff. 1, 9. Confer etiam v. 7. ubi πλȣτος της χαριτος prorsus idem significat. Ipsum etiam כבוד πλȣτος vertitur ab Alex. interp. Ef. 61, 6. χαριτοω *gratia amplector.* Luc. 1, 28. Sirac. 18, 17. et Pf. 18, 26. apud Symm. cf. similes verborum formas in δυναμοω, αγαθοω, κακοω, δȣλοω, θανατοω, χαριτȣν εν χαριτι *beneficio adficere* formula loquendi hebr. חנן חן similis illis עָבוֹד, שָׁלֹל שָׁלָל, מוֹת מוּת עבודה Graece: ποιεισθαι, παρεχειν χαριν cf. 2, 4. αγαπη αγαπαν. εν τω pro δια τον, αυτȣ ἑνεκα cf. ad v. 3. εν τω ηγαπημενω (יחיד) i. q. alias εν τω υιω αυτȣ τω μονογενει. cf. Matth. 3, 17. ad cujus loci historiam in hujus formulae usu respexisse videntur Apostoli.

7. εν ᾡ — δια τȣ αἱματος αυτȣ. vertendo sic junge: *cujus morti cruentae debeo.* αἱμα pro *morte,* non qualibet, sed *cruenta* dici, in omnibus linguis est perpetuum. Ejusmodi mortem cruentam nisi subiret hominis caussa, qui in Deum deliquerat, victima per se innocens; nec delictum ipsum a Deo remitti, nec eum, qui illud patrarat, poenas irati numinis effugere posse, constans erat tum veterum populorum omnium, tum maxime Hebraeorum, opinio; quam eandem cum Paulli doctrina non tollat, sed confirmet (vid. Hebr. 9, 22.), sequitur inde, cum Christus etiam

τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν
τῶν παραπτωμάτων, κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος
8 αὐτοῦ, ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς ἐν πάσῃ σοφίᾳ
καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 8. ἐν πάσῃ σοφίᾳ κ. φρονήσει versui 9no jungunt 19 Schol. 55. *Hieronym.* prob. *Griesbach.*

etiam, δια του αἱματος αὐτȣ Deo nos reconciliasse dicatur, nullo alio sensu, quam hoc vulgari et inter Judaeos recepto, ex mente quidem Apostoli, istam formulam accipi posse. ἀπολυτρωσιν hebr. פדות esse posse *quamvis ex miseria aerumnisve liberationem*, neglecta vi etymi, quod *pretium datum*, λυτρον, involvit, apparet ex coll. locis his: Luc. 21, 28. Rom. 8, 23. Eph. 4, 30. Loco tamen hoc nostro de *ipsa a poenis divinis liberatione per mortem Christi cruentam facta*, (etsi conjuncta cum hac est *beneficiorum divinorum quorumvis condonatio*) Apostolum cogitavisse indicant tum illa: τȣ αἱματος αυτȣ, vide modo dicta; tum haec: την αφεσιν των παραπτωματων. cf. Matth. 20, 28. Rom. 3, 24. παραπτωματα de *omni peccatorum*, etiam *gravissimorum*, *genere* dicuntur, ut hebr. עול, פשע. מעל; quae singula exprimunt Alexandrini per παραπτωμα. v. Tromm. πλȣτος της χαριτος *gratia liberalissima, liberrima.* cf. ad v. 6. itemque 2, 7. et formas similes πλȣτος της χρηστοτητος Rom. 2, 7. πλȣτος της δοξης Rom. 9, 23. πλȣτος πληροφοριας της συνεσεως. Coloss. 2, 2.

8. ἧς pro ᾗ vel ἥν ex Graecismo noto, pronomen relat. casu jungendi verbo proxime superiori. περισσευειν plerumque neutraliter dicitur: *abundare*; sic construe ᾗ επερισσευσεν (ὁ Θεος) εις ἡμας *qua magna et insigni usus est erga me*; nonnunquam tamen etiam active, *largiter dare*, tum construi debet: εις ἡμας (pro ἡμιν לנו) *quam liberalissime mihi exhibuit.* cf. 2 Cor. 9, 8. 12. 1 Thess. 3, 12. Sensum utrinque eundem oriri, quisque videt. εν παση σοφιᾳ κ. φρονησει multo aptius ad versum nonum, quam ex vulgari interpunctione ad hunc nostrum, transferri, verbisque γνωρισας ἡμιν το μυςηρ. jungi, certum mihi est. Caeterum sensus ex communi interpretatione constituitur sic: eo (*gratum se nobis praebuit et benignum*) quod nobis *omnem eam sapientiam et cognitionem*

καὶ φρονήσει· γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελή- 9
ματος αὐτοῦ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο

gnitionem dedit, *quae ad salutem sufficeret*. σοφιαν et φρονησιν, maxime in Philosophorum subtiliore oratione, sensu nonnunquam apud scriptores Graecos differre, quis neget? cf. Cic. Offic. I, 43. Idem tamen discrimen ad Apostoli familiarem sermonem, ex nostro sensu male transfertur. Nec exempla e Josepho et Philone a viris doctis proposita quicquam probant; posteriora adeo, in quibus συνεσις, haud dubie synonymum της σοφιας, et φρονησις invicem permutantur, in sententiam nostram decernunt. Cfr. etiam hebr. חכמה et בינה quibus σοφ. et φρον. respondent, quaeque non magis differunt, atque illa. Juncta vero sunt h. l. synonyma, additumque praeterea πασῃ, ut *consilii sapientissimi magnitudo* exprimeretur.

9. εν φρονησει το μυστηριον quoad sensum jungo, pro: το μυστηριον σοφωτατον κ. φρονιμωτατον. γνωρισας pro εγνωρισε γαρ vid. ad v. 4. το μυστηρ. τȣ θεληм. *d.* *voluntas, consilium, adhuc inter homines reconditum*; quod quale sit, ex v. 10. sqq. apparet. cf. 1 Petr. 1, 12. ubi idem non *hominibus* tantum, sed *angelis* adeo, olim ignotum fuisse dicitur. μυστηριον per se est *res quaelibet arcana, hominibus antea ignota*, nulla sublimitatis ejus, qua *rei modus* in intelligentiam humanam non cadit, notione voci inclusa; (cf. Marc. 4, 11. Rom. 11, 25. 2 Thess. 2, 7. Apoc. 17, 7. Dan. 2, 18. 19. 27–30. 47. 4, 6. quin de ipsis adeo hominum arcanis Tob. 12, 7. Judith 2, 2. Sir. 22, 22. 27, 16. 17. 21. 2 Macc. 13, 21.) etsi nonnunquam rem ipsam eam postulare non est negandum; v. c. 1 Cor. 15, 51. Apoc. 10, 7. alibi, similiterque h. l. γνωριζειν הודיע (vid. interpp. Graec. ap. Tromm.) i. q. αποκαλυπτειν 3, 3. 5. 10. 6, 19. Ex Graecitate est vel simpliciter *nosse* vel *agnoscere*. κατα την ευδοκιαν αὐτῳ vel ad γνωρισας ἡμιν referendum, sensu hoc: *pro benigna ipsius in me voluntate*; vel, quod Cramerus maluit, jungendum voci θεληματος, ut sit in tota formula descriptio *liberae voluntatis*. *Als er uns seinen aus freyer Güte gefassten, zeither aber noch verborgenen Entschluss bekannt machte.* In verbis ἡν προεθ. εν αὐτῳ (*constituerat apud se*: hoc enim προτιθεσθαι τι εν l. παρ' ἑαυτῳ) nihil amplius quaerendum est, nisi, quod jam expressum erat pronomine αὐτȣ.

Qui

10 ἐν αὐτῷ· εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ ἐν

τοῖς

Qui vertunt secuti Lutherum (er hat es hervorgebracht) *promulgavit, publice proposuit*, in particula προ nimium haerent. Nec locus Rom. 3, 25., et is *quidem* male plerumque intellectus, quicquam efficere potest. vid. ad eum.

10. εις οικονομιαν τȣ πληρωματος των καιρων ανακεφαλαιωσασθαι paullo insolentius dicta pro: τȣ ποιεισθαι εν τῳ πληρωματι των καιρων την οικονομιαν ταυτην· ὡςε ανακεφ. εις hebr. ל. nostrum, *in Ansehung*. οικονομια in oratione Paulina, pereunte vi etymi omni, (secundum quam est *familiae gubernandae, rei familiaris instituendae et administrandae ratio*) simpliciter est: *ratio modusque agendi remque novam instituendi*, nostrum: *Plan, Einrichtung, Anstalt.* cf. Eph. 3, 2. Col. 1, 25. Ignatius ad Ephes. 18. Ιησȣς εκυοφορηθη υπο Μαριας, κατ' οικονομιαν Θεȣ. Loca similia protulit ad h. l. Raphelius ex Polybio Histor. V, 40. ταχειαν ελαμβανε το πραγμα οικονομιαν. *cito res instituebatur*. II, 47. επικρυπτεσθαι την οικονομιαν *rerum a se institutorum rationem occultare*, quin & adde V, 34. ποιεισθαι προνοιαν της οικονομιας *curam habere, ut omnia* i[illegible]) *bene constituantur et ordinentur*. Cave igitur, vertas ex etymologia, ut plerumque fit, *Haushaltung*. πληρωμα των καιρων: hebr. מלאת הימים (interp. Graec. πληρωσις των ἡμερων Ezech. 5, 2. Dan. 10, 3.) est i. q. τελος των καιρων h. *tempora extrema*. i. q. alias εσχαται ἡμεραι, εσχατοι καιροι 2 Tim. 3, 1. Hebr. 1, 2. 1 Petr. 1, 5. 20. quae duo posteriora loca etiam sententiae similitudine cum nostro conveniunt. Similiter πληρωμα τȣ χρονȣ etiam Galat. 4, 4. accipi posse, ad locum ipsum monui. Ex Etymologia vero rursus interpretantur, qui loco utroque πληρωμα *plenitudinem, die Fülle*, vertunt, atque hic de vaticiniorum implemento cogitandum esse existimant. Est igitur ἡ οικονομια τȣ πληρωμ. των καιρ. *der Plan, den Gott noch zulezt auszuführen beschlossen hatte*. Quod vero tempora Christi et Apostolorum perpetuo in libris N. T. εσχατοι καιροι, πληρωμα των καιρων, dicuntur, ratio ejus rei quaerenda est in opinione *de instante cum rerum omnium fine conjuncto futuro* regno Christi sollenni. Quam opinionem copiosius explicatam vide ad Thessalon. Exc. I et II.

11.

τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. ἐν αὐτῷ. ἐν ᾧ καὶ 11
ἐκλη-

VARIAE LECTIONES.

v. 10. τέ, quod in edd. vulgg. poſt τα ante εν τοις ουρανοις legitur, omittunt A. D. E. F. G. 1. 2. 4. 7. 13. 14. 17. 18. 19. 20. 21. 23. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 36. 38. 39. 41. 44. 45. 46. 47. 49. 52. 55. 61. 62. 63. 66. Ed. *Complut. Eraſm. I. Ald. Genev. Bengel. Damaſcen. Chryſoſt. Theodoret. Oecumen. Theophyl.* probb. *Wetſtenio* et *Griesbach.*

11. ανακεφαλαιωσασθαι – εν αυτῳ *gemeinſchaftlich zu vereinen alles durch Chriſtum, die ganze Welt durch ihn.* ανακεφαλαιουσθαι et κεφαλαιουσθαι (in Graecis ſcriptoribus a κεφαλαιον *caput ſumma rei,* non κεφαλη, *caput corporis animalis* deducendum,) eſt: *ſummatim comprehendere aliquid.* Heſych. επαναλαμβανειν. Xenophon et Polyb. utuntur verbo συγκεφαλαιουσθαι ſenſu plane eodem. vid. Raphel. Locus maxime evidens eſt Polyb. Hiſt. V, 32. συγκεφαλαιουσθαι τα πραγματα. *res exponendas ſummatim comprehendere.* Noſtrum ανακεφ. adhuc occurrit Rom. 13, 9. Pſ. 71, 20. Theod. et quint. ed. ανεκεφαλαιωθησαν (כלו) προσευχαι Δαυιδ; ſimplex κεφαλαιουν Sirac. 35, 8. κεφαλαιωσον λογον, εν ολιγοις πολλα. Sirac. 32, 9. Unde homines ανακεφαλαιουσθαι erit: *diverſis ſtudiis, diverſaque fortuna hactenus invicem diſtractos, in ſtudiorum animique conſenſum, ejusdemque felicitatis ſocietatem adducere.* cf. loc. parall. Coloſſ. 1, 20. αποκαταλλαξαι τα παντα εις αυτον. Optime Chryſoſt. συναψαι, ενωσαι. cf. 2, 14. 15. εν ποιησαι, τους δυο κτισαι εις ενα ανθρωπον. Caeterum perſuaſum mihi habeo, cum Apoſtolus verbo ανακεφαλαιουσθαι uteretur, eum non tam reſpexiſſe ad κεφαλαιον quam κεφαλην. hanc enim Chriſtum eſſe τη εκκλησια ſaepius in hac epiſtola profitetur. Unde ανακεφαλαιουσθαι eſt εις ἓν σωμα ἑνωσαι, ἁρμαζομενον εκ μιας κεφαλης. cf. v. 22. 4, 15. 16. τα εν τοις ουρανοις και τα επι της γης. Quinam per τα εν τοις ουρανοις ſint intelligendi, anxie quaerunt interpretes. Qui vel de *daemonibus* vel de *mortuorum hominum animabus* cogitant, quod faciunt pleríque, inferunt ſententiam ab omni loci contextu profecto alienam. Multo aptius utique, et tum ad loci noſtri, tum totius epiſtolae, conſilium magis accommodate de *Judaeis* et *Ethnicis* formulam interpretantur Lockius, Schoettgenius, alii. (Conf. inprimis 3, 9. coll. 3, 3. 4. 9. et Col. 1, 26.

ἐκληρώθημεν, προορισθέντες, κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ

πάντα

I, 26. 27. quibus locis singulis idem vocabulum *μυςηρια* de eadem quoque re haud dubie videtur intelligendum.) Sed verba id non permittere clamant caeteri; nec temere, opinor, tum, cum in formula ipsa *τα εν τοις ϐρανοις* *Judaeorum*, vicissim in hac: *τα επι της γης* *Ethnicorum* descriptionem contineri Schoettgenius existimat. Nam primum, ad formulam *βασιλειας των ϐρανων* de *Judaica ecclesia* adhiberi creditam, provocari non posse, partim disputatum vide ad Thess. Exc. I., partim, si vel maxime receptus *inter Judaeos doctores* esset iste usus loquendi, tamen in oratione *Apostoli*, quem formulam hanc Judaicam *βασιλειας των ϐρανων* a *Judaeis* ad *Christianos* transtulisse ipsi illi interpretes volunt, *Judaeos solos* eosque *non-Christianos* (hi enim ex loci nostri contextu sunt intelligendi, ut *τα επι της γης gentes non-Christianae*) ita dici potuisse inde non sequeretur; imo vero honorificum hoc Christianorum nomen, si tale omnino erat, ad hos *Judaeos* inprimis, eosque ethnicis oppositos, Apostolum nostrum, Ethnicorum multo amantiorem quam Judaeorum, et in epistola quidem ad *Ethnico-Christianos* inprimis scripta, transtulisse vix est probabile. Deinde vero, *την γην* de *Ethnicis* dici, nullus praestat locus neque in S. S. neque in scriptis Rabbinorum. Loca enim, quibus *κοσμος* ita dici existimatur, non tantum de *Judaeis*, sed *omnibus non-Christianis*, sive Judaei fuerint sive Ethnici, ex perpetuo omnium linguarum, singulari cuidam hominum familiae certis nominibus insignitae, caeteros omnes, qui ad eam non pertinent, voce generaliore *τȣ κοσμȣ* opponendi usu sunt interpretanda. vid. Jo. I. 10. Gal. 4, 3. et centies alibi. Enimvero, ut salva sit Schoettgenii interpretatio, ne opus quidem videtur hac in confirmanda ea sedulitate, modo teneamus: *τα εν τοις ϐρανοις κ. τα επι της γης* Hebr. שמים והארץ esse periphrasin *universi*; qua quidem cum utantur Apostoli, non statim etiam de *singulorum verborum syllabarumque* (v. c. *coeli et terrae*) sensu sigillatim distincte cogitavisse, sed formulam universam *mundi* ad *partem quandam ejus*, eamque pro variorum locorum contextu variam, designandam adhibuisse sint existimandi. cf. Tanchuma pag. 165. I. *Abrahamo patri meo Deus possidendum dedit* COELUM ET TERRAM h.

orbem

πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ,

orbem terrarum, τὸν κόσμον Pauli, Rom. 4, 13. vid. ad h. l. adde Matth. 6, 10. itemque Matth. 28, 18. coll. Marc. 16, 15. ubi, quod altero loco est ουρανος και γη hebraice, idem in altero, magis graece per κοσμον expressum videtur. Similis ratio est in Graecorum κοσμῳ et nostro, *Welt* velut: cum Deus αγαπησαι τον κοσμον dicatur, nec tamen *angelos* aut *animantia caetera*, sed tantum *homines* significari nemo dubitet. Similiter igitur h. l. *omnes omnino homines*, et quidem, quod contextus necessario postulat, *sine discrimine gentis*, *Judaei et barbari* videntur intelligendi; quos quidem, in hac potissimum de *regno Christi futuro* disputatione, eo magis ista ampliore formula exprimere potuit Ap. cum idem illud regnum, ad quod neglectae hactenus et a Judaeis contemtae gentes exterae nunc adducendae erant, non ad has terras tantum restrictum, sed ambitu aliquanto latiore, quicquid est in rerum natura, eidem subjectum iri, Apostolus sibi persuaderet. cf. adhuc versionem totius formulae Germanicam supra ad initium versus propositam.

II. 12. Arcte invicem junge, εν αυτῳ ad επι της γης retulimus, interpunctione majori post γης deleta. Idem fecerat Griesbachius. εν ᾡ pro δι' ου *cujus beneficio*. εκληρωθημεν - εις το ειναι ἡμας - τους προηλπικοτας sunt invicem jungenda. sensu hoc: *cujus aeterna benevolentia mihi etiam contigit, ut, qui jam diu Christum exspectaveram, mihi etiam prior ad praedicandum hoc dei beneficium occasio suppeditaretur.* Sensum eundem aliis verbis expressum vide v. 4. κληρουσθαι εις τι i. q. εκλεγεσθαι, αξιουσθαι του ειναι τι. In voce κληρος ex Graeca *sortis* significatione non est haerendum. cf. Aelian. Hist. Anim. I, 13. κληρουσθαι το λεχος. Alciphron. Ep. III, 49. δαιμων εκληρωσατο με. Similiter προσκληρουσθαι Act. 17, 4. i. q. προστυγχανειν. Si qua emphasis verbo inest, ex hebraico נחלה illa est derivanda, quod de *omni felicitate* ab Hebraeis dici ad Gal. 3. 18. notatum vide. Unde εκληρωθημεν εις - נחלבו foret: *contigit mihi, adeo esse felici, ut* - - προορισθεντες κατα προθεσιν. Alterutrum redundat. Suffecisset vel: προορισθεντες παρα του. - vel εκληρωθημεν κατα προθεσιν του - verba ipsa vero προοριζειν et προτιθεναι sunt mere synonyma. ὁ τα παντα - αυτου, *is, qui voluntate liberrima omnia perficit.* βουλη

12 αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ, τοὺς

βουλη τȣ θεληματος. Aut utrumque est synonymum, aut voluntas *liberrima* est intelligenda.

12. In priore editione post ἡμας comma posueram, ut εις το ειναι — τȣς προηλπικοτας (pro εις το προηλπικεναι ἡμας) jungi invicem possent; quod nunc non amplius mihi probatur, ex quo locum omnem non de *Judaeo-Christianis* sed de *Apostolo solo* interpretandum esse censeo. vid. ad v. 3. Servata igitur vulgari interpunctione εις το ειναι ἡμας εις τον επαινον junxi; τȣς προηλπικοτας vero non ad εις το ειναι, sed ad ἡμας tantum retuli sensu hoc: *ut ipse, qui spem de Christo mox apparituro diu conceperam, exsisterem insigne documentum vis et benignitatis divinae.* np. hoc ipso, quod *contigit mihi converti ad religionem J. C.* ελπιζειν εν τῳ χριςῳ i. q. πιςευειν εις χριςον: vel ad *ipsam spem Messiae*, antequam in terris adesset, jam inter Judaeos praeceperam (vid. mox) est referendum; vel *accessio ad religionem Christi a spe futurae per ipsum et in ipsius regno felicitatis* describi est existimanda. cf. Rom. 15, 12. 1 Cor. 15, 19. προηλπικοτες vulgo: *tempore priores*, iis nempe, quos jam

v. 13. Ap. alloquitur. Tum Apostolus *semetipsum* opponit iis, qui *post eum*, ipsius ministerio ad religionem Christi adducti et adhuc adducendi erant, ὑμεις ακȣσαντες — Enimvero neque reticendum est hoc, posse προελπιζειν etiam explicari sic: *spem praecipere*, sperare rem, ante quam illa adsit; ideoque προελπιζειν εν χριςῳ dici posse cum Judaeis omnibus Apostolum quoque, quod *exspectaverat Messiam, eumque mente et cognitione veneratus fuerat, multo ante quam Jesus in has terras venisset.* cf. Act. 26, 6. 7. 28, 20. Luc. 24, 21. 1 Cor. 15, 19. Sic sententiae oppositae invicem hae forent: *Dei est beneficium per Christum, quod mihi homini Judaeo, qui spem de hoc Messia nostro, per longum temporis spatium praeceperam, laetissima hac spe potiri voluit; eidem vero beneficio divino debetis vos, quod nunc, cum Messias jam venerit, audita eadem hac laetissima doctrina, eam non repudiavistis.* Et juvat, nisi fallor, sententiam hanc locus alius 2, 12. quo gentes olim χωρις χριςȣ fuisse dicuntur. Usum loquendi vero in προελπιζειν illustravit ex Polybio, qui simili sensu verbo decomposito προκατελπιζειν utitur, Raphe-

τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ. ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς, 13
ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, τὸ εὐαγγέλιον
τῆς σωτηρίας ὑμῶν· ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθη-
τε τῷ πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ· ὅς ἐστιν 14
ἀῤῥα-

Raphelius ad h. l. Sunt loca Hist. II, 4. μηδε προκατελπιζειν βεβαιουμενους ὑπερ ὡν ακμην ενδεχομενον εστιν αλλως γενεσθαι. et XIV, 3. ὁ δε Συφαξ ταυτα διακουσας εφερε μεν δυσχερως, δια το προκατηλπικεναι περι των διαλυσεων.

13. Post ὑμεις repetendum est εκληρωθητε ex v. 11. *Ipsius beneficio debetis etiam vos, quod et nosse veram de salute vestra doctrinam et recipere eam et denique, postquam recepistis, Spiritus divini vim, certum hoc futurae felicitatis vestrae argumentum et tanquam pignus, variis modis experiri, vobis contigit.* λογος της αληθειας דבר אמת pro λ. αληθης. De voce ευαγγελιου vid. ad Gal. 1, 8. et σωτηριας ad 2 Th. 2, 10. 13. πιστευσαντες *ex quo Christiani facti estis.* De voce πιστευειν cf. ad Gal. Exc. 6. πνευμα ἁγιον h. θειον cf. ad Gal. Exc. 5. π. της επαγγελιας hebr. constructio pro π. επηγγελμενον. Ad quodnam χαρισματων πνευματος genus Ap. h. l. respexerit, cupide quaerunt interpretes. Nobis ad *singula in variis Christianis varia, divina tamen et singularia omnia,* respici videtur, cum, quomodocunque tandem homo Christianus ad recte et praeclare cogitandum, sentiendum, agendum, affectum se sentiat: sive ampliore rerum divinarum cognitione, sive elatiore animi virtute, sive denique res inauditas patrandi potestate, singula haec ad ipsum πνευμα ἁγιον referre Ap. soleat. vid. ad Galat. Exc. 5. σφραγιζεσθαι i. q. βεβαιουσθαι Jo. 6, 27. Rom. 15, 28. Tropus intellectu facilis. Sigillo impresso res certa omnique fraude libera declaratur; similiter spiritus divini in ipsos agentis conscientia certos faciebat Christianos: Dei esse opus, quod in religione Christi propositum cernerent, certamque spem suam promissae ab Apostolis felicitatis aeternae in regno Christi. Ipsa, quae sequuntur, verba, idem magis etiam declarant. cf. 4, 30. Rom. 5, 5. 8, 15. 16. 2 Cor. 1, 22. Gal. 4, 6.

14. ὁς pro ὁ ex Graecismo noto cf. Gal. 3, 16. αρραβων vox origine non graeca, sed hebraica ערבון, (ab ערב spondere) quam tamen, a Phoenicibus forte acceptam, Graeci et

ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν, εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ.

Διὰ

oi et ab his Romani receperunt. cf. Plaut. Mil. Act. IV, Sc. I. *Hunc arrhabonem amoris a me recipe.* Heautont. Act. III. Sc. III. Significat partim *arrham*, h. primam partem pretii, datam, ut, de toto pretio secuturo fides fiat, nostrum *Handgeld*; partim *pignus*, *depositum*, Gen. 38, 17. Sententia ipsa totius formulae πνευμα αρραβων της κληρονομιας, est eadem, quae paullo ante per εσφραγισθητε τω πνευματι expressa fuerat, nunc sub alia tantum imagine (cujus sensus, isque, utram vocis significationem, sive *arrhae* sive *pignoris*, praeferas, semper idem, explicatione non indiget) repetita. cf. 2 Cor. 5, 5. Similis locus est Abarbanelis in 2 Reg. 22, 7. 8. *Lex est Arrhabo, quae in manibus nostris est a Deo de redemtione nostra et animorum nostrorum liberatione.* κληρονομια vel *felicitas ipsa, quam in regno Messiae exspectant Christiani*, vel *jus eam obtinendi* ut sit αρρ. της κληρον. εις απολ. pro αρρ. τȣ κληρονομιας εσεσθαι ἡμας της απολυτρ. *das Unterpfand unsrer einstigen Theilnehmung an der Seligkeit die uns bereitet ist.* cf. ad Gal. 3, 18. εις απολυτρωσιν Hebr. constructio per ל pro: της απολυτρωσεως. In hac enim απολυτρωσει est κληρονομια. Possit tamen etiam cum aliis, Lamb. Bos. Homberg. in Parergis, Bengel. non incommode referri εις απολυτρ. ad εσφραγισθητε, uncis inclusis his: ὁς εστιν — ἡμων. cf. locus 4, 30. etsi is non est plane similis nostro. De voce απολυτρ. vid. ad v. 7. h. l. tamen maxime *de ipsa felicitate in regno Messiae olim exspectanda* est cogitandum. cf. 4. 30. Rom. 8, 23. Exod. 6, 6. 7. απολυτρωσιν της περιποιησεως vulgo interpretantur: *liberationem populi Deo peculiaris*, ex hebr. סגלה. Sed nunquam סגלה per se est *populus Israeliticus ipse*; nec 1 Petr. 2, 9. quicquam probat; cum aliud sit λαος εις περιποιησιν עם סגלה cf. Deut. 7, 6. aliud ἡ περιποιησις. Similis ratio est Malach. 3, 17. והיו לי סגלה locorumque similium; in quibus singulis particula לי non est praetermittenda. Nobis quidem est απολυτρωσις της περιπ. status constructus hebraeorum, loco Participii Nomini Substantivo juncti positus pro: απολυτρωσις περιποιηθεισα ἡμιν *quae parata nobis est* l. ἡν περιποιησομεθα. *qua fruemur aliquando*, unde etiam comma post περιποιησεως delevimus. cf. 1 Th. 5, 9. 2 Th. 2, 14. Hebr.

Διὰ τοῦτο κἀγὼ, ἀκούσας τὴν καθ' ὑμᾶς πί- 15
στιν ἐν τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ, καὶ τὴν ἀγάπην τὴν εἰς πάν-
τας τοὺς ἁγίους, οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ 16
ὑμῶν, μνείαν ὑμῶν ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν
μου· ἵνα ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, 17
ὁ

Hebr. 10, 39. Similem constructionem vid. v. 18. ελπις της κλησεως αυτου pro: εις ἣν εκαλεσεν ἡμας. Similiter resolve locum, 1 Petr. 2, 9. λαος εις περιποιησιν pro ὃν περιεποιησατο ὁ θεος. Bengelius denique in Gnomone vertit απολ. της περιποιησ. *redemtionem, quae, cum caetera pereant, salva remanet;* collato interp. Graec. ad 2 Paralip. 14, 13. ubi περιποιησις respondet hebr. מחיה. Neque id quidem per se male, cum usu tamen loquendi Paullino non satis consentienter. δοξα αυτου vel θεου ut v. 12. vel χριστου v. 13.

15. δια τουτο np. *quia, quanta sit felicitas Christianis olim parata, scio et sentio ipse; hinc laetor, si quos videam et audiam non respuere hanc oblatam sibi felicitatem.* ακουσας – ου παυομαι *ex quo cognovi, vos esse Christianos, ex eo tempore assidue laudo Deum vestra caussa, et preces facio pro vobis.* ἡ καθ' ὑμας πιστις pro ἡ πιστις ὑμων. cf. formulam similem in his: το ευαγγελ. κατα Ματθαιον pro Ματθαιου. πιστις εν τῳ κυριῳ pro εις τον κυριον. αγαπη h. l. *liberalitas* vid. ad Gal. 5, 6. 1 Th. 1, 3. i. q. φιλαδελφια 1 Th. 4, 9. ἁγιοι h. l. mera periphrasis *Christianorum* cf. ad v. 1.

16. ευχαριστειν vid. ad 2 Th. 1, 3. ου παυομαι ευχαριστων quod alias αδιαλειπτως ευχαριστω. cf. ad 1 Th. 1, 2. 3. ὑπερ ὑμων pro ὑμων ἑνεκα, το καθ' ὑμας. μνειαν ποιεισθαι τινος επι των προσ. est simpliciter *precari pro aliquo.*

17. ὁ θεος του κυριου I. X. Sic verba utique jungenda, non ὁ θεος, του κυρ. ἡ I. X. ὁ πατηρ της δοξης, ut ὁ πατηρ ad του κυριου referatur. Quid vero in hujus formulae θεος I. X. usu hoc loco Ap. cogitaverit, difficile est dictu. Si θεος hominibus jungitur v. c. θεος του Αβρααμ, θεος ἡμων et s. p. nulla est dubitatio, inesse has duas notiones: *Deus quem colimus*, et: *a quo beneficiis adficimur.* Jam quidem in *Jesu homine*, similem formulae ejusdem rationem cogitari posse, dubitari non potest.

ὁ πατὴρ τῆς δόξης, δῴη ὑμῖν πνεῦμα σοφίας καὶ ἀπο-

καλύ-

potest. cf. Jo. 20, 17. enimvero cum idem Jesus sit etiam υἱὸς θεοῦ, atque ex hac ipsa ratione, *singulari quodam modo Deo junctus:* cf. ad Gal. Exc. 2. sensum quoque multo illustriorem in animo habere potuisse Apostolum, quis tandem negare sustineat? qualis tamen idem, in quovis loco, fuerit, definire ego quidem non ausim. ὁ πατηρ της δοξης כבוד h. l. iterum *omnem majestatem divinam* exprimit. Verterim germanice: *Unser allmächtige Vater. is, qui habet, quod largiri nobis possit.* Similes formulas, θεος δοξης, βασιλευς της δοξης, πατηρ των οικτιρμων vid. Act. 7, 2. Ps. 24, 7. 2 Cor. 1, 3. πνευμα -- αποκαλυψεως. αποκαλυψις ex perpetuo S. S. usu est *scientia ea, quae non naturali quadam ingenii humani vi, sed diviniore quodam modo homini contingere existimatur.* cf. 3, 3. Rom. 16, 25. 1 Cor. 14, 6. 26. 2 Cor. 12, 1. 7. Gal. 1, 12. 2, 2. Hinc apparet, partim σοφιαν *de eadem re* esse intelligendam, partim πνευμα non esse posse h. l. *mentem humanam*, sed intelligendum esse *ipsum illum spiritum divinum*, ad quem, quicquid bonum atque honestum in Christianorum mentibus animisque excitari noverat Apostolus, solet Ap. referre. cf. ad Gal. Exc. 5.

Caeterum non est de *rerum singularium*, velut: *vaticiniorum, mysteriorum* et s. p. revelatione h. l. cogitandum, sed de *omnibus iis, quae Christiano ad religionem accurate tenendam vitamque secundum eam instituendam necessaria erant*, (quorum nihil ex Apostoli doctrina sine spiritu divino Christianis contingere potest) locus interpretandus. εν επιγνωσει αυτου. Est periphrasis *verae religionis*, hebr. דעת יהוה quod merum synonymum est του: יראת יהוה cf. Jes. 11, 2. 9. Hos. 4, 1. 6. 6, 6. Proverb. 2, 5. Col. 1, 10. Jungi vero possunt verba haec vel proximo αποκαλυψεως ut sit pro της εν επιγ. α. *sapientia ea, quae cernitur in religione*, vel pronomini ὑμιν *euch seinen ächten Verehrern*: ut sit εν επιγνωσει αυτου idem quod τοις επεγνωκοσι αυτον; vel verbo δωη: tum εν επιγνωσει pro εις επιγνωσιν accipiendum. (cf. 1 Cor. 7, 15. εν ειρηνη pro εις ειρηνην) vel denique, quod ipse fere praetulerim, sequenti πεφωτισμενους v. 18. pro δια της επιγνωσεως α. *Augen des Geistes aufgehellt durch seine Religion.* Quamcunque rationem sequaris, sensus ubique idem. δωη Ion. pro δοιη dialecto Attica. Thomas. Ιωνες την διφθογγον εις ω μεγα τρεπουσιν· το δοιη εν χρησει μαλλον του δωη.

18.

καλύψεως, ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ. πεφωτισμένους τοὺς 18
ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ὑμῶν, εἰς τὸ εἰδέναι ὑμᾶς,

VARIAE LECTIONES.

v. 18. καρδιας pro διανοιας quod vulgg. edd. expressum habent, legunt A. D. E. F. G. 1. 2. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 17. 19. 21. 23. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 33. 34. 37. 38. 39. 41. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 52. 55. 61. Apost. 2. Ed. *Complut. Colin. Genev. Plantin. Bengel.* Vers. *Syr.* utr. *Arr. Copt. Aethiop. Vulg. Ital. Constitut. Apost. Athan. Cyrill. Damasc. Macar. Proclus. Chrysost. Euthal. Theophyl. Ephr. Tertull. Hieronym. Leo. Ambrosiast.* probb. *Millio*, *Wetst.* *Griesbach.* Et facile in corrigendi libidinem incidere potuisse, quisquis vocis καρδιας vim, ex hebr. lingua repetendam (vid. not.) non assequeretur, omnes vident. cf. etiam 4, 18. unde potissimum vox διανοιας in hunc locum translata videtur.

18. πεφωτισμενους τους οφθαλμους potest ad δωη referri; potest vero etiam absolute accipi pro accusativis consequentiae, loco genitivorum πεφωτισμενων των οφθ. quod praefero, cf. 3, 17. Act. 26. 3. οφθαλμοι της καρδιας (vid. var. lect.) tropus vulgaris, omniumque linguarum et scriptorum communis. *Oculi pectoris* Ovid. Metam. 15, 63. Philo de mund. condito. p. 607, 2. οπερ ὁ οφθαλμος εν τῳ σωματι, τουτο ὁ νους εν τῃ ψυχῃ. Plato in sympos. ἡτοι της διανοιας οψις αρχεται οξυ βλεπειν, ὁταν ἡ των ομματων ακμης ληγειν επιχειρῃ. Antonin. 4, 29. νοερον ομμα. cf. Act. 26, 18. Tropum alium, similem tamen, vid. 1 Petr. 1, 13. καρδια, ut hebr. לב, in N. T. sedes non tantum *voluntatis et studiorum*, verum etiam *intelligentiae et sapientiae*. Nos h. l. *Geist* diceremus, non: *Herz*. *Daß er aufhellen wolle eures Geistes Augen.* cf. 4, 19. τις pro ποση, ποταπη, *quanta, quam admirabilis.* ελπις της κλησεως αυτου pro: εις ἡν εκαλεσεν ὑμας cf. ad v. 14. ελπις *ipsa felicitas, quam speramus.* cf. ad Gal. 5, 5. Col. 1, 5. Eadem sententia continetur in his τις ὁ πλουτος - ἁγιοις. *Quanta futura olim sit felicitas Christianorum, quos populum suum peculiarem inprimisque carum sibi elegit.* Nempe plenus sensu felicitatis aeternae verba verbis accumulat Ap., ut, si possit, vim et magnitudinem beneficii divini exhauriat. δοξα *ipsa illa aeterna felicitas.* κληρονομια θεου h. l. synonymum της δοξης, *eadem felicitas* (adjuncta tamen in voce δοξης *magnitudinis* et *dignitatis* significatione pro της κληρονομιας θεου

τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως αὐτοῦ, καὶ τίς ὁ πλοῦ-
τος τῆς δόξης τῆς κληρονομίας αὐτοῦ ἐν τοῖς ἁγίοις,
19 καὶ τί τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ εἰς
ἡμᾶς

θεȣ της ενδοξȣ.) sensu hoc: *quanta sit vis et dignitas felicitatis, quae parata est Christianis:* εν τοις ἁγιοις non ad κληρονομιας αυτȣ (neque enim ad Act. 26, 18. locum nostri valde dissimilem provocari potest) sed ad superiora τις εϛιν refero: *quae sit proposita Christianis spes felicitatis.* Alii κληρονομιαν interpretantur *populum ipsum a Deo inprimis amatum et prae caeteris electum,* qualem נחלת יהוה Judaei se ipsos nominare perpetuo solebant. Deut. 32, 8. 9. Sir. 17, 17. tum της κληρον. αυτȣ εν τοις ἁγ. accipiendum pro της κλ. αυτȣ της των ἁγιων. Nempe οἱ ἁγιοι sunt illi ipsi ἡ κληρονομια θεȣ. conf. similem loquendi modum 2, 15. De totius loci sententia cf. Col. 1, 12. Act. 26, 18.

19. Rursus sententia eadem tantum alio modo expressa, et ad *vim* inprimis *divinam,* qua *potest* Deus Christianis suis felicitatem largiri, cogitandam et admirandam accommodata. Ut vero hanc vim divinam sensibus Christianorum eo clarius objiceret, exemplo utitur miraculi, simili quadam vi divina a Deo patrati, *resurrectionis* nempe *J. C. e mortuis*; hacque semel commemorata, ipsam Christianorum felicitatem eidem resurrectionis miraculo comparat, eodemque nomine compellat 2, 5. 6. Unde, qui jam sequuntur versus, usque ad cap. 2, 10. arcte invicem sunt conjungendi: etsi sententia primaria variis aliis tum de Jesu Christi majestate, tum de Christianorum pristina miseria, e qua nunc per Christum emerserant, paullulum est interrupta. ὑπερβαλλειν proprie *metam jaciendo superare,* deinde simpliciter *excellere* 3, 19. 2 Cor. 3, 10. εις ἡμας rursus ad τι εϛιν refero ut v. 18. εν τοις ἁγιοις, *quam in nobis vim exseruerit.* ἡμας nunc quidem non ad *Apostolum* solum, sed *ad omnes Christianos* τȣς πιϛευοντας, pertinere, quisque videt. τȣς πιϛευοντας: vulgo junguntur haec sequentibus κατα την ενεργειαν, sensu non incommodo hoc: *in convertendis nobis ad religionem Christi opus aliquod insigne perfecit Deus, simile ei, quo e mortuis resuscitavit Christum;* ut sit κατα την ενεργειαν positum pro δια της ενεργειας ex rariore τȣ: κατα significatione. cf. 3,

ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κρά-
τους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ἣν ἐνήργησεν ἐν τῷ Χριστῷ, 20
ἐγεί-

3, 3. 1 Cor. 12, 8. Malui tamen, cum non tam de *conversione ipsa ad religionem*, quam de *felicitate* per eam Christiano homini parata, locus omnis agere videatur, (vid. v. 18.) τȣς πιςευοντας commate interposito a sqq. sejungere, unde sententia proficiscitur haec: *ut vim insignem illam intelligatis, quam ad Christianos suos beandos impendit Deus; non minorem ea ipsa, qua Christum e mortuis resuscitavit.* Tum κατα, ex vulgari particulae significatione, *similitudinem* utriusque operis divini, et Christi resuscitati, et Christianorum hominum per religionem Christi beandorum, exprimit. Caeterum beatam hanc Christianorum conditionem non tantum *in resurrectione eorum e mortuis*, sed in *omni felicitate, tum in his terris, tum post hanc vitam*, iis *parata* esse ponendam, notabitur ad 2, 5. ενεργεια, κρατος, ισχυς sunt mera synonyma, juncta invicem, ut *gradus potentiae divinae maximus* exprimeretur. κρατος της ισχυος pro ισχυς κρατερα. חזק אמץ. Job. 21, 23.

20. ἣν ηρ. ενεργειαν ενεργειν ενεργειαν *vim exserere agendo.* cf. 2, 14. αγαπην αγαπαν. εν τω χριςω pro Dativo simpliciter τω χριςω l. το κατα χριςον *An Christo, für Christum.* και εκαθισεν mutata constructione pro καθισας. cf. Col. 1, 6. Apoc. 3. 7. καθιζειν εν δεξια θεȣ h. *Deo proximum esse potestate et honore* cf. 1 Reg. 2, 19. Ps. 45, 10. Matth. 20, 21.) ideoque etiam, *imperare cum Deo et auspiciis divinis.* cf. Ps. 110, 1. sqq. εκαθισεν transitive esse accipiendum (*jussit sedere eum sibi ad dextram.*) tum ex superiori εγειρας tum ex v. 22. υπεταξεν. tum vero etiam ex pronomine αὑτȣ, non αυτȣ (ut vitio librariorum legunt. edd. nonnullae), satis apparet. cf. 2 Th. 2, 4. 1 Cor. 6, 4. τα επȣρανια vel significat *coelum ipsum*, in quo Deus, regis instar solio insidere, indeque universae rerum naturae imperare vulgo ab hominibus cogitari solet, vel est synonymum της βασιλειας των ȣρανων, *ipsum imperium divinum, quo res omnes gubernat et regit:* unde sententia formulae εκαθισεν—επȣρανιοις haec: *voluit eum esse proximum sibi in regendis gubernandisque hominibus.* cf. ad v. 3.

ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν· καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ
21 ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξου-
σίας καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος καὶ παντὸς ὀνόματος
ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ
22 ἐν τῷ μέλλοντι· καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πό-
δας

21. ὑπερανω — pro ὡστε βασιλευειν αυτον ὑπερανω. ὑπερανω i. q. simplex ὑπερ 4, 10. Hebr. 9. 5. Hebraic. למעלה, מלמעלה Ezech. 10, 19. ut oppositum ὑποκατω pro simplici ὑπο. Hebr. 2, 8. αρχη, εξουσια, δυναμις, κυριοτης (abstracta posita pro concretis αρχοντες, δυνατοι, κυριοι caett.) plane sunt synonyma, cumulata invicem, ut *nullum potestatis genus exclusum esse imperio Christi* indicaretur; ut nos verba similia *Hoheit, Macht, Gewalt, Herrschaft* sensu prorsus eodem augere et cumulare solemus, subtiliore singulorum vocabulorum discrimine prorsus neglecto. ονομα potest *dignitas* esse, cf. Philipp. 2, 9. (etsi is locus nostri sit admodum dissimilis,) potest vero etiam παν ονομα positum videri pro παν simpliciter, et παν ονομα ονομαζομενον pro: παντα, ὡτινι αν ονοματι ονομασθῃ. *Und wie es alles Namen haben mag.* Esse vero non tantum *regna et imperia terrae nostrae seu quicquid in rerum natura insigne magnum potens Apost. noverat*, maxime *Daemonum bonorum pravorumque varios ordines, classes, genera* (neque tamen etiam haec tantum) his formulis comprehensa, ex Coloss. 1, 16. satis apparet. cf. 3, 14. 6, 12. 1 Cor. 15, 24. Rom. 8, 38. ου μονον εν τῳ αιωνι — commate interposito sejunximus ab ονομαζομενου; ut, vel inter legendum, ad sententiam omnem εκαθισεν ὑπερανω πασης αρχης referri possent. εν τῳ αιωνι τουτῳ — μελλοντι i. q. νυν και εις τους αιωνας cf. Matth. 12, 32. αιων ουτος עולם הזה *tempus illud ipsum, in quo tum versabatur Apost.*; עולם הבא *tempora futura*, potissimum ea, *quibus mutata terrarum facie Messiae regnum solemne inauguratum iri Apostolus cum Christianis omnibus sperabat.* cf. Exc. I.

22. και παντα — ποδας αυτου. Sententia prorsus eadem, tantum alia imagine, expressa, ejusmodi tamen, qua tum quidem *imperium omne* (cf. Ps. 8, 6.) tum vero *potestas* inprimis *majestatis suae adversariis* atque *rebellibus* infligendae significantur. cf. 1 Cor. 15, 17. Contra vero in his:

δας αὐτοῦ· καὶ αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ
ἐκκλησίᾳ, ἥτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ, τὸ πλήρωμα 23

his: εδωκε κεφαλην - τῃ εκκλησιᾳ est *lenioris mitiorisque in cives suos imperii* descriptio. Hanc enim voci κεφαλης vim inesse, in oratione Paullina, post collata loca plura 4, 15. 5, 23. Col. 1, 18. 2, 19. 1 Cor. 11. 3. dubitare non potuimus. Neque eidem contrarius est Col. 2, 10. quem locum vide. εδωκε נתן pro τεθεικε, εστησε. κεφαλη υπερ παντα pro υπερεχουσα παντων. *Das höchste Oberhaupt. Dominus, omnibus iis, quorum auctoritate et disciplina tum regebantur Christiani, velut: Apostolis, Episcopis, Doctoribus et s. p. multo superior, ideoque defendendis tuendisque suis admodum par.* εκκλησιᾳ pro τοις πιστευουσι. cf. ad 1 Th. 1, 1. Neque tamen h. l. per εκκλησιαν tantum *Christianos in his terris*, sed *bonos omnes per universam rerum naturam, inter Daemones non minus quam homines, passim dispersos* Apostolum intelligi voluisse, ex 1, 10. probabile nobis videtur. cf. de voce εκκλησιας hoc ampliore sensu adhibita Hebr 12, 23.

23. το σωμα αυτου i. q. ἡ αρχη αυτου. Sed maluit Ap. voce σωματος uti, quia praecesserat κεφαλη. *Regit suos Christus, ut capite regitur corpus.* cf. 4, 12. 15. 16. 5, 23. Col. 1, 18. το πληρωμα-πληρουμενου. Sunt haec, nisi verbis vim inferre velis, necessario ad σωμα αυτου referenda, cumque his de ipsa εκκλησιᾳ v. 22. interpretanda. cf. 3, 19. Est vero το πληρωμα Hebr. מלא simpliciter synonymum του: πληθος l. τα παντα. v. c. πληρωμα της γης Ps. 24, 1. pro: παντα ἁ εστι εν τῃ γῃ. πληρ. των εθνων; Rom. 11, 25. pro: παντα τα εθνη. πληρωμα της ευλογιας pro: πασα ἡ ευλογια Rom. 15, 29. cf. similes Graecorum formulas: ἁπαντα πληρωματα της πολεως. *omnes incolae urbis.* Aristid. de non agendis Comoed. p. 282. πληρωμα νηος *quicunque sunt in nave.* vid. Casaub. ad Athen. 8, 10. p. 612. πληρωμα του ιππου *Graeci heroes omnes in equo Trojano conclusi.* vid. Olearium ad Philostrati Heroica c. 10. §. 12. p. 717. Unde idem πληρωμα ex hujus loci contextu, quo τῃ εκκλησιᾳ junctum est, erit: *universa multitudo eorum, qui ad ecclesiam Christi pertinent.* cf. ad Col. 1, 19. coll. 20. ubi το πληρωμα et τα παντα synonyma videntur. it. Col. 2, 9. πληρουσθαι (Med. non Passi-

Cap. II. τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου. καὶ ὑμᾶς, ὄντας

VARIAE LECTIONES.

v. 23. τα post τυ, quod a vulgg. edd. abest, addunt (A. apud Mill. et Beng.) D. E. F. G. 1. 3. 4. 13. 14. 18. 19. 20. 21. 23. 26. 37. 44. 46. 49. 52. 55. 59. 62. 63. Apost. 1. Cod. plurimi teste *Millio*. Ed. *Complut. Plantin. Colin. Bengel. Chrysost. Theodoret. Oecum. Theophyl.* prob. *Griesbachio*.

Passivum) τα παντα idem nobis videtur esse quod v. 10. erat: ανακεφαλαιωσασθαι τα παντα. *communi imperio amplecti et regere omnia*. conf. de hac τυ: πληρυσθαι significatione Paullo propria Gal. 5, 14. coll. Rom. 13, 9. Maluit vero Ap. hoc loco scribere πληρυσθαι quam ανακεφ. quia praecesserat πληρωμα. vid. ad initium versus. Idem sensus est 4, 10. Col. 2, 10. Philonis autem loco, ad quem provocant interpretes Vol. I, p. 52, 14. non equidem uterer; ibi enim Deus πληρυν τα κενα dicitur sensu maxime proprio. τα παντα εν πασι pro ὁλως ἁπαντα h. *omnia sine ullo discrimine*. Fere redundat εν πασι. Similem locum vide apud Philonem de vita Mos. Vol. II, p. 171, 34. ὁ παντα δια παντων πεπληρωκως της ευεργετιδος ἑαυτυ δυναμεως. Denique τυ-πληρυμενυ vulgo ad *Christum* refertur. Judicent tamen alii, annon facilius *Deus ipse* intelligatur, sitque periphrasis Dei, similis ei, quam vidimus v. 11. Conferatur locus parall. v. 10. praetereaque 3, 19. et Col. 2, 9. cui inprimis ultimo loco hac interpretatione lucem quodammodo affundi posse existimamus. Locum omnem igitur verterim fere sic: — — *hat ihn gemacht zum Oberhaupt seiner Gemeinde, dass er regiere sie wie seinen Körper — den ganzen weiten Staat des Allbeherrschers*.

Cap. II. versus 1-10. arctissime superioribus maximeque versui 19. Cap. I. cohaerere, ad ipsum illum locum notavimus. In sententiarum constructione grammatica constituenda et expedienda differunt invicem interpretes. Ipse quidem in prima libri editione rationem commendaveram hanc: „Excidisse „Apostolum, per ea, quae „de resurrectione Christi ex„tremo Cap. I. interseruerat, „a sententia summa, felicitate „nimirum Christiani homi„nis praedicanda; hanc jam „denuo recepisse Cap. nostri „initio; ita tamen, ut partim „incurius, partim immemor, „quo modo, quibus formulis, „qua constructione eam Cap. „superiore inchoaverit, par„ticula vulgari copulativa „ utere-

ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις·
ἐν αἷς ποτε περιεπατήσατε κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κό- 2

C 5 σμου

„ uteretur και υμας. neque „ tamen etiam h. l. sententiam ipsam proposuisse, sed „ postquam rursus ab eadem „ deflexerat, versu demum 5to „ tandem in viam rediisse repetitis verbis fere iisdem, „ quibus v. 1. usus fuerat, „ tantum, ut Judaeos seque „ ipsum eodem hominum ge„ nere complecteretur, mu„ tato υμας in ημας.„ cf. simile ανακολεθον Gal. 2, 6. At multo planiorem brevioremque viam proposuit nuper Ven. Cramerus, referens υμας ad verbum, quod proxime praecesserat, πληρεμενε quam quidem nunc lubens sequor, sensu constituto sic: *Alles nimmt er auf in sein Reich — so auch euch, die ihr einst elend waret durch Sünden und Laster* etc. νεκροι τοις παραπτωμασι (pro εν τοις παρ. h. δια των παραπτωματων Col. 2, 13. Nam proprie formulae νεκρον ειναι, s. αποθανειν, τοις παραπτωμασι sensus est multo alius, isque nostro plane contrarius. vid. Rom. 6, 2. Gal. 2, 19.) h. si sensum magis exprimere velis, quam verba: *scelere infelicissimi.* cf. Col. 2, 13. Sed maluit Ap. νεκρες dicere, quam απολλυμενες, quia *felicitatem per Christum recuperatam* ipsius *resurrectioni* e *mortuis* comparare semel instituerat. Inesse vero in *mortis* vocabulis, ex omnium linguarum consensu, maxime vero S. S. loquendi usu, notionem *perniciei* et *miseriae summae*, in quam improbitas et scelera hominem demergunt, probatione vix indiget. cf. Rom. 8, 6. Jac. 5, 20. Arrian. Diss. I, 9. pag. 43. νεκρος μεν ὁ παιδευτης, νεκροι δ' ὑμεις. Clem. Alexandr. Strom. L. V. p. 174. και εν βαρβαρων φιλοσοφια νεκρες καλεσι τες εκπεσοντας των δογματων και καθυποταξαντας νεν τοις παθεσι ψυχικοις. παραπτωματα et ἁμαρτιαι sunt mere synonyma. cf. 1, 7. Utroque voc. Alexandrinus interpres exprimit hebr. פשע cf. Job. 13, 23. 36, 9. υμας *Christianos ex Ethnicis* intelligendos, ex v. 11. apparet. οντας qui *olim eratis.* Esse participium *imperfecti*, non praesentis indicant versu 2. ποτε et Aoristus περιεπατησατε.

2. εν αἱς περιεπατησατε, *quibus dediti antea fueratis.* Formula plena est περιπατειν εν ὁδῳ ἁμαρτιων ut: הלך בדרך צדקה Prov. 8, 20. pro ea brevius: εν ἁμαρτιαις περιπ. ποτε *ante quam Christiani essetis.* κατα τον αιωνα - τετε. pro genio

σμου τούτου, κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος,

genio seculi hujus, h. *pro more hominum, quales nunc sunt.* αιων τȣ κοσμȣ τȣτȣ i. q. ὁ κοσμὸς ȣτος vid. ad Gal. Exc. I. idque populariter accipiendum pro *hominibus ipsis*, quales tum erant. *Judaeis et Ethnicis, Christianae doctrinae virtutisque vel ignaris vel ei infestis.* cf. ad 1, 10. Interpretes alii de *aeonibus Gnosticorum* cogitant. Sed multo serioris usus loquendi videtur esse, cum αιων ipsum *daemonem* significat. Saltem in N. T. ullo loco hanc significationem τȣ αιωνος obtinere, probatum non vidi. κατα *mores, genium* τȣ αιωνος, (seculi), exprimit. Nam, quod alii praeferunt, ipsum αιωνα, *mores* s. *vitae rationem* indicare, dubito. ὁ αρχων της εξȣσιας aut est idem, qui αρχων δυνατος; aut εξȣσια (ut 1, 21.) hebr. ממשלה de *imperio, regno* est interpretanda, ut sit synonymum της αρχης, quod praefero. cf. 6, 12. Ps. 114, 2. Al. Ισραηλ εξȣσια Θεȣ Ps. 136, 8. 9. τον ἡλιον εποιησε εις εξȣσιαν της ἡμερας. αερος *aerem ipsum* intelligo, (in quo eodem tamen, quia, nisi aliunde lux accesserit, obscurus et tenebricosus est, etiam *tenebrarum* notio inesse potest; quamvis loca, quae vulgo pro hac significatione afferri solent, 6, 12. Col. 1, 13. nihil probant. Ibi enim σκοτος non necessario est synonymum τȣ αερος. Est tamen significatio aliunde certa, maxime ex Homero Il. Φ, 549. alibi). *Hunc ipsum* enim *aerem* Daemonibus bonis pravisve esse repletum, constans fuit, ut veterum populorum δεισιδαιμονων omnium, sic etiam Judaeorum opinio. cf. Plutarch. Quaest. Rom. 1, p. 274. ὑπαιθρον αερα και τον ὑπερ ȣρανων οντα και θεων και δαιμονων μεϛον. Diogen. L. VIII, 32. κατα τον μεν Πυθαγοραν ειναι τε παντα τον αερα ψυχων εμπλεον, και τȣτȣς δαιμονας τε και ἡρωας νομιζεσθαι. Apulejus de Deo Socratis: *Mediorum divorum ista sortitio est, qui in aeris plagis terrae conterminis nec minus confinibus coeli versantur*; denique Philo de plantat. Vol. I, pag. 331. 35. εποιει ὁ ποιων ΕΝ ΑΕΡΙ μεν δυναμεις αισθησει ȣδαμει ȣδαμως καταλαμβανομενας. ψυχων ὁ θιασος ȣτος ασωματων διακεκοσμημενων ου ταις αυταις ενταξεσι; αἱ μεν εισκρινονται τοις σωμασι θνητοις και κατα τινας ὡρισμενας περιοδȣς απαλλαττονται παλιν — αἱ δε θειοτεραι ανωτατω δ' εισι προς αυτω τω αιθερι αἱ καθαρωταται, ἁς οἱ μεν ἑλληνες ἡρωας καλȣσι, Μωυσης δε αγγελους.

et

ἀέρος, τοῦ πνεύματος τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς

et de gigant. p. 263. 264. αγγελοι, ȣς οἱ Φιλοσοφοι δαιμονας καλȣσι, ψυχαι εισι ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΑΕΡΑ πετομεναι. Ὡσπερ δε αγαθȣς δαιμονας και κακȣς λεγȣσιν οἱ πολλοι, ȣτω και αγγελοι, οἱ μεν αςυλοι και ἱεροι, οἱ δε εμπαλιν ανιεροι. Οὑτοι εισιν οἱ πονηροι, οἱ το αγγελων ονομα ὑποδυομενοι, τας μεν επιςημας και αρετας ȣκ ειδοτες, τας δε ἡδονας μετερχομενοι. — Εν δη τοις τοιȣτοις αμηχανον εςι τȣ Θεȣ καταμειναι πνευμα. Similia sunt loca Rabbinorum, Commentar. in librum Aboth. fol. 83. pag. 2. *Sciendum, a terra usque ad expansum omnia plena esse turmis et praefectis, et infra plurimas esse creaturas laedentes et accusantes, omnesque stare ac volitare in aere, neque locum esse vacuum, sed omnia plena praepositis, quorum alii ad bonum, alii ad malum, alii ad vitam; alii ad mortem incitant.* Bechai in Pentateuchum f. 90. 1. *Daemonum aliqui habitant in aere, et somnia immittunt mortalibus.* Testament. Levi apud Fabric. Cod. Apocryph. V.T. p. 542. *in secundo a terra coelo locantur omnes spiritus, malorum vindices; in tertio virtutes s. Daemones castrorum cum spiritibus erroris.* Horum quidem daemonum partim ordines varii, partim singulis ordinibus sui duces constituti credebantur; quibus singulis denique praeerat Σατανας. qui idem Βεελζεβυλ, Διαβολος, Αρχων τȣ κοσμȣ τȣτȣ et s. p. in S. S. dicitur, idemque etiam h. l. per τον αρχοντα της εξȣσιας videtur intelligendus. cf. Matth. 9, 34. 12, 24. Marc. 3, 22. Jo. 12, 3. κατα τον αρχ. *impulsu ejus.* τȣ πνευματος - pro αυτȣ τȣ πν. *ipsius illius daemonis, qui nunc quidem incredulos Judaeos gentesque omnes, ut doctrinam Christi odio habeant et persequantur, incitat atque impellit.* Genitivus in τȣ πνευματος cum legibus Grammaticis conciliari nequit. Scribi debuisset το πνευμα, ut ad κατα referretur. Videtur etiam hic excidisse Ap. constructione, ut toties alibi: nam, quod Grotius et Wolfius τȣ πνευματος pro των πνευματων positum arbitrantur, id quidem an usus loquendi permittat, nescio. Loca saltem a Wolfio proposita Act. 23, 8. et 2 Th. 2, 2. nostri valde dissimilia esse quisque videt. Bowyerus denique (in the Conjectures on the New Testament) ex conjectura post κατα interserit το θελημα, in quibus confutandis non moramur. τȣ νυν ενεργȣντος particula νυν non est

3 τῆς ἀπειθείας· ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς πάντες ἀνεστράφημέν

est negligenda: *hac* enim vis Satanae in hominum animos, maxime ad *atrocissimum* illud *Christi nominis odium*, quo *tunc* quidem Judaei gentesque flagrabant, quodque potissimum *vexandis et inhumano quovis modo cruciandis Christianis* se exserebat, restringitur. απειθεια oppos. της πιςεως. *contemtus odiumque doctrinae christianae.* υἱοι της απειθειας Col. 3, 6. pro απιςοι l. απειθεις *pertinaciter increduli.* Deut. 32, 20. בנים לא אמן בם. Similiter בני חיל Jud. 18, 2. *viri fortes.* בני הימנותא *filii virtutis* h. *viri boni.* Sohar. Levit. fol. 5. col. 19, 20. cf. mox v. 3. τεκνα οργης et ad 2 Th. 2, 3.

3. εν οἱς si verbis proximis υἱοις της απειθ. jungantur, vertenda sunt: *inter quos* h. *quibus similes.* Potest tamen etiam non incommode, maxime si Paulli in ejusmodi minutiis grammaticis sectandis incuriae memor sis, referri ad παραπτωμασι v. 1. idque inprimis suadet locus parall. Col. 3, 7. Nempe immemor Apostolus, utrum vocabulum παραπτωμασι an ἁμαρτιαις posteriori loco posuisset, utebatur neutro οἱς, quo tum illud, tum hoc, simul complecteretur. ἡμεις παντες *nos omnes, quicunque tandem sumus Christiani, sive Judaei sive Ethnici.* Neque enim Judaeos, inprimis tempore Christi, et Apostolorum, ullo virtutum genere Ethnicos superavisse, ex ipso N. T. maxime Evangeliorum narrationibus, abunde constat. Quod vero *se ipsum* etiam includere formula ἡμεις videtur Ap., id facere eum per κοινωσιν figuram scriptorum et oratorum quorumvis communem, volunt interpretes, sine caussa; cum plane *iisdem vitiis*, *eidem* απειθειᾳ semetipsum antea deditum fuisse bene sibi conscius esset Apostolus. αναςρεφεσθαι hebr. התהלך i. q. v. 2. περιπατειν cf. Proverb. 20, 7. Similiter αναςροφη pro βιος Gal. 1, 13. σαρξ, *principium in homine non-Christiano ipso* (diversum a malo daemone, qui non est in homine, sed passim tantum agere in ipsum putabatur,) *unde, quicquid ille pravi faciat, est repetendum.* cf. ad Gal. Exc. 9. inprimis no. V. Eidem σαρκι junguntur διανοιαι מחשבות *ratio cogitandi et sentiendi, qualem in se ipso, cum nondum Christianus esset, deprehenderat Apostolus.* διανοια nostrum, *Gesinnung* Baruch 1, 22. διανοια καρδιας αυτυ της πονηρας. Utrumque oppositum est τῳ πνευματι, quo, (non διανοιαις non

μέν ποτε, ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν, ποιοῦν-
τες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν, καὶ ἦμεν
τέκνα φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί. ὁ δὲ Θεὸς 4
πλούσιος

non σαρκι) *ducitur et ad bene agendum impellitur homo Christianus.* εν ταις επιθ. pro κατα τας επιθ. *obsecuti cupiditatibus pravis.* cf. ad v. 2. ποιουντες τα θεληματα της σαρκος plane idem quod modo dixerat ανασρ. - σαρκος. Pluralis τα θεληματα (pro: α εθελε ἡ σαρξ) rarior est, occurrit tamen Act. 13, 22. τεκνα οργης *homines poenis divinis digni* vid. ad v. 2. cf. בן מות 2 Sam. 12, 5. οργην, quum de Deo dicitur, *poenas divinas* significare, notatum vide ad 1 Th. 1, 10. cf. Rom. 9, 22. Φυσει cum Erasmo et Bengelio populariter dictum accipio de *eo, quod olim, ante quam Christianus factus esset, fuisse cum caeteris hominibus,* - sibi ipse conscius erat Apostolus, i. q. ποτε v. 2. ut per omnem familiarem loquendi usum ad *naturam* refertur, quicquid non *institutione studioque* acquisitum videri potest. Nimirum, quia, quicquid *nunc* erat aut agebat, id unice τω πνευματι ἁγιω, ideoque *numini divino* tribuere perpetuo consueverat Ap. hinc ad *pristinum illum vitae statum*, in quo πνευμα et θεος nihil ad eum pertinuerant, exprimendum utebatur voce ea, quae in omnibus linguis, cuivis subito Dei ipsius operi opponi solet, voce *naturae*, Φυσεως. Oppositum igitur ejus videtur h. l. esse, *tum* in omni, quae sequitur, sententia ὁ δε ΘΕΟΣ - συνεζωοποιησε et v. 9. ΘΕΟΥ δωρον. et v. 10. ΑΥΤΟΥ εσμεν ποιημα. *tum* maxime in formulis his: δια πολλην αγαπην ἡν ηγαπησε ἡμας v. 4. et τη χαριτι v. 5. 8. contra vero synonymae prorsus formulae videntur esse hae: εξ ὑμων, v. 8. et εξ εργων v. 9. cf. Rom. 2, 14. ubi Φυσει sine controversia idem est, quod χωρις νομου, χωρις αποκαλυψεως. Alias praeterea aliorum interpretum rationes enumeratas vide Exc. 2. ὡς και οἱ λοιποι *ut etiam nunc non - Christiani omnes.* και *adhuc.* τους λοιπους unquam *gentes solas et per se* nominari ab Apostolo, non memini. cf. ad 1 Th. 4, 13.

4. 5. Jam e diverticulo paullo longiore in viam redit Ap. sententiamque eam, quam inde a v. 19. Cap. 1. jam in mente habuisse videtur, tandem clare proponit, hanc: *ut Christum e mortuis resuscitavit Deus, sic pro sua* in

πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει, διὰ τὴν πολλὴν ἀγάπην αὐτοῦ,
5 ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς
παραπτώμασι, συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ, (χάριτί
6 ἐστε σεσωσμένοι) καὶ συνήγειρε, καὶ συνεκάθισεν ἐν
τοῖς

in nos inſigni benignitate certo quodam modo etiam nos Chriſtianos omnes. πλȣσιος εν ελεει רב חסד Exod. 34, 6. αγαπην ἡν (pro ᾗ ex Graeciſmo) ηγαπησ. ἡμας, pro ſimplici αγαπην την εις ἡμας. και pro καιπερ οντας. ἡμας h. l. *omnes omnino homines* complecti, nemo dubitat.

5. 6. συνεζωοποιησε τω χ. – συνεκαθισεν pro, εζωοποιησεν, ηγειρε κ. εκαθισεν – ὡς τον χριϛον. cf. Gal. 2, 20. Caeterum quaeſiverunt interpretes, quomodo Chriſtiani *tum jam* dici potuiſſent *reſuſcitati e mortuis*, et ſic porro? Alii aoriſtum de futuro ſunt interpretati: *reſuſcitabuntur olim*, alii ad *ſpem iſtius futurae reſurrectionis* formulas omnes referendas judicarunt, alii aliter. Nobis quidem in omnibus his ζωοποιεισθαι, εγειρεσθαι, καθιζειν εν επȣραν. nihil ineſſe videtur, niſi *ſummae et univerſae felicitatis*, qua *Chriſtiani vel jam fruuntur*, vel *olim magis etiam fruituri ſunt*, deſcriptio; qua tamen eadem, his potiſſimum vocabulis expreſſa, vix uſurus fuiſſet Apoſtolus, niſi *de Chriſti reſurrectione* locus ſuperior 1, 20. praeceſſiſſet. Hinc vero, et quia in utroque opere divino *ſimilem Dei vim* elucere Apoſtolus ſibi perſuadebat; inde factum videtur, ut *hac* potiſſimum, non alia quadam ſimilitudine, uteretur; maxime, cum in futura illa Chriſtianorum felicitate etiam haec ipſa contineatur, ut *olim reſuſcitati cum Deo regnent.* Matth. 19, 28. 29. 21. 2 Tim. 2, 12. 1 Cor. 6, 2. conf. quae ad Gal. 2, 20. notata fuerunt. Locus vero, quem b. Wolfius, ut ζωοποιεισθαι *de ipſa converſione hominis* dici probaret, ex Reſchith Cochma p. 56. attulit, quo *homo ſceleratus monetur, ut reſipiſcat* להחיות את נפשו, *partim* non eum ſenſum habet, quem infert Wolfius, cum ſit ibi החיות את נפשו ut in N. T. κτασθαι την ψυχην, *mortem* h. *poenas divinas effugere*, *partim* vero, ad locum Paulli illuſtrandum modo tum aliquam vim habere poſſet, ſi loco noſtro ſolum ζωοποιεισθαι legeretur, non vero etiam, εγειρεσθαι et καθιζεσθαι εν επȣρανιοις. χαριτι

τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ἵνα ἐνδείξηται ἐν 7
τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦ-
τον τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς ἐν Χρι-
στῷ Ἰησοῦ. τῇ γὰρ χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ τῆς 8
πίστεως

piri pro *δια χαριτος beneficio divino in Christi religione vobis proposito et oblato.* συζωοποιειν proprium vocabulum, ex quo explicanda sunt tropica illa, ζωοποιεισθαι caett. Sententiae vero ipsa χαριτι εστε σεσωσμενοι subito huic loco adspersa, affectui Apostoli, qui nihil ad proprium meritum aut dignitatem, omnia ad benevolentiam divinam esse referendum, ubique profiteri et Christianis inculcare amabat, magnopere est accommodata. τα επουρανια h. l. rursus vel ὁ ουρανος, vel ἡ βασιλεια Θεου cf. ad 1, 3. 20. pro ουρανῳ positum vide Dan. 4, 23. 2 Macc. 3, 39. Θεος ὁ την κατοικιαν επουρανιον εχων. εν Χ. Ι. *per et propter J. C.*

7. αιωνες επερχομενοι עולמים הבאים *tempora aeternum futura:* cf. ad Gal. Exc. I. ἱνα-χρηστοτητι εφ ἡμας εν χ. Sensus varie constitui potest. Si interpungas post αυτου, quod plerumque fit, hic prodit: *ut, quam sit benignus Deus, ipsis iis per Christum paratis nobisque oblatis beneficiis omni tempore documentum aliquod insigne exstaret.* Tum εν χρηστοτητι εφ ἡμας sunt jungenda, et εν χριστῳ accipiendum ut v. 6. Potest vero etiam εν χρηστοτητι referri ad superiora, pro: της χαριτος αυτου και χρηστοτητος, et ἡμας εν χριστῳ, subintellecto οντας, invicem jungi, tum sententia paullo aliter in hunc modum prodibit: *ut, quanta benignitate nos Christi sectatores Deus amplecteretur, insigne quoddam et aeternum duraturum argumentum exstaret.* Ipse priorem rationem praefero; ut tamen cuivis lectori judicium liberum esset, interpunctionem post αυτου omisi.

8-10 junge. Sententiam continent eandem, tantum aliis verbis repetitam. δια της πιστεως: *quia recepistis doctrinam de Jesu Messia.* και τουτο (sc. ὁτι πιστιν εχετε) ουκ εξ ὑμων sc. συμβεβηκε ὑμιν. Philipp. 1, 28. 29. *Atque hoc ipsum, quod promti eratis in recipienda doctrina Christi, nolite id vestro merito vestrisque studiis tribuere; immo vero, etiam in hoc ipsum Dei aliquod beneficium veneramini.* cf. 1Cor. 12, 3. δια της πιστεως et ουκ εξ εργων possunt jungi. *Mero Dei beneficio pie a vobis accepto, non ullo vestro*

πίστεως. καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν, Θεοῦ τὸ δῶρον,
9. 10 οὐκ ἐξ ἔργων. ἵνα μή τις καυχήσηται. αὐτοῦ γάρ
ἐσμεν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπὶ ἔργοις
ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ Θεὸς ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν.

Διὸ

vestro merito omnem felicitatem vestram debetis; tum caetera καὶ τȣτο – τὸ δωρον uncis sunt includenda. Potest vero etiam ȣκ ἐξ ἐργων sc. δοθεν ὑμιν referri ad Θεȣ δωρον. *Quod* πιστιν ἐχετε, *meritum est Dei beneficium, idque nullo vestro merito in vos collatum.* ἱνα μη καυχησηται nolim ita jungere superioribus, ut Deus omne meritum *propterea* exclusisse dici ab Apostolo videatur, *ne possemus superbire propria dignitate;* sed malim *vel* ἱνα tantum ἐκβατικως sumere, sensu hoc: *at adeo nemo possit propria quadam virtute gloriari.* vel formulam omnem ἱνα μη καυχησηται superioribus plane sejunctam per se interpretari, positam pro: Φυλαττεσθε ἱνα μη – ut nos simili Ellipsi diceremus: *dass ja niemand stolz thue auf eigen Verdienst.*

10. *Omnem enim, qua quidem nunc regimur sentiendi agendique rationem meliorem et honestiorem debemus Deo, qui hanc meliorem sanctioremque animum in nobis efformavit, ut jam agamus ea, quae Deus fieri a nobis aeternum voluit.* ποιημα et κτισθεντες possunt accipi sensu maxime universo; quo, quicquid virium bonarum et felicitatis est in homine, sive per natales, sive per religionem C. ad Deum refertur; inprimis tamen ad *posterius beneficiorum genus* Apostolum h. l. respexisse videri, maxime si ad adjunctum ἐν Χριστῳ I. attenderis, non est negandum. cf. v. 15. 3, 9. Col. 1, 16. 2 Cor. 5, 17. Gal. 6, 15. Adde, similiter etiam populum Israeliticum dici κτισμα Θεȣ Deut. 32, 6. Es. 43, 21. 44, 21. non tam, *quia sunt creati a Deo Judaei;* quam potius, quia *ad dignitatem eam, ut peculiaris Dei populus haberentur singularemque in iis emendandis beandisque Dei providentiam experirentur, prae caeteris gentibus videbantur selecti.* Itaque κτισθεντες ἐν χριςῳ ad utrumque Dei beneficium, quo per religionem Christi tum *meliores* tum *feliciores* facti fuerant Christiani, est referendum. Si *hoc* inprimis tenetur, sensu idem est, quod 1, 10. ἀνακεφα-

¹¹ Διὸ μνημονεύετε, ὅτι ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη ἐν σαρ- 11
κὶ, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία ὑπὸ τῆς λεγομένης πε-
ριτομῆς

κεφαλαιωθεντες εν χριστῳ et 3, 19. πληρωθεντες εις παν το πληρωμα τȣ θεȣ h. *jure civitatis in regno Christi olim inaugurando donati.* Uſus tamen loquendi verbi ipſius, loca parallela, et adjunctum επι εργοις αγαθοις multo magis ad *illam* animi vitaeque mutationem formulam referri jubent. επι τοις εργοις α. pro επι τῳ εργαζεσθαι αγαθα. επι cum Dativo, *effectum* exprimit 1 Th. 4, 7. εργα αγαθα *recte et honeste facta.* Col. 1, 10. 1 Tim. 2, 10. οἱς—περιπατησωμεν conſtructio prorſus hebr. אשר הכין יהוה להתהלך בם pro: εν οἱς ἱνα περιπατησωμεν, προητοιμασεν ὁ θεος. οἱς pro ἁ, quia praeceſſerat Dativus εργοις. προετοιμαζειν i. q. προοριζειν, προτιθεναι Rom. 9, 23, idque h. l. ſimpliciter *velle, jubere* hebr. הכין cf. 2 Paral. 35, 6. Ut vulgaris interpretatio — *zu welchen er uns bereitet hat* — probari poſſet, neceſſario requireretur ἡμας poſt προητοιμασεν.

11 ſqq. Pergit Apoſtolus, Chriſtianos e gentibus in priſtinae vitae ſuae miſerae omnique felicitatis ſpe penitus orbatae memoriam reducere, ut hac miſeria cogitanda, eo vehementiore felicitatis ejus, ad quam per religionem Chriſtianam nunc adducti erant, ſenſu perfunderentur. Deſcripta vero eſt miſeria illa, plane accommodate ad ſenſum modumque loquendi inter Judaeos vulgarem, quo in ſuae gentis θεοκρατειᾳ, in promiſſis divinis ſibi praeſtitis, in Meſſiae denique ſpe ipſis per prophetas confirmata, ſummam, quae cogitari poſſit, felicitatem contineri, ideoque, quisquis iſtis beneficiis divinis deſtituebatur, hunc infeliciſſimum hominem habendum eſſe, arbitrabantur. τα εθνη εν σαρκι *natalibus ethnici* Rom. 1, 3. 9, 3. cf. ad Gal. Exc. 9. ακροβυστια et περιτομη Hebr. מילה et ערלה abſtracta frequentia Paullo pro: ακροβυστοι, ακροβυστιαν εχοντες (Act. 11, 3.) απεριτμητοι et περιτμηθεντες. Rom. 2, 25-27. 3, 30. 4, 9. Gal. 2, 7. Eſt vero ακροβυστοι (ut ſupra τα εθνη, גויים Matth. 6, 32.) nomen contumelioſum, quo per contemtum utebantur Judaei adverſus gentes exteras. vid. Jud. 14, 3. 15, 18. Eſ. 52, 1. Ezech. 28, 10. Hinc addit Ap. ad leniendam nominis injuriam, ut ſupra εν σαρκι poſt τα εθνη, ſic h. l. οἱ λεγομενοι; contra

(D) vero

12 ριτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου· ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας

vero, quia τῃ περιτομῃ gloriabantur Judaei ipsi; Apostolus vero idem vocabulum per metaphoram (Prophetis V. T. jam sollennem, cum illi de *circumcisione cordis* loquuntur, eamque corporis circumcisioni opponunt. Deut. 10, 16. Jer. 4, 4. Ezech. 4, 17. cf. etiam Act. 7, 51.) ad Christianos quoque transferre solet Col. 2, 11. hinc formulae etiam huic της περιτομης addidit partim illa: της λεγομενης (*ipsi quidem se appellant circumcisos, etsi vere non sunt*) partim haec: εν σαρκι χειροποιητε (*illa circumcisio, qua isti gloriantur, est corporis, non animi; humana et manuaria, non divina*, spiritusque vi perfecta). ὁτι alterum repetitum esse, quia interjectis superioribus sententia paullulum interrupta fuerat, non eget notatione. Lat. *quod, inquam,* —

12. cf. Rom. 9, 4. ητε χωρις χριςε idem quod 1, 12. sic expressum videbatur: ε προηλπικοτες εν τῳ χριςῳ cf. ad eum locum. *nihil ad vos pertinebat Messias noster.* πολιτεια τε Ισραηλ (hebr. pro: των Ισραηλιτων) est *ea reipublicae Judaicae institutio, qua Deus ipse partim leges, quibus illa primum a Mose constituebatur, condidisse, partim posteriori tempore, singulari quadam ratione, tum ducibus regibusque populi in rebus gerendis auxiliando, tum sacerdotibus et prophetis consilia ac praecepta divinitus suggerendo res populi administrasse et procurasse secundum litteras sacras est existimandus.* In qua quidem republica divina, Ethnici non modo honores poterant capere, sed ne pro civibus quidem habebantur. cf. Esth. 3, 8. Tacitus Hist. V. 4. 5. *Moses novos ritus -- contrariosque caeteris mortalibus indidit. Profana illic omnia, quae apud nos sacra, rursum concessa apud illos, quae nobis incesta. — Judaeorum apud ipsos fides obstinata, sed adversus omnes alios hostile odium.* Vocem πολιτειας de *republica* adhibitam vid. 2 Macc. 4, 11. 8, 17. απηλλωτριωμενοι της πολιτειας. cf. Aristotel. Pol. 2, 6. αλλοτριοι της πολιτειας. Oppositum vid. v. 19. συμπολιται. Verbo απαλλοτριεσθαι, alias rariore, utuntur Polybius Hist. III, 77. απαλλοτριεν τινα της τινος ευνοιας et Josephus Ant. IV, 1, 1. VII, 9, 2. XI, 5, 4. XIII, 19. εκ διαβολων απηλλοτριωθεις προς τινα. *calumniis*

τείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγ-
γελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι, ἐν τῷ κο-
σμῷ· νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὑμεῖς οἱ ποτὲ ὄντες 13
μακρὰν,

lemniis ab aliquo abalienatus. διαθηκαι cf. Rom 9, 4. Pluralis tantum in serioribus rerum Judaicarum libris occurrit v. c. Sapient. 18, 22. Siracid. 44, 11. 2 Macc. 8, 15. Eodem Plurali h. l. respici videtur ad *varia tempora, quibus idem illud* ברית יהוה, *quod primum cum Abrah. sancitum fuerat,* Gen. 15. *deinde cum Isaaco et Jacobo* Gen. 17, 22, 26. 28, *denique cum populo universo per Mosen instaurabatur, saepiusque repetebatur* Exod. 19, 20, 24. Esse vero sub voce διαθηκης et διαθηκων, plerumque *ipsa promissa divina* intelligenda, notavimus ad Gal. 3, 15. quod idem h. l. clarius etiam significatur addito: της επαγγελιας, *foedus tantis promissionibus insigne.* ξενοι των διαθηκων *ad quos nihil attinent promissa divina.* vid. Ps. 147, 20. ελπιδα μη εχοντες *omni futurae cujusdam felicitatis spe destituti* vid. 4, 18. cf. ad 1 Th. 4, 13 και *atque adeo.* αθεοι, nempe, quia *Jehovam*, qui unus est verus Deus, non noverant, ideoque nec confidere *ei*, aut quicquam ab *eo* exspectare poterant. Est haec sollennis etiam apud alios Judaicos doctores Ethnicorum periphrasis. cf. Abarbanel in Zach. Qu. 1. *Qui regiones insolit extra terram Israelit. similis est ei, qui Deum non habet.* שאין לא אלוה. cf Hos. 4. 1. Gal. 4, 8. 1 Thess. 4, 5. εν τῳ κοσμῳ refer ad omnia superiora, non ad αθεοι tantum. Sententia haec: *inter caeteros homines, in his terris, vivebatis tales, quales modo descripsi.*

13. νυνι pro νυν saepe Paullus. vid. Concordant. εν χριςῳ ιησȣ subintell. οντες *ex quo jam estis Christiani.* Vertunt alii: *per Christum;* sed occupatur sic sententia, quae sequitur ipsa sub finem versus. μακραν et εγγυς ειναι. Formula hebraeis scriptoribus sollennis, (רחוק וקרוב) qua semper respicitur *tum* ad universam rempublicam et religionem Judaicam, *tum* inprimis ad Palaestinam et Hierosolyma, maximeque templum, in quo potissimum praesens esse Jehova existimabatur. cf. Dan. 9, 7. Es. 57, 19. Marc. 12, 34. Loca similia e Judaeis scriptoribus collata vid. apud Schoettgen. et Wetsten. ad h. l. Exemplum unum hoc habe: Vajikra Rabba s. 14. fol.

μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ.
14 αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα

fol. 157, 4. *meminimus nominis Dei, qui fuimus longe remoti et appropinquavimus ad ipsum.* שהיינו רחוקים וקרבנו לו. Inhaesisse vero etiam huic formulae, *magnae* partim *miseriae*, partim *felicitatis* notionem, per se apparet; si Judaeos se, suaeque religionis socios omnium felicissimos, atque adeo solos vere beatos homines, habere et appellare solitos fuisse meminerimus. cf. ad v. 12. Unde verterim: *οἱ ποτε μακραν homines olim miserrimi*, et *οἱ νυν εγγυς homines nunc felicissimi.* *εν τῳ αἱματι* pro *δια τȣ αἱματος*. De sensu formulae vid. ad 1, 7. Adde vero hoc: vel propterea amare Apostolum ad *mortem* inprimis Christi referre omnia, quo magis *ferre* discerent Christiani atque adeo *admirari* doctrinam *περι σταυρȣ τ. χριστȣ*, cum *hanc* potissimum doctrinam eam esse intelligeret Ap. propter quam ipsam religionem Christi amplecti toties detrectarent Judaei gentesque cf. 1Cor. 1, 23. 2, 2.

14. *ἡ ειρηνη ἡμων* pro *ὁ περιποιησαμενος ειρηνην ἡμιν*. cf. v. 15. *ποιων ειρηνην*. Similiter Judaei Messiam שלום *pacem* simpliciter appellant v. c. Derech Arez Parva 12, ad Jud. 6, 24. *Si ipsum altare vocatur* PAX, *quanto magis ille, qui pacem diligit, et pacem mittit inter Israelem et patrem eorum, qui est in coelis.* Rabbi Jos. Galilaeus. *etiam nomen Messiae vocatum est* PAX. cf. Es. 9, 6. ex quo loco (etsi non satis accurate interpretato) nominis origo probabiliter est repetenda. Patet vero simul ex locis his, maxime priore; sensum vocis *ειρηνης* de Messia adhibitae inprimis ad *beneficium propitiationis hominum cum Deo* esse referendum, quod idem loco nostro vv. 16–18. confirmant; etsi vicissim nec illud alterum genus *ειρηνης*, *quo Judaei et barbarae gentes mutuo amore per Messiam sunt invicem consociati*, ullo modo excludendum esse, ipsa, quae sequuntur verba, clare docent. *τα αμφοτερα* pro *τȣς αμφοτερȣς*, ut *τα παντα* pro *τȣς παντας* saepius. Possit tamen etiam cum Grotio intelligi *γενη*. In ipsa voce *αμφοτερων* autem *studiorum dissidium* inprimis spectandum, locumque omnem *de Judaeis et gentibus* intelligendum esse, dubio caret. cf. v. 15. 17. 18. *ἐν ποιειν τινα τινι* i. q. *ειρηνοποιειν εν αλληλοις* קרב, ארחם אחד אל אחד Ezech. 37, 17. cf. *ανακεφαλαιȣσθαι* 1, 10. et *κτιζειν*

τερα ἓν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας τὴν 15
ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν

κτιζειν τους δυω εις ἑνα α. v. 15. το μεσοτοιχον *paries intergerinus*, noſtrum *Scheidewand*. Raro occurrit apud Graecos. cf. tamen Athen. VII, p. 281. D. ἠδη και τουτον πεφωρακα τον της ἡδονης και αρετης μεσοτοιχον διορυττοντα. Φραγμος a φρασσειν *obturare, occludere* (unde eſt. *quicquid locum includit, coercet.*) *obſepire* Hebr. שוך Hoſ. 2, 6 unde φραγμος maxime ad *ſepem* transfertur. μεσοτ. του φραγμου pro διαφρασσον ἡμας αλλων εθνων, *paries, qui nos ab omni cum aliis gentibus commercio intercludebat*. λυειν h. l. non: *ſolvere*, ſed *deſtruere, diruere*. Jo. 2, 19. Act. 27, 41 2 Petr. 3, 10. 11. 12 Eſſe vero per μεσοτ. τ. φραγ. *leges Moſaicas* intelligendas, ex v. 15. apparet. Cave tamen, ne cum interpretibus, in ratione, cur hac potiſſimum formula loquendi uſus Ap. fuerit, excogitanda, admodum ingenioſis vel ad *duplex templi Hieroſolym. ſeptum* vel ad *velum, quo aedes templi ab adyto diſcernebatur*, vel ad *oppida duo, juncta quidem invicem, muro tamen ſeparata* (vid. Wolf. et interpretes fere omnes) reſpexiſſe Apoſtolum cogites; cum in *quolibet* μεσοτοιχῳ, ſive illud ſit urbis, ſive templi, ſive domus, imaginem ſemper eandem, eamque ad ritus Moſaicos, illudque diſcrimen, quo per hos ritus Judaei ac gentes invicem dirimebantur, exprimendum, inſigniter aptam contineri in promtu ſit.

15. Ab interpunctione omnino h. l. abſtinui, cum locus variam admittat; nec quam praeferam ipſe, certo mihi conſtet. Poteſt την εχθραν ad ſuperiora referri, ſublato puncto majori poſt λυσας, ex auctoritate Codd. Edd. et Patrum multorum; poteſt vero etiam ſequentibus νομον των εντολων – καταργησας jungi. Caeterum ſenſus ſemper manet idem. εχθρα enim non videtur eſſe (quod paucis placuit) *odium, inimicitia* ipſa, ſed *cauſſa odii, id quod inimicitiam excitavit et aluit.* vid. loc. parall. Col. 2, 14. ubi noſtrum ἡ εχθρα expreſſum eſt ſic: ὁ εναντιον ην ἡμιν. cf. etiam loco noſtro v. 16. phraſesque utriusque loci ſimiles: αποκτεινας την εχθραν εν αυτῳ et ηρκεν εκ του μεσου ὁ ην εναντιον ἡμιν, προσηλωσας αυτο τῳ σταυρῳ. Uſus loquendi plane ſimilis erat in his: αυτος ἡ ειρηνη ἡμων. cf. denique Alexandr. Verſ. Eſ. 63, 10. Mich. 2, 8. ubi אויב inimicus vertitur per abſtractum

δόγμασι καταργήσας· ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα

ctum εχθρα. Unde non amplius opus est conjectura, in quam alias proclivis eram, ut pro ἔχθραν legendum esse εχθρὰν foemininum concreti εχθρος suspicarer; quod quidem tum proxime referri debuisset ad νομον. Cur vero *leges Moss.* dicantur ἔχθρα, ratio posita est *tum* in eo, quod ipsis Judaeis, quia servari ab iis non poterant, perpetuum Dei horrorem poenarumque divinarum metum injiciebant; *tum,* quod earum servandarum studium Judaeos caeterasque gentes a mutua consuetudine necessario excludebat. cf. ad v. 14. ubi in opposito ειρηνη simili ratione utramque notionem contineri monuimus. εν τῃ σαρκι αυτȣ. בבשרו i. q. εν ἑαυτῳ h. *ipse. Er selbst in eigener Person.* vid. ad Gal. Exc. 9 usus vero est hac potissimum σαρκος periphrasi Apostolus, quia *morte* (quam σαρξ h. σωμα χριςȣ in cruce pertulit), leges Moss. abrogatas esse, indicare voluit. cf. ad v. 13. et Col. 2, 14. Igitur σαρξ τȣ χριςȣ opposita est *victimarum carni*, qua alias expiari numen posse, Judaei gentesque existimabant. Possis denique etiam ἔχθραν εν τῃ σαρκι αὐτȣ vertere: *odium, quod populares suos, Judaeos a caeteris gentibus alienabat*, ex significatione της σαρκος alias certa. cf. Rom. 11, 14. et ad Gal. Exc. IX, p. 141. Hoc loco tamen id aliquanto durius videri debet, maxime propter εν ἑαυτῳ versu eodem, et εν ἑνι σωματι v. 17. νομος των εντολων εν δογμασι, pro των εντολων και δογματων Νομος *complexus legum Moss.* vid. ad Gal. Exc. 3. In εντολαι vero et δογματα nihil est diversi quaerendum. Utrumque significat *leges, praecepta,* junctaque videntur. ut solent hebr. תורה, מצוות. חקים, jungere, ut *omnem legum Moss. ambitum* exhauriant. cf. Neh. 9, 14. Deut. 6, 1. 2 Chron. 33, 8. etsi nullum horum vocabulorum Alexandr. Intt. δογματα vertere solent; usi potius his: προσταγματα, ενταλματα, δικαιωματα similibusque. Vox δογματων tantum in libro Danielis occurrit, in quo respondet vocibus Chaldaeis אסרא Dan. 6, 9. דת 6, 8. טעם 3, 10. כתבא 6, 10. omnibus tamen his locis idem significat, quod hebr. חק, מצוה *praeceptum, mandatum.* cf. Act. 16, 4. Formulam omnem νομον-δογμασιν verterim fere sic: *Das Mosaische Recht mit allen seinen Geboten und Verordnungen.* Grotius et Bengelius, secuti e veteribus interpretem Syrum, itemque Chrysost.

ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην· καὶ ἀποκατ- 16
αλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι τῷ Θεῷ διὰ

soft. Theophyl. Oecumen. εν δογμασι sejungunt superioribus, vertuntque *per dogmata* h. *per doctrinam*, paullo durius (quod ipsi hi interpretes tacite confitentur, cum addunt ex ingenio, *suam evangelicam* et s. p.) saltem αὐτȣ l. ἑτεροις vel simile vocabulum omitti vix potuisset. καταργειν בטל. Dicuntur καταργεισθαι *quae vim suam amittunt;* unde καταργειν τον νομον est: *abrogare leges.* cf. Gal. 3, 17. 5, 11. ΤΟΥΣ δυω l. q. v. 14. ΤΑ αμφοτερα. *Judaeos et barbaros, invicem hactenus inimicos.* κτιζειν τȣς δυω εις ἑνα ανθρωπον nihil amplius est, quam ἑνȣν τȣς ποτε αλληλοις εχθρȣς l. quod mox sequitur, ποιειν ειρηνην εν αυτοις. *ad concordiam redigere, qui alias odio invicem persequebantur;* hinc addit ΚΑΙΝΟΝ ανθρωπον h. *in melius mutatos*, quod est ex hujus loci contextu: *eos, in quibus plane eradicata sunt pristinae inimicitiae semina.* Quae de *hominibus novis* scriptores Graecc. et Romm. locis a Wetstenio allatis referunt, plane huc non pertinere, quisque videt. εν ἑαυτῳ h. q. supra εν τῃ σαρκι ἑαυτȣ. ποιειν ειρηνην. Idem de Mose praedicant doctores Judaici. Jalkut Rubeni fol. 107, 4. *Moses summopere desideravit* לעשות שלום *inter Israelem et patrem eorum coelestem.* Esse tamen h. l. ειρηνην ad utrumque, tum gratiam apud Deum, tum concordiam inter Judaeos et Ethnicos referendum, notatum vid. ad v. 14. De priori ειρηνης genere jam pergit exponere Ap. v. 16 sqq.

16. αποκαταλλασσειν i. q. simplex καταλλασσειν. εν ἑνι σωματι i. q. εν ἑαυτῳ μονῳ. *Non gentes indigebant alio, qui ipsos in gratiam reduceret cum Deo; alio Judaei.* Expressit vero hoc Apostolus sic: εν ʽΕΝΙ σωματι, quia αμφοτερȣς praecesserat. Grotius εν ἑνι σωματι pro εις ἑν σωμα positum interpretatur, et ad *societatem Judaeorum ac gentium* refert. Obstare tamen huic rationi videtur locus parallelus Col. 1, 22. δια τȣ σαυρȣ potest superioribus et sequentibus jungi, sensu semper eodem. ὁ σαυρος *ipsum supplicium in cruce.* cf. Col. 1, 20. ubi sententia sic expressa est: δια τȣ αἱματος τȣ σαυρȣ. αποκτεινας την εχθραν nihil amplius, quam quod supra erat, καταργησας. Poterant vero dici leges ipsae *mortuae*, quia *per mortem Christi* fuerant sublatae. Dum ipse moriebatur Christus, ut

abroga-

17 τοῦ σταυροῦ, ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν ἐν αὐτῷ. καὶ
ἐλθὼν εὐηγγελίσατο εἰρήνην ὑμῖν τοῖς μακρὰν καὶ τοῖς
18 ἐγγύς, ὅτι δι' αὐτοῦ ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν οἱ
ἀμφό-

abrogaret leges Moss., *morti veluti dabantur leges ipsae.* cf. Gal. 2, 20. 5, 24. εν αυτῳ non ad *Christum* (tum legendum foret εν αὐτῳ. Legunt etiam sic Codd. quidam, sed nec multi nec optimi) sed ad ςαυρον ref. e qua cruce suspensus necabatur Christus, *in eadem illa* necatae h. abrogatae videntur leges Moss.

17. 18 jungo, quod etiam interpunctione indicavi. *και quibus jam ita perfectis.* ελθων ευηγγελισατο. *laetam nunc de Dei gratia hominumque pari dignitate doctrinam annunciari jussit vobis barbaris non minus, quam nobis Judaeis; hanc, inquam, doctrinam: utrisque nobis sine ullo discrimine aditum jam patere ad Dei benignitatem* — — ευηγγελισατο pro παρηγγειλε ευαγγελιζεσθαι cf. Matth. 28, 19. Act. 1, 8. ελθων quoad sensum redundat; ex more omnium linguarum, communi, quo, maxime in sermone familiari, formulae *eundi, veniendi, redeundi*, vel plane πλεοναςικως, vel ad tempus quodammodo indicandum, ita adhiberi solent, ut non semper de ipsa praesentia vel adventu aut reditu sit cogitandum. cf. 1 Petr. 3, 19. Arrian. Epictet. αν εν ελθων Επικουρος ειπῃ et ειτα λεγεις μοι ελθων· αλλαξον μοι την υποθεσιν. cf. etiam hebr. שׁוּב pro παλιν, μετα ταυτα. et בּוֹא pro νυν positum in V. T. saepius. ειρηνη iterum ad utrumque, tum *Dei gratiam, cum eaque conjunctam omnis generis felicitatem*, tum *Judaeorum gentiumque mutuam concordiam* est referenda. vid. ad v. 14. Formula ipsa ειρηνην — εγγυς desumta ex Es. 57, 19. cf. ad v. 13. ὑμιν ante τοις μακραν additur, quia *potissimum* e gentibus erant, ad quos scripta est epistola.

18. ὁτι superioribus junctum (vid. ad v. 17.) non verto *quia*, sed: *quod*, l. per Accusativ. et Infinitiv. *habere nos Judaeos gentesque*, προσαγωγη neutral. accipe pro προσελευσις. cf. 3, 12. Rom. 5, 2. Similiter verbum ipsum προσαγειν pro προσερχεσθαι in V. T. frequentissimum, respondens vocibus קרב נגשׁ et הגיע Es. 34, 1. 1 Sam. 9, 18. Dan. 8, 7. secundum Vers. Alex. cum Theodotion verterit φθανοντα. προς τον πατερα maluit scribere Ap. πατερα quam θεον. Ut enim *filius patris amori* confidit, sic

ἀμφότεροι ἐν ἑνὶ πνεύματι πρὸς τὸν πατέρα. ἄρα οὖν 19
οὐκέτι ἐστὲ ξένοι καὶ πάροικοι, ἀλλὰ συμπολῖται τῶν

ſic homo Chriſtianus amori divino. εν ἑνι πνευματι i. q. ὁμοθυμαδον, ſed iterum εν ἑνι poſitum, propter praegreſſum αμφοτεροι ut v. 16. πνευμα h. l. de *ſpiritu divino* interpretari nolim; ſed eſt ſynonymum τȣ νοος, *mentis*, etſi hanc ipſam nomine πνευματος expreſſiſſe videtur Apoſtolus, quod nunquam ea πνευματι Θεȣ deſtituatur. cf. ad Gal. Exc. 5. Forte etiam πνευμα poſitum, ut abrogatis nunc ritibus *externis*, σωματικοις, quibus ſecundum leges Moſi. in templo Hieroſolymit. Deus adorabatur, quodammodo opponeretur. cf. v. 22.

19. cf. v. 12. qui ſententiam contrariam continebat. αρα ȣν *jam igitur*. ξενοι et παροικοι ſimpliciter ſynonyma, tantum tropo diverſa. Nempe ξενοι proprie ſunt in *republica* l. *civitate*, παροικοι in *domo privata*; illi *peregrini*, hi *hoſpites*; illi *civibus*, hi *domeſticis* ſ. *familiae* oppoſiti. Utroque tamen vocabulo exprimunt Alexandr. interpp. idem voc. hebr. גרים Job. 31, 32. Gen. 23, 4. οἱ ἁγιοι *cives in regno Dei*, *per Meſſiam inaugurando*, *omnes*. Synonyma ſunt λαος Θεȣ, κληρονομια Θεȣ עם סגלת יהוה, עם נחלה. συμπολιτης, opp. τῳ απηλλοτριωμενῳ της πολιτειας τȣ Ισραηλ. v. 12. Non uti Graecos hoc vocabulo compoſito, ſed ſimplici πολιτης, notarunt Scholiaſtae et Grammatici plures, Phrynichus, Herodianus, Pollux, Heſychius. Proſtant tamen loca in contrarium apud Aelianum V. H. 3, 44. νεανισκοι τρεις - συμπολιται, et Joſephum A. XIX, 2, 2. ου μονον εις τȣς συμπολιτας αλλα και εις τȣς συγγενεις απαιδευτον την οργην αφιεις. Ipſumque συμπολιτευεσθαι et συμπολιτεια occurrunt apud Polyb. Xenophontem, Iſocratem, vid. Raphel. ad h. l. cf. etiam Graevium ad Luciani Soloeciſten p. 738. οικειος τȣ Θεȣ. Si ex iis, quae ſequuntur, interpretatio formulae hujus eſt inſtituenda, vocabulum, οικειον, non ab οικος *familia* (ut ſenſus eſſet: *pertinetis ad familiam Dei*) ſed ab οικος *domus ipſa*, οικος Θεȣ *templum*, erit derivandum: *pars eſtis templi divini*. Obſtant tamen huic rationi partim oppoſita ξενοι κ. παροικοι, partim ipſe uſus loquendi, quo vox οικειȣ, apud ipſum Paullum ſaepius occurrens, ſemper ſignificat *familiae ſodalem*. cf. 1 Tim. 5, 8. Gal. 6, 10. Putem igitur, οικειον Θεȣ Apoſtolum etiam h. l. poſuiſſe

20 ἁγίων, καὶ οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ, ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνι-

posuisse sensu hoc usitato et maxime vulgari; quia vero idem vocabulum etiam de *domo ipsa* usurpari solebat, hinc facile, relicta *familiae* notione, quam initio tenuerat Ap. in alteram *aedificii ipsius*, significationem incidere poterat, maxime, cum comparare Christianos *ipsi templo divino*, etiam alias Apostolo sit sollenne. cf. 1 Cor. 3, 9. 16, 17. 2 Cor. 6, 16. inprimis vero 1 Petr. 2, 5. In hac igitur posteriori notione amplificanda et exornanda versantur jam versus 20-22. Nostra lingua eandem fert ambiguitatem in voce *Haus*, possisque forte etiam h. l. ipsam illam textus Graeci διλογιαν quodammodo assequi, si verteris: *zu Gottes Hause gehörige.*

20-22. cf. locum Ignatii in Ep. ad Ephesios 9, haud dubie ex hoc nostro loco transscriptum: ὑμεις, εφησιοι, — ὡς οντες λιθοι ναȣ πατρος ἡτοιμασμενοι εις οικοδομην Θεȣ πατρος, αναφερομενοι εις τα ὑψη, δια της μηχανης I. X. Sententia simpliciter haec est: *Apostolorum caeterorumque doctorum divinorum institutioni de Jesu Messia debemus nos, sine discrimine omnes, Judaei et Gentes, eam dignitatem et felicitatem, qua nunc, ex quo facti sumus Christiani, fruimur, quamque multo insigniorem adhuc exspectamus.* Quia vero illam ipsam dignitatem formula hac οικον Θεȣ ειναι animo semel conceperat, hinc servat Allegoriam, novisque cum eodem tropo conjunctis formulis, velut: θεμελιον, ακρογωνιαιος et s. p. sententiam ornat.

20. cf. 1 Cor. 3, 9-11. εποικοδομειν i. q. simplex οικοδομειν. θεμελιον των αποστ. *fundamenta ab Apostolis jacta.* Unde ipsi Apostoli θεμελιω comparantur Apoc. 21, 14. προφητας in hac epistola non *vates V. T.* esse intelligendos, *sed ipsum genus aliquod doctorum Christianae religionis* ex 3, 5. 4, 11. satis apparebit. Quales vero illi fuerint, docebitur Exc. 3. ακρογωνιαιος sc. λιθος. cf. 1 Petr. 2, 6. (i. q. Matth. 21, 42. κεφαλη γωνιας ראש פנה ex Ps. 118, 21. dicitur) hebr. אבן פנה est *inter eos lapides, quibus tanquam fundamento innititur domus, is potissimum, qui in extremo angulo fundamenti positos duos parietes sibi innixos sustinet et conjungit.* Hinc partim distinguitur a *fundamento ipso* Jer. 51, 26. partim

γωνιαίου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἐν ᾧ πᾶσα ἡ οἰκο- 21
δομὴ συναρμολογουμένη αὔξει εἰς ναὸν ἅγιον ἐν Κυρίῳ·
ἐν

VARIAE LECTIONES.

v. 21. artic. ἡ post πασα, qui in plerisque edd. legitur, omisit Bengelius ex auctoritate Codd. D. E. G, 1. 3. 26. 52. 55. 62. Apost. 1. Ed. *Complut. Erasmi, Colin. Basilii, Chrysostomi* et *Clem. Alexandr.*

partim pro *utilissimo*, *in aedificio quolibet maxime necessario, ipsis adeo fundamenti lapidibus caeteris graviore et utiliore* (nempe quia illi tantum *singulos* parietes, hic ακρογωνιαιος, *duos simul* sustinet) constanter occurrit, vid. Es. 28, 16. Ps. 118, 21. et ipsum locum nostrum; quo θεμελιῳ comparatur *universa Apostolorum doctrina*, sed ακρογωνιαιῳ *singularis doctrina haec: Jesum esse Christum.* Nempe sententia ipsa loci haec esse videtur: *doctrinam de Jesu Messia esse totius religionis novae gravissimam, eamque, ad quam omnis Apostolorum et doctorum Christianorum de religione institutio unice sit referenda.* cf. 1 Cor. 3, 11. malunt alii, *in duobus parietibus*, quos sustinet λιθος ακρογωνιαιος, haerentes, etiam hoc loco de *consociatione Judaeorum et gentium per Christum facta* cogitasse Apostolum, quod nobis paullo argutius videtur. αυτου non ad Ιησου χριστου (tum scribi debuisset αυτου ΤΟΥ ιησου χριστου) sed ad θεμελιῳ refer.

21. εν in εν ᾧ h. l. verte: *super.* Nempe pertinet ad ακρογωνιαιον. *Huic saxo innixa surgit templi moles.* οικοδομη h. l. non prorsus idem quod οικος, (cujus synonymum est 1 Paral. 29, 1. Alex. hebr. בירה, et Ezech. 40, 5. Symmach. et Aquil. hebr. בנין) sed *aedificium nondum usque ad fastigium exstructum atque perfectum.* πασα ἡ οικοδομη, si a tropo recesseris, est *ecclesia omnis civium in regno Christi, in coelis terrisque sine ullo populorum discrimine collecta.* i. q. 1, 23. το πληρωμα. συναρμολογουμενη *compactis invicem lapidibus* (h. sine tropo: *junctis omnium Christianorum studiis et voluntatibus*) ex ἁρμος *commissura, compages*, ἁρμοι λιθων Sirac. 27, 2. unde ἁρμοζαι et ἁρμολογεω cum compositis. cf. 4, 16. Voce simili συναρμοζεσθαι sensu eodem utitur Xenophon Cyrop. l. 2, p. 35. lin. 49. συναρμ. λιθους και ξυλα. Est tamen locus Antholog. 3, 32. 4. quo ἁρμολογειν simpliciter est *exstruere*. Mater filio ἡρμολογησε ταφον. Unde συναρμολογεισθαι idem foret,

22 ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν πνεύματι.

Τούτου

foret, quod mox συνοικοδομεισθαι. αυξει l. αυξανει *paullatim altius exsurgit domus* (h. sine tropo. *in dies amplior fit ecclesia.*) Est verbum alias proprium *corpori animali* l. *vegetabili* paullatim succrescenti. cf. 4, 15. Col. 1, 10. h. l. translate adhibitum. εις ναον. poterat Ap. simpliciter scribere: εις οικον. Sed quia οικειους ΘΕΟΥ dixerat Christianos, hinc nomen, quod οικω Θεȣ proprium erat, substituit ναȣ. αγιος εν κυριω jung. pro αγ. κυριȣ. l. κυριω. cf. hujus periphraseos Genitivi per εν exempla haec: Tit. 3, 5. εργα τα εν δικαιοσυνῃ. 2 Petr. 2, 7. ἡ εν ἡμερᾳ τρυφη 1 Cor. 2, 7. σοφια εν μυςηριω pro τȣ μυςηριȣ. itemque Eph. 1, 18. 3, 1. coll. 4, 1. et quae mox sequuntur, κατοικητηριον Θεȣ εν πνευματι, κυριος potest יהוה *Deus pater* esse, potest vero etiam *Christus ipse*. Tum εν κυριω accipe pro εν αυτω. εις ναον κυριω *zu einem Gott geweiheten Tempel.*

22. Quae versu superiori universe proposita erant, singulatim nunc ad *Ephesios* transferuntur: εν ᾧ και ΥΜΕΙΣ. εν ᾧ non ad κυριω sed, quorsum superius v. 21. pertinebat, ad χριςȣ v. 20. retulerim. *Idem ille Jesus Ch. est, cui et vos debetis vestram dignitatem et felicitatem.* ὑμεις *vos vestrique similes* h. *ex gentibus Christiani.* κατοικητηριον τȣ Θεȣ non ad pronomen ὑμεις est referendum; (non enim Ethnico-Christiani soli per se sunt templum Dei) sed ad verbum συνοικοδομεισθε. *Etiam vos juncti estis caeteris omnibus, ut sic paullatim altius exsurgat, donec tandem perfectum fiet, templum Dei universum.* κατοικητηριον Θεȣ i. q. ναος αγ. εν κυριω hebr. מְעוֹנָה יהוה, quod de templo Hierosolymitano dictum vide Ps. 76, 3. cf. etiam מכון לשבת יהוה Exod. 15, 17. κατοικ. εν πνευματι pro πνευματικον vid. ad v. 21. Oppositum h. l. videtur ναω χειροποιητω h. *templo Hierosolymitano.* cf. Act. 7, 48. Neque tamen etiam hic omnem τȣ πνευματος αγιȣ notionem excludendam arbitror, *cum in hoc ipso templo Dei Christiano* s. *ecclesia*, το πνευμα αγιον, quippe in singulis Christianis vim suam exserens, habitare perpetuo Apostolo dicatur. cf. 1 Cor. 3, 16. 17. 6, 19. 2 Cor. 6, 16. adde Philonis locum, de praemiis και γαρ εςι τω οντι βασιλειον και οικος Θεȣ σοφȣ διανοια.

III.

Τούτου χάριν ἐγὼ Παῦλος ὁ δέσμιος τοῦ Χριστοῦ CAP. III.

III, 1. Ordo sententiarum hic: *Atqui haec ipsa doctrina mea de vestra non-Judaeorum per Jesum, qui idem Christus est, salute, quam ubique tradere a Deo jussus sum, haec ipsa est, propter quam a Judaeis tantopere vexor, ut etiam nunc in vincula conjectus has litteras vobis scribam. Nolite igitur his calamitatibus meis, quas vestra ipsorum caussa perfero, perturbari, aut ad deserendam adeo religionem sollicitari.* τουτου χαριν - των εθνων. Hunc versum cum v. 13. cohaerere, plerique interpretes volunt, caeteris omnibus parenthesi inclusis. Paullo aliter Grotius versui 8. eum jungit, verba: τῳ ελαχιστοτερῳ εδοθη interpretatus per ανακολουθον orationis pro ελαχιστοτερος παντων ελαβον ut Gal. 2, 6. Utraque tamen hac paullo duriore sententiarum conjunctione h. l. non opus videtur, modo, quod fecimus, post παυλος comma deleatur. Tum εγω ὁ δεσμιος est formula hebr. אני האסיר pro εγω ειμι ὁ δεσμιος. cf. Marc. 12, 26. Rom. 8, 33. Apoc. 22, 8. Articulus ὁ ante δεσμιος auget sententiae vim: *sum vinctus ille*, h. *perpetua haec mea sors est, vincula pati Christi caussa.* Eandem rationem secuti sunt e Veteribus interpres Syrus, Chrysostomus et Theophylactus, e recentioribus Elsnerus, Wolfius, alii. Quodsi vero est Parenthesis constituenda, malim cum Erasmo Schmidio produci eam ad finem usque Capitis III. ut initia Capitis hujus et IVti invicem jungantur. cf. Abresch dilucid. Thucyd. p. 12 sqq. Cramerus tandem εγω Παυλος ὑπερ ὑμων των εθνων jungenda et supplendum putat: αποστολος εγενομην, πρεσβευω: quod probari vix potest. δεσμιος του χριστου pro δια τον χριστον h. *in hoc munere meo, quod tanquam Apostolus J. C. gero.* cf. 2 Tim. 1, 8. Philem. 1, 9. Similiter δεσμοι του ευαγγελιου dicuntur Philem. 13. δεσμιος, non videtur sensu maxime proprio accipiendum vocabulum, quasi *in vinculis alligatus* sedisset Paullus. Saltem, si de captivitate ea, quam Romae subiisse Apostolum Acta narrant, sermo hic est, ut videtur; *liberiorem quandam* et *honestiorem* captivitatem esse intelligendam, ex Act. 28, 16-30. apparet. τουτου χαριν et ὑπερ ὑμων των εθνων synonyma. Tantum posterioribus clarius explicantur priora. ὑπερ ὑμων pro δι' ὑμας *propterea quod vos in communionem felicitatis Judaeorum receptos statuo.* Fuisse vero hanc unam gravissimam caussam, cur a Judaeis

2 στοῦ Ἰησοῦ, ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἐθνῶν· εἴγε ἠκούσατε
τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ τῆς δοθείσης μοι
3 εἰς ὑμᾶς, ὅτι κατὰ ἀποκάλυψιν ἐγνώρισε: μοι τὸ
μυστή-

VARIAE LECTIONES.

v. 3. Pro εγνωρισε legunt εγνωρισθη A. C. D. a pr. m. F. G. 6. 10. 17. 23. 31. *Syr.* utr. *Copt. Vulg. Ital. Clem. Cyrill. Chryfost. Theodor. Damasc. Ambrofiast. Pelag. Hieron.* prob. *Griesbach.* Difficilius tamen et infolentius, neque tamen mero vitio librarii fimile, videtur εγνωρισε.

daeis tantopere vexaretur et adfligeretur Paullus, e variis tum Actorum tum epiftolarum ipfius locis fatis conftat. cf. Gal. 5, 11. 2 Timoth. 2, 10. et de ipfa hac captivi Apoftoli in urbem Romanam deportatione Act. 21, 21. 28.

2. ειγε *fiquidem, quandoquidem.* De voce οικονομιας pro: *Einrichtung, Veranftaltung*, vid. ad 1, 10. cf. Cic. ad Attic. 6, 1. *nec* οικονομιαν *meam inftituam fed ordinem obfervabo tuum* - οικονομια *fit perturbatior eft, tibi affignato, te enim fequor.* Ex qua ratione οικονομια της χαριτος redundanter dictum pro ἡ χαρις fimpliciter; ut Romani voce *rationis* utuntur, pleonafmo eodem. Similiterque Hebraei מתנות מנת. Adde tamen his: graecos interpretes V. T. etiam verbo οικονομειν uti fimpliciter pro ποιεισθαι 2 Macc. 2, 14. την επισκεψιν οικονομησων. 3 Macc. 3, 2. τȣτων δε οικονουμενων. et fubftantivo οικονομιας pro *munere:* Ef. 22, 9. αφηρεθησῃ εκ της οικονομιας και εκ της ςασεως σȣ hebr. מצב. Quae fi teneantur οικονομια h. l. fynonymum eft της διακονιας, τȣ εργȣ, verba vero οικονομια εις ὑμας invicem jungenda et οικονομια της χαριτος της δοθεισης μοι fic refolvenda funt: οικονομια κατα την χαριν τȣ θεȣ δοθεισα μοι εις ὑμας *munus Apoftoli gratiofe mihi concreditum, ut illud gererem apud vos.* εις ὑμας עליכם *propter vos, veftri commodi cauffa* Col. 1, 25. cf. Rom. 1, 5. 15, 15 fqq. Gal. 2, 9. Locum omnem verterim fortaffe fic: *Ihr habt's ja wohl gehört, was es mit dem mir ertheilten gnädigen Auftrage Gottes an euch eigentlich für eine Bewandtniß hatte* Nempe admonet Apoftolus Chriftianos, fe non libidinis impetu aut ingenii vi quadam naturali in eam fententiam de Ethnicis Chrifto adducendis incidiffe, fed *ipfi revelationi divinae* eam unice effe tribuendam.

3. ὁτι *quod* - εγνωρισε (fi fana lectio eft, vid. var. lect.) fubint. ὁ θεος quod ex v. 2. eft

μυστήριον· (καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ, πρὸς ὃ 4
δύνασθε ἀναγινώσκοντες νοῆσαι τὴν σύνεσίν μου ἐν τῷ
μυστηρίῳ τοῦ Χριστοῦ.) ὃ ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνω- 5
ρίσθη

VARIAE LECTIONES.

v. 5. *εν* ante *ἑτεραις* quod in vulgaribus edd. legitur, omiſit Bengelius auctoritate Codd. A. C. D. E. F. G. 1. 2. 4. 6. 7. 9. 13. 14. 17. 18. 19. 20. 21. 23. 26. 27. 28. 29. 31. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 43. 44. 45. 46. 47. 49. 52. 55. 61. 62. 63. Apoſt. 1. Ed. *Complutens. Eraſm.* 1. 2. *Stephan.* 1. 2. *Plantin. Genev.* Verſ. *Vulg. Ital. Clem. Origen. Cyrill.* uterque *Chryſ. Theodoret. Damaſc. Theophyl. Oecumen. Hieron. Hilar. Pelag.* probb. *Millio, Wetſten. Griesbach.*

eſt repetendum. *κατα αποκαλυψιν* pro *εν αποκαλυψει*. Reſpicit fortaſſe Ap. ad apparitionem, quae primum ipſi contigit, Act. 9. commemoratam. cf. Act. 26, 17. 18. etſi variis aliis ecſtaſibus eandem rem admonitum eum fuiſſe, negari non poteſt. cf. Act. 22, 17. 2 Cor. 12, 1. 7. et ad Gal. 1, 12. *το μυστηριον καθως εν ολιγω* pro *το αυτο μυστ. περι ου ολιγω προτερον εγραψα*. *eandem doctrinam, quam paullo ante vobis expoſui.* vid. 1, ſqq. 2, 11-22. *μυστηριου* ſignificatio eadem, quam ſupra notavi ad 1, 9. *εν ολιγῳ* ſubintellige *χρονῳ* (hebr. כמעט Pſ. 37, 10. cf. Act. 26, 28.) et ad *προ* in *προεγραψα* refer. *paullo antea.* Alii: *paucis, breviter.* Neque hoc temere. cf. loca ſimilia ſcriptorum Graecc. Ariſtot. Rhetor. III, 11. p. 716. *ἡ μαθησις - δια το εν ολιγῳ θαττον γινεται.* Thucyd. l. IV, p. 110. *ω Αθηναιοι, δι ολιγου μεν ἡ παραινεσις γινεται.* Tum ſubintelligenda eſt vox *λογου* l. ſimilis.

4. Verba *καθως -- χριστου*, cum Wetſtenio parentheſi incluſimus, ut ſententia loci primaria, quae initio verſus 3tii verſibusque 5 ſqq. continetur, eo luculentior fieret. *προς ὁ* pro *εν ᾧ*. Hierocles Carm. Aur. Pyth. p. 53. *προς ταυτα απειθουντες γονευσι, προς ἁ και αυτοι τοις θειοις νομοις ου πειθονται.* *μυστηριον του χριστου* *arcana doctrina de regno per Chriſtum inſtituendo.* *προς ὁ δυνασθε αναγινωσκοντες νοησαι* ſic reſolve: *ὁ αναγινωσκοντες δυνασθε νοησαι προς αυτο* h. *εν αυτῳ.* *quibus legendis intelligere poteſtis, quanta equidem in hac re intelligentia et ſcientia gaudeam.*

5. *ἑτεραις γενεαις* כדורים אחרים *aliis generationibus* h. *alias, alio tempore.* Joel 1, 3. *υἱοι των ανθρωπων* בני אדם i. q.

ρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ προφήταις ἐν πνεύματι·
6 εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα καὶ συμμέτοχα

i. q. ανθρωποι. ὡς posset pro ὁ accipi ut supra v. 3. καθως pro: περι ȣ. Sic *omnis omnino τȣ μυςηριου εκεινȣ scientia* negaretur contigisse homini ulli ante Christi tempora. Malim tamen idem ὡς interpretari: *eo modo, quo* hoc est, *ea claritate, qua* — Nam, *gentes omnes ad religionem Jehovae esse adducendas per Messiam:* utique hoc, etsi obscurius, diu praedixerant Prophetae, inprimis Esaias. αποκαλυπτεσθαι proprium vocabulum *rebus iis, quas singulari Dei ipsius interventu cognoscere homines sibi videntur.* ἁγιοι epitheton perpetuum prophetarum V. T. quo non tam *vitae sanctitas*, quam potius *insignior quaedam, et ex arctiore, qua fruebantur, cum Deo consuetudine profecta prae caeteris hominibus dignitas* est intelligenda. cf. Luc. 1, 70. Act. 3, 21. 2 Petr. 1, 21. Simili sensu αγγελοι dicuntur ἁγιοι, similiterque h. l. αποςολοι. Nos: *der Gottheit vertraute.* προφηται vid. ad 2, 20. Quod vero hoc inprimis loco, quo de doctrina quadam religionis Christianae insigniore et hactenus incognita Apostolo sermo est, tantum *Apostoli* et *prophetae* commemorantur, nonne inde sequi videtur, *partim*, (quod aliunde etiam satis constat) fuisse in doctoribus Christianis intelligentiae rerum divinarum gradus diversos; *partim* vero, ipsam hanc Paulli doctrinam de prorsus pari Christianorum Ethnicorum cum Judaeis dignitate, ad dogmata sublimiora, nec omnibus doctoribus religionis Christianae, forte ne omnibus Apostolis et Prophetis quidem, sed tantum nonnullis, (Petro cum convertendus esset Cornelius Act. 10.), singulisque claritate admodum diversa a deo revelata, pertinuisse? — εν πνευματι pro δια πνευματος ad απεκαλυφθη ref. nisi malis τοις προφηταις jungere, pro: πνευματικοις, δια πν. ἁγιȣ φερομενοις. cf. ad 2, 21. πνευμα ipse *Spiritus divinus.* cf. ad Gal. Exc. 5.

6. Voces συγκληρονομα et συσσωμα non sunt cum voce επαγγελιας jungendae, sed per se interpretandae. Saltem nulla formula est συσσωμος της επαγγελιας. Vocabula κλῆρος, κληρονομια, κληρονομος propria in V. T. esse *Judaeorum felicitati* exprimendae, saepius notavimus. cf. ad

χα τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἐν τῷ Χριστῷ, διὰ τοῦ εὐαγ-
γελίου, οὗ ἐγενόμην διάκονος κατὰ τὴν δωρεὰν τῆς 7
χάριτος

VARIAE LECTIONES.

v. 6. *αυτυ* omittunt A. C. D. a pr, m. Vers. *Syr. Copt. Vulg.* msc. *Clar. Germ. Orig. Cyrill. Pelag. Hieron.* Ex internis, ut vocantur, argumentis h. l. judicium ferre admodum difficile est; potuit addi a librario *αυτυ* ut *επαγγελιας* haberet quo referretur, poterat vero etiam excidere, partim oscitantia, partim ex correctione, si quis *Θευ*, ad quod unice referri potest, non expresse antecedere, animadverteret.

ad 1, 14. Unde, cum idem hoc vocabulum in composito *συγκληρονομα* h. l. ad gentes transferatur, *parem sine omni discrimine* felicitatem etiam his tribui, apparet. Dici vero *κληρονομον* simpliciter, nullo addito genitivo *ευλογιας* s. *ευδαιμονιας*, paullo insolentius est (cf. tamen Gal. 3, 29. Rom. 8, 17.), sed idem usus loquendi in substantivo *κληρονομια* simpliciter posito negari non potest. cf. 1, 14. Act. 20, 32. Col. 3, 24. Hebr. 9, 15. 1 Petr. 1, 4. Cur igitur non admittatur in adjectivo *κληρονομος*? – *συσσώμα* h. *συναρμολογυμενα εις το ἐν σωμα*. cf. 2, 21. 22. *partes ejusdem corporis* h. *arctissime cum Iudaeis conjuncti*. Nempe *σώματος* nomine *ipsa ecclesia e Iudaeis et Ethnicis immensaque aliarum naturarum multitudine constans* expressa fuerat Apostolo 1, 23. unde *συσσώμα* sunt, *quae ad eandem ecclesiam pertinent*. Idem denique (cumulantur synonyma synonymis, ut *plane nihil discriminis* inter Judaeos et gentes intercedere indicetur) exprimitur verbis maxime propriis *συμμετοχα της επαγγελιας* pro: *της ευδαιμονιας επηγγελμενης*. *αυτυ*, si vera lectio est, ad *Θευ*, quod v. 3. in *εγνωρισε* latere vidimus, est referendum. Ad *χριϛυ* nomen enim, quod proxime praecesserat, referri non potest pr. addita mox: *εν τῳ χριϛῳ*. *επαγγελια εν τῳ χριϛῳ* jungo: *promissa a Deo felicitas conditione hac, ut, qui frui ea velit, sectetur Christum*. Idem clarius exprimitur additis his: *δια τυ ευαγγελιυ* h. *si fidem habeant doctrinae huic, quam doceo*. Ita enim *δια* h. l. esse accipiendum, formula ipsa *συμμετοχον ειναι της ευδαιμονιας*, ad quam referenda sunt *δια τυ ευαγγελιυ*, postulat; nisi malis referre *δια τυ ευαγγ.* ad *απεκαλυφθη* v. 5.

χάριτος τοῦ Θεοῦ, τὴν δοθεῖσάν μοι κατὰ τὴν ἐνέργειαν
8 τῆς δυνάμεως αὐτοῦ· ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων
=τῶν

VARIAE LECTIONES.

v. 8. Post παντων magna est in Codd. et edd. antiquis lectionis varietas; quae ipsa argumento esse potest, vocabula, quae in vetustis codd. non exstiterant, serius adspersa videri. των ἁγιων plane omittunt Ed. *Complut. Genev. Marcion.* ap. *Tertull.* prob. *Mill.* et *Bengel.* ἁγιων, omisso των, legunt A. C. D. E. F. G. 1. 2. 7. 14. 37. 46. 59. Codd. plurimi teste *Millio*, Ed. *Erasm. Colin. Bogard. Origen. Dial. C. Marcion. Cyr. Chrysost.* prob. *Griesbach.* ανθρωπων pro ἁγιων cod. 4. *Chrys.* msc. ἁγιων αποστολων Cod. 46.

quod sapientissimi homines antea ignoraverant, id quidem nunc innotuit Apostolis per illam ipsam doctrinam, quam ipse profiteor. De voce ευαγγελιυ vid. ad Gal. 1, 8.

7. διακονος sensu generaliore de ipsis Apostolis et quibusvis religionis doctoribus dicitur. cf. 1 Cor. 3, 5. 2 Cor. 6, 4. 11, 23. διακονος τυ ευαγγελιυ semel tantum praeter hunc locum occurrit Col. 1, 23. Similes tamen formulas vide 2 Cor. 3, 6. 11, 15. Gal. 2, 17. ὑ-διακονος *quae tradenda erat per me.* κατα - - αυτυ *pro munere meo benignissime a Deo in me collato.* χαρις *beneficium divinum, idque non tantum in Paullo convertendo, sed maxime etiam in eodem ad Apostoli munus evocando, conspicuum.* δωρεα της χαριτος. Utrumque synonymum, quod forte sic exprimere possis: *beneficium immeritum.* κατα την - αυτυ. *Vis* inprimis divina commemorata h. l. nobis quidem videtur propterea, quod sui animi alias Christiano nomini infensissimi mutatio et ad Christum recipiendum efformatio Apostolo res tanta videbatur, quanta sine ipsius numinis vi plane singulari nunquam perfici potuisset; quam interpretationem juvare videntur, quae mox sequuntur: εμοι τῳ ελαχιστοτερῳ. Grotius tamen ad *donum linguarum*, alii omnino ad *vim miracula quaevis patrandi* sententiam referre malunt, an cum idonea ratione, viderint alii. Formulam ipsam explicatam vide 1, 19. cf. 4, 16. Phil. 3, 21. Col. 1, 29.

8. Sententia plane eadem: Nempe hoc munere suo nihil norat Paullus, quod contingere sibi potuisset dignius, praestantius, laetius; hinc in

= τῶν ἁγίων: ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη, ἐν τοῖς ἔθνεσιν
εὐαγγελίσασθαι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ Χρι-
στοῦ, καὶ φωτίσαι πάντας, τίς ἡ οἰκονομία τοῦ 9
μυστη-

VARIAE LECTIONES.

v. 9. οικονομια (pro vulgarium edd. κοινωνια) leg A. C. D. E. F. G. 1. 2. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 35. 36. 37. 39. 41. 43. 44. 45. 46. 47. 52. 55. 62. 63. 66. in marg. Ed *Complut. Plantini Genev. Bengel. Syr.* utr. *Erpen.* (Arab. Polyglott. plane omittit) *Copt. Aethiop. Vulg. Ital. Cyrill. Gregor. Nyss. Chrysost. Theodor. Damascen. Euthal. Oecumen. Theophyl. Tertull. Hilar. Hieron. Aug. Ambrosiast. Vigil. Pelag.* probb. *Millio, Whitbyo, Grot. Wetsten.* Illustr. *Michaelis* et Ven. *Griesbach.* Ortum videtur κοινωνια ex mero vitio librarii, quem si in Codice suo, forte obsoleto ac vetustate attrito, priorem vocis οικονομια syllabam vetustate deletam non attenderet, reliquam vocabuli partem KONOMIAN facile pro KOINONIAN accipere potuisse, quisque videt.

in eodem recensendo et laudando lubenter aliquanto diutius moratur. ελαχιστοτερος Comparativus a superlativo ελαχιστος denuo formatus. Exempla similia, v. c. οψοφαγιστατος, λαγνιστατος, λαλιστερος et λαλιστατος, κλεπτιστατος, κυδιστατος, εσχατωτατος, χειροτερος, λωιτερος ex scriptoribus et Scholiastis Graecis collecta vide ap. Wetsten. ad h. l. Ab ipso nostro ελαχιστου formatum novum Superlativum ελαχιστοτατον habet Sext. Empir. IX, p. 627. εν ελαχιστατω πλατει. Exemplum comparativi a comparativo denuo formati vid. 3 Ep. Joann. v. 4. μειζοτερα χαρα. παντων των αγιων (si sana lectio est, vid. var. lect.) non ad *Christianos* omnino, sed ad *Apostolos et Prophetas* refero, cum quibus alias etiam, iisdem fere verbis, comparat se Apostolus. cf. 1 Cor. 15, 9. *Mir dem geringsten unter all' den göttlichen Männern.* cf. v. 5. ευαγγελιζεσθαι i. q. κηρυσσειν, διδασκειν. vid. ad Gal. 1, 8. ανεξιχνιαστος πλουτ. χριστου i. q. mox dicitur το μυστηριον το αποκεκρυμμενον - - cf. Rom. 11, 33. hebr. אין חקר Job. 5, 9. 9, 10. 34, 24. πλουτος του χριστου concise pro: πλουτος της χαριτος τ. χ. 1, 7. 2, 7.

9. Sententia eadem, tantum amplificata quodammodo et exornata. cf. Col. 1, 28. φωτιζειν τινα simpliciter

μυστηρίου τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ
10 Θεῷ τῷ τὰ πάντα κτίσαντι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα
γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς

ἐπου-

VARIAE LECTIONES.

v. 10. νυν omittunt F. G. Verſ. *Syr. Erpen. Vulg. clar.* a pr. m, *boerner. Iobius* ap. *Phot. Tertull. Aug. Ambroſiaſt.* S..ul. *Beda. Pelag.* prob. *Millio.* Addi facile poterat, ut ſententia horum verſuum expreſſiore quodam modo contraria fieret ſuperioribus: αποκεκρυμμενȣ απο των αιωνων v. 9.

citer idem, quod διδασκειν. Heſych. εφωτισεν, εδιδαξεν. Loquendi tamen modus vix eſt ſatis Graecus. Sed utuntur eo interpp. Graeci ad exprimendum hebr. הורה *docere,* cf. Jud. 13, 8. φωτισατω ἡμας, τι ποιησομεν τῳ παιδαριῳ 2 Reg. 12, 2. 17, 27. Loca N. T. vero, v. c. Jo. 1, 9. Apoc. 22, 5. caett. in quibus φωτιζειν occurrit, non ſunt e genere prorſus ſimili. παντας *Iudaeos et Ethnicos, ſine diſcrimine.* τις ἡ οικονομια τȣ μυϛηριȣ redundanter pro: τι το μυϛηριον. De vocc. οικονομιας et μυϛηριȣ vid. ad 1, 9. 10. de priore etiam ad 3, 2. αποκεκρυμμενον απο (pro εκ) των αιωνων εν (pro: παρα) τῳ θεῳ tota hebraica: נסתר מעולמים ביהוה h. ſi ſententiam ipſam quaeras: *ad hunc usque diem, praeter Deum nemini cognitum.* cf. 1 Cor. 2, 7. τῳ τα παντα κτισαντι a ſuperioribus ſejuncta, ad ea, quae ſequuntur, retulimus; poſito poſt θεῳ, et ſublato poſt χριϛȣ, puncto minore. Saltem ſenſus, niſi fallimur, facilior ſic exiſtit, quam ex vulgari interpunctione; ſecundum quam non ſine difficultate, quam quisque ſentiet, partim τῳ τα παντα κτ. ad αποκεκρυμμενον εν τῳ θ. partim ἱνα γνωρισθῃ vel ad φωτισαι παντας vel ad αποκεκρυμμενον eſſet referendum. Eſt vero in his: τῳ κτισαντι- conſtructio participialis explicanda et reſolvenda in hunc modum: ὡς εκτισε παντα. vel: *wie er durch Jeſum Chriſtum alles ſo eingerichtet und angeordnet hat, daß* – – ſervata ſic verbo κτιζειν *inſtituendi, ordinandi* ſignificatione cf. Sir. 7, 16. γεωργια ὑπο ὑψιϛȣ εκτισμενη 39, 30. αγαθα αγαθοις εκτιϛαι, ȣτω τοις ἁμαρτωλοις κακα vel ſic: *wie er durch Chriſtum alles neu gemacht, alles zum beſſeren umgeſchaffen und umgebildet habe, ſo daß* – – vide de hac τȣ κτιζειν ſignificatione ad 2, 10. 2 Cor. 5, 17.

10.

ἐπουρανίοις, διὰ τῆς ἐκκλησίας, ἡ πολυποίκιλος σοφία
τοῦ Θεοῦ, κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων, ἣν ἐποίησεν 11
ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν 12
παῤῥη-

10. 11 invicem junge. *ut adeo aeterni hujus consilii divini, quo per Jesum Messiam beare omnia sine ullo natalium discrimine Deus constituerat, sapientia immensa et admirabilis per omnem rerum naturam nunc innotuerit.* ἱνα est εκβατικον. *atque adeo.* ut in N. T. saepissime. De vocc. αρχαι et εξουσιαι vid. ad 1, 21. *quicquid est vi sapientia dignitate insigne atque excellens* επουρανια ad 1, 3. conf. 1, 20. sqq. quo inprimis loco collato, itemque 1, 10. et 1 Petr. 1, 12. etiam nec hoc loco nostro *daemonum ordines*, de quibus secundum regnorum humanorum similitudinem cogitare et loqui humanum est, excludere non ausim. Saltem, quominus *magistratus in his terris* intelligam, obstat, ex meo quidem sensu, εν τοις επουρανιοις, vid. ad 1, 3. 10. ἡ εκκλησια iterum, ut 1, 22. non ad *homines* Christianos solos est restringenda, sed de *omnibus iis, qui ad Christi regnum olim pertinebunt*, sive homines sive daemones fuerint, interpretanda. cf. ad 1, 9. σοφια πολυποικιλος simpliciter est: *immensa, omni ex parte admirabilis* Dei sapientia. Quid? quod ποικιλον apud Graecos simpliciter ponitur pro: συνετον, σοφον. Aeschyl. Prometh. vinct. 1308. προμηθευς ανηρ ποικιλος. quod Schol. interpretatur συνετος. Grotius tamen idem πολυποικιλος *ex ipsa institutorum divinorum, quibus ad efformandos paullatim et per religionem beandos homines, inde ab originibus humani generis, per tot seculorum decursus, usque ad Christi tempora Deus usus fuerit, varietate* interpretatur; pie profecto et docte, sed an satis ex mente Apostoli, qui hoc nostro loco tantum in *Christo commodisque iis, quae per Christum humano generi parata fuerunt*, versari videtur, magnopere dubito. σοφια θεου κατα προθεσιν jungo pro: σοφια θ. εν προθεσει h. προθεσις σοφωτατη. προθεσις *decretum*. vid. 1, 11. προθ. των αιωνων cf. 2 Tim. 1, 9. ἡν εποιησεν εν τ. χ. *quod jam exsequendum tradidit Jesu Messiae.* Caussa vero, cur hoc aliisve locis, *sapientiam divinam* in convertendis, non *Judaeis hominibus*, sed potissimum *Ethnicis* tantopere admiretur Apostolus, inprimis

παῤῥησίαν καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐν πεποιθήσει διὰ τῆς
13 πίστεως αὐτοῦ. Διὸ αἰτοῦμαι μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς
θλίψε-

mis in eo est quaerenda; quod omnino Judaei, partim de suae gentis singulari dignitate, partim de legum et religionum suarum inviolabili sanctitate persuasi, hacque ipsa persuasione in opinionem hanc: *extra suam ecclesiam nullam ulli homini salutem sperandam esse*, sponte delati, quod hi, inquam, Judaei comprehendere animo non poterant, qua ratione unquam fieri posset, ut Ethnici, homines nec circumcisi, nec legum Judaicarum servandarum studiosi ad dignitatem et felicitatem suae genti in Messiae regno promissam adducerentur. Hinc Paullus: *admiramini*, inquit, *sapientiam hanc: qua, quod nemo Judaeorum unquam fieri posse sibi persuadere poterat, per Jesum Messiam nostrum instituisse et perfecisse videtis Deum.*

12. *Ejus enim doctrinam si bona mente amplectimur, cum summa fiducia et sine ullo timore adorare Deum, laetaque omnia exspectare ab eo possumus.* παρρησια primum *libertas in dicendo*, deinde *fiducia, quam in alicujus erga nos studio collocamus.* προσαγωγη vid. ad 2, 18. unde etiam h. l. supplenda sunt πρὸς τον θεον l. τον πατερα. cf. Es. 58, 2. קרבת אלהים. παρρησια et πεποιθησις non differunt. πεποιθησις בטח 2 Reg. 18, 19. 2 Cor. 1, 15. 3, 4. 8, 22. 10, 2. Phil. 3, 4. Constructio vero την παρρησιαν πεποιθησει est paullo insolentior, pro: την προσαγωγην μετα παρρησιας και πεποιθησεως. De sententia ipsa vid. Rom. 8, 15. Gal. 4, 6. Esse vero illam animi fiduciam ex mente Apostoli ad sensum peccatorum a Deo propter mortem Christi condonatorum referendam, dubio caret. Poenarum enim divinarum metu ipsos adeo Judaeorum animos depressos teneri cum bene nosset Apostolus, aliquanto magis eodem metu Ethnicos premi, vel divinando, si non aliunde ei constitisset, assequi facile et poterat et debebat. In plurali εχομεν iterum *utrumque hominum genus, Judaeorum et gentium*, continetur. δια της πιστεως αυτου (pro εις αυτον) h. ει γε πιστευσωμεν εις αυτον. (np. χριστον) De voce πιστεως vid. ad Gal. Exc. 6.

13. Locus cum superioribus sic cohaeret: Verebatur Apostolus, ne ipsum ad ipsis popula-

θλίψεσι μοῦ ὑπὲρ ὑμῶν, ἥτις ἐστὶ δόξα ὑμῶν. τού- 14
του χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα
τοῦ

popularibus suis, Judaeis, contemni, odio affici, accusari et quovis modo vexari Christiani e gentibus cognoscerent; ne hi ipsi Ethnico-Christiani ipsam doctrinam Apostoli vanam nulliquе certo fundamento superstructam existimarent, eamque desererent. Hinc, ut huic opinioni occurreret, caussa proxima suarum calamitatum a Judaeis perferendarum, (quae quidem in sola Judaeorum adversus gentes invidia erat ponenda) vv. 1-12. late exposita, nunc obtestatur eos, ut his suis calamitatibus a doctrina Christiana non patiantur se abduci, imo vero, ut in ipsa hac miseria sua aliquid inesse putent, quo ipsis sit gloriandum atque exsultandum. αιτεμαι, Potest quidem, si locus per se spectetur, subintelligi θεον. cf. v. 20. Col. 1, 9. et sub verbo εκκακειν intelligi με, ut sensus sit hic: *precor ad Deum, ne sinat me languescere in calamitatibus meis.* Multo facilius tamen cohaerent omnia, maxime v. 14. sqq. si sub utroque αιτεμαι et εκκακειν intelligatur ὑμας, quod ipsum latet in ὑμων. Nos eadem ellipsi diceremus: *Drum bitte ich nicht muthlos zu werden über mein Leiden für euch.* εκκακειν *animum despondere.* cf. ad Gal. 6, 9. 2 Cor. 4, 1. 6. Luc. 18, 1. θλιψεις ὑπερ ὑμων, *quas vestra caussa vestroque commodo perfero,* ἡτις ex Graecismo ad δοξαν ref. pro αιτινες (θλιψεις) εισι δοξα ὑμων. idque pro: αλλα μην εδει ὑμας καυχασθαι εν εκειναις. *imo vero debebatis gloriari iis, felices praedicare vos ipsos, quod eas perfero.* Possis etiam ἡτις εσ δοξα ὑμων referre ad μη εκκακειν εν ταις θλ. μ. ὑπ. ὑμων, sensu hoc: *quae quidem constantia magnae vobis laudi et honori cederet.* Priorem tamen rationem ipse praefero.

14. τετε χαριν nempe: ἱνα μη εκκακητε. καμπτω τα γονατα με pro προσευχομαι, ex more istorum temporum, *genibus flexis precandi,* maxime, si quis vehementiore quodam majestatis aut benignitatis divinae sensu esset perfusus. cf. Act. 7, 60. 9, 40. 20, 36. προς τον πατερα-χριςε. Si vera lectio est, ut videtur, (vid. v. l.) exprimit sensum Apostoli hunc: *propter Christum,* filium hunc Dei unicum et carissimum, omnem omnino felicitatem, qua fruuntur Christiani, iis contingere videri. Dici vero Deum πατερα I. Xρ. sensu alio et

15 τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ
16 ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται ἵνα δῴη ὑμῖν,
κατὰ

VARIAE LECTIONES.

v. 14. τȣ κυρίȣ ἡμῶν I. X. omittunt A. C. 17. Verſ. *Copt. Aeth. Erpen.* (habent *Syr. Ar.* pol. *Armen. Vulg. Ital.* Codd. *Lat.* ap. *Hieron.*) *Orig. Cyr.* nis. *Synod Ancyr.* ap. *Epiph. Method. Damaſc. Elias cret. Theophyl. Hier.* diferte. *Vigil. supſ. Aug.* ſemel (habent *Tert. Chryſ. Theodoret.*) probb. *Grotio, Mill. Bengelio.* Major tamen auctoritatum vis videtur confirmare lectionem vulgatam, quam improbare.

et multo illuſtriore, quam quo *omnino hominum*, eſt *pater*, quis dubitet? cf. ad Gal. Exc. 2. κυριȣ ἡμων. vid. ad 1 Th. 1, 2. χριςȣ v. ad Gal. 1, 1.

15. πατρια *familia* בית אבות Exod. 6, 25. משפחה Pſ. 22, 28. cf. Luc. 2, 4. Act. 3, 25. Heſych. πατριαι, Φυλαι. πασα πατρια — γης. Iterum, *omnem rerum intelligentium naturam* intelligere non dubitamus, ut ſupra 1, 10. etſi inter has, *homines inprimis, Judaeos gentesque* etiam hic in animo habuiſſe Apoſtolum non diffitemur. vid. ad 1, 10. cf. Rom. 3, 29. Daemones vero ſolere a Judaeis in *familias* diſpeſci, ut homines, loca plura a Wetſtenio propoſita declarant v. c. Sanhedrin fol. 57, 2. *Non facit Deus quicquam, niſi antea conſultaverit de eo cum familia ſuperiori.* εξ ȣ probabiliter ad πατερα non ad Iησ. χριςου eſt referendum. ονομαζεται pro εςι ut apud Homerum ευχονται ειναι pro εισι centies; non quod utraque ſint ſynonyma, ſed quod certo quodam contextu utraque invicem commutari commode poſſunt. *Nomen gerunt a Deo* homines ſpiritusque omnes, quippe *ſunt* et dicuntur omnes *creati a Deo*, Geſchöpfe *Gottes*, Kinder *Gottes*, Volk *Gottes*. cf. Rom. 9, 25. Eſ. 44, 5. Sententia omnis εξ ȣ ΠΑΣΑ πατρια — ονομαζεται (cf. Homericum: θεος πατηρ ανδρων τε θεων τε) oppoſita h. l. videtur opinioni Judaeorum ei: qua *ſe ſolos* his nominibus עם יהוה, בני יהוה et ſ. p. jure uti poſſe, exiſtimabant.

16 - 19. arcte cohaerent. vid. Coloſſ. 2, 1-10. Quo loco collato, ſententia hujus loci haec eſſe videtur: *velit Deus, per ſpiritum ſuum divinum certam hanc animi*

perſua-

κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ, δυνάμει κραταιω-
θῆναι διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον,
κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρ- 17
δίαις

persuasionem in vobis efficere: templum vos esse Christi, divina benignitate exstructum: ut adeo hujus templi ad quod omnes pii probique homines pertinent, immensum ambitum ipsiusque beneficii divini, quo et vos eidem templo junctos esse voluit, magnitudinem intelligere et sentire possitis. κατα τον πλουτον — αυτου. cf. ad I, 7. δοξα עז, כבוד, omnino *majestatem* Dei, deinde *vim* inprimis et *potestatem* exprimit I, 12. δυναμει pro δυνατως (ex hebr. linguae, quae adverbiis destituitur, indole, בכח) idque pro σφοδρα, μαλιστα. ὁ εσω ανθρωπος periphrasis του νοος (des *menschlichen* Geistes) etiam aliis scriptoribus communis; velut Platoni de rep. IX. του εξω ανθρωπου ὁ εντος ανθρωπος εσται εγκρατεστατος. Plotin. Ennead. I, 1. 10. θηριον ζωωθεν το σωμα, ὁ δε αληθης ανθρωπος αλλος — ὁ ενδον ανθρωπος. similiterque scriptoribus Judaicis; Jalkut Ruben. f. 10, 3. *Caro est vestis interior hominis, spiritus est homo interior, cujus vestis corpus est.* cf. Rom. 7, 22. 1 Petr. 3, 4. Caeterum ex hujusmodi loquendi formulis, in quas plurium hominum ingenia tam facili idearum consensu incidere omni tempore potuerunt, male peti lecta a Paullo Platonis argumentum, notavimus ad Gal. Exc. 9, p. 142. κραταιωθηναι εις τον εσ. ανθ. (pro εν τω νοϊ) *firmari animo*, h. *certo sibi de aliqua re persuadere* אמץ, חזק cf. Ps. 31, 25. Loco parallelo Coloss. 2, eadem sententia exprimuntur pro: ἱνα παρακληθωσιν αἱ καρδιαι ὑμων. Dicitur etiam κραταιουσθαι de *quovis virtutum incremento.* Luc. 1, 80. 2, 40. δια του πν. αὐτ. *spiritu suo divino*, cujus auxilio omne fidei virtutisque incrementum debet homo Christianus.

17. κατοικησαι — ὑμων ad *dum* refer. In formula ipsa *templi* notionem inesse, negari non potest cf. Cap. II. extr. 1 Cor. 3, 16. οικοδομεισθε εις κατοικητηριον θεου et quae mox sequuntur, vv. 18. 19. Sententia haec: *magnam esse conditionis vestrae, si quidem fidem habetis doctrinae Christi, dignitatem atque felicitatem.* Locum similem vid. Libanii Ep. 558. ει και εστιν χειρων σου τον Πλατωνα εξεβαλεν ἡ αρχη, την γε ψυχην ὁ Πλατων οικει την σην. εν αρετη εργι-

δίαις ὑμῶν ἐν ἀγάπῃ ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι
18 ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις,
τί

ερριζωμενοι κ. τεθ. Locus ex communi interpretum consensu admodum difficilis. Hoc quidem certum nobis est, in voce utraque ερριζωμενοι et τεθεμελιωμενοι notionem prorsus eandem, *fundamenti, cui aedes superstruuntur*, exprimi; nec in priori ερριζωμενοι Etymi significationem ulterius esse premendam. vid. Herodot. I, p. 27. Πεισιστρατος ερριζωσε την τυραννιδα. Scholiast. ad Odyss. ν, 136. ερριζωσεν; ακινητον εποιησε; unde ερριζωμενοι, ακινητοι. Utrumque vocabulum junctum invicem vide loco parallelo Col. 2, 7. ερριζωμενοι και εποικοδομουμενοι. cf. Lucian. de saltat. 34. ὡσπερ τινες ριζαι και θεμελιοι της ορχησεως ησαν. Phil. de Opific. p. 9. ἡ μεν δενδρων σπορα και φυτεια ριζας αποτεινουσα οιονει θεμελιους. Plutarch. de fort. Rom. p. 321. ριζωσαι και καταστησαι την πολιν. Similiter igitur ερριζωμενοι et τεθεμελιωμενοι etiam h. l. pro mere synonymis accipienda. Sed quid εν αγαπη significet, in hoc constituendo dissentiunt interpretes. Ex interpretatione vulgari αγαπη *benevolentia erga alios intelligitur*, eique ratione favet fortasse, quod praecesserat πιστει πισιν enim et αγαπην jungi ab Apostolo, cum *omnis virtutis Christianae ambitus* est exhauriendus, res nota est. cf. 1, 15. Gal. 5, 6. 1 Cor. 13, 13. Potest vero etiam cum aliis *amor Dei et Christi erga Christianos* intelligi, cf. 2, 4. quam rationem adjuvare videtur v. 19. quo ἡ αγαπη του χριστου haud dubie eo sensu occurrit. Tum vero εν αγαπῃ non, quod vulgo fieri vidimus, jungenda sunt verbis ερριζωμενοι et τεθ. ut vertas: *eingewurzelt seyn in die Liebe Gottes*, cujus formulae sensum non capio; sed accipiendum est, ut supra 1, 4. pro εν χαριτι, δια χαριτος; cf. locum similem Col. 2, 2. ερριζωμενοι vero et τεθεμελιωμενοι ad καρδιαις ὑμων referenda, quem quidem Christianorum animum κατοικητηριον του χριστου δια της πιστεως modo dixerat, sententia hac: *Quod hoc ipsum templum divinum etiam inter vos jam sit alte positum atque exstructum*, (h. e. *quod per religionem Christi in mentibus animisque vestris verior sapientia meliorque virtus efformari possit*), *debetis hoc etiam vos singulari Dei beneficio.* Nominativos ερριζωμενοι et τεθεμελιωμενοι per anacoluthon orationis

τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος, γνῶ- 19
ναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ
Χριστοῦ

tionis interpretari non dubito; pro ἐρριζωμένων cf. 4, 2. possunt tamen etiam cum Grotio jungi versui sequenti, ut regantur a conjunctione ἵνα. Similis saltem particulae ἵνα trajectionis exempla vide Jo. 13, 29. 1 Cor. 9, 15. 2 Cor. 2, 4. Gal. 2, 10. Nos quidem, ut liberum esset cuivis lectori judicium, post ὑμῶν et τεθεμελιωμένοι puncta delevimus.

vv. 18. 19. Invicem junctos interpretor nunc de *summo, et* ex sensu Apostoli saepius notato (cf. ad Rom. 9, 23.) *omni intelligentia humana majori beneficio divino, quo non solos Judaeos, sed omnes omnino homines, atque adeo universam rerum intelligentiam naturam in regni Christi societatem venire voluit.* cf. Col. 2, 9. 10. ἐξισχυσητε pro conjunctivo futuri accipio: *ut olim contingat vobis.* ἐξισχυω et ισχυω mere synonyma; utrumque vero infinitivo junctum idem est, quod συμβαινει μοι. καταλαβεσθαι - - - αγαπην τε χριστε. Sic verba junxi in ed. superiori. Locumque omnem resolvi in hunc modum: καταλαβεσθαι - τι το πλατος - και ὑψος της αγαπης τε Χριστε. γνωναι τε αυτην, την αγαπην ταυτην, την ὑπερβαλλεσαν της γνωσεως. Multo tamen expeditius nunc videtur referre ad verba extrema v. 19. πληρωμα του θεου, in hunc modum: καταλαβεσθαι τι το πλατος και — ὑψος (και τοι τε πληρωματος τε Θεε) γνωναι τε — ἵνα πληρωθητε εις αυτον, καταλαμβανεσθαι i. q. συνιεναι, γνωναι. Sed aptius erat illud propter sequentia πλατος et s. p. πασι τοις ἁγιοις referendum vel ad neutrum παντα τα ἁγια, vt intelligatur ναος θεου hebr. מקדש cf. Vers. Alex. Ezech. 44, 5. מוצי המקדש πασας τας εξοδες αυτε εν πασι τοις ἁγιοις vid. Tromm. voc. ἁγια. vel [potius, propter constructionem συν π., ex hac ratione vix explicandam] ad masculinum παντες ἁγιοι, quo non homines tantum christiani, sed *quisquis olim pertinebit ad regnum Christi, sive homo sive daemon fuerit,* intelligi videntur. vid. ad v. 10. 2, 19. 2 Thess. 1, 20. (cf. infra v. 21 et 23). τι το πλατος — ὑψος durius referuntur ad αγαπην τε Χριστε, etsi *amoris divini* cum *rerum corporearum mensura* comparatio occurrat in literis ipsis sacris saepius, vid. Iob. 11, 7. Ps. 103, 6. Multo vtique

Χριστοῦ, ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ.

Τῷ

utique facilius Wolfius, Bengelius, alii, ad *ecclesiam, templum* illud πνευματικον, cuius cap. II. extremo meminerat apostolus, quodque mox v. 19 voce πληρωματος τε Θεε significabit, referunt. cf. Apoc. 21, 16. Nec, si ad πληρωμα referas, και i. εκκλησιας vel simili quodam vocabulo addendo opus fuisse apparet. Nempe iam praecesserant formulae κατοικησαι χριστον εν ἐντοις, et θεμελιωσθαι, fortasse etiam τα αγια, quibus singulis templi notionem comprehendi quisque videt. Plane singularis denique est ratio Cl. Kypke in Observv. ad h. l. qui pro τί legens τὶ (ut τὶ το πλατος positum sit pro: το πλατος τι), et καταλαβεσθαι *occupare, implere* interpretatus, locum omnem sic vertit: *ut ipsi cum omnibu. sanctis mensuram quandam integri aedificii impleatis.* Sed quam quaesita, longius repetita et coacta etiam haec ratio sit, quisque sentiet. Caeterum in his omnibus τι το πλατος, μηκος βαθος κ. ὑψος nihil amplius est quaerendum, nisi notio *immensi*; inprimisque cavendum, ne, quae junctim posuit Apostolus, discerpta lacerentur: et, quo sensu profunda, quo alta et s. p. benignitas divina sive εκκλησια των ἁγιων dici possit, misere quaeratur. γνωναι την αγαπην *cognoscere et usu experiri, quanta Christi in vos benevolentia posita sit in eo, quod* — αγαπη τε χριστε non *amor erga Christum*, sed *Christi erga suos.* ὑπερβαλλεσα της γνωσεως αγ. *omni cogitatione humana superior* i. q. ὑπερεχεσα παντα νεν. Philip. 4, 7. Nec obstat huic interpretationi, quod ὑπερβαλλειν alias accusativo construitur; cum participiis verborum in hujusmodi contextu etiam posse Genitivum jungi, omnes sciant; maxime, si alius accusativus jam in eodem loci contextu reperiatur ut h. l. ὑπερβαλλεσαν ἀγαπην. vid. etiam loca similia. Aristot. Polit. III, 9. Ἡρακλης ὑπερβαλλων πολυ των πλωτηρων αλλων et ibid. ζωον εχον ποδα ὑπερβαλλοντα της συμμετριας. Similis constructio in voce simili occurrit Phil. 2, 9. Vulgaris post Lutherum (qui tamen ipse in prima versione dederat: *und erkennen daß die Liebe Christi alles Erkenntnis übersteigt*) interpretatio haec est: *amor erga Christum multum praestat eruditione et sapientia quavis* (*auch erkennen daß Christum lieb haben* etc.). Nec incommoda est sententia ipsa (cf. 1 Cor. 13, 2. Rom. 8, 35.) sed nihil tum habent superiora τι το πλατος caett. quorsum referan-

Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπερεκ- 20
περισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν, κατὰ τὴν δύναμιν
τὴν

referantur; neque enim, nostrum erga Christum amorem *immensum* ullo modo dici potuisse, quisquam facile existimaverit. Alii denique cum Grotio malunt jungi την αγαπην της γνωσεως τε χ. (legitque sic Cod. Alexandr. sed solus) *dilectionem Dei et aliorum, ortam ex cognitione Christi.* Sed quis ferat, ut sententia sic quodammodo constituatur, verba γνωσεως et τε χριςε, quae sunt ab Ap. per vocem αγαπην satis clare disjuncta, invicem conjungi? ινα πληρωθητε - θεε. Nihil in his reperire possum, nisi sententiam cum superiore formula: κατοικησαι χρ. εν ταις καρδιαις ὑμων, ερριζ. τεθεμελιωμενες ειναι ὑμας εν αγαπῃ. prorsus eandem, hanc: participes estis felicitatis in amplissimo regno diuino. ινα non ad γονατα καμπτω referendum, sed ad proxime superiora την αγαπην τε χριςε; ut positum sit ινα πληρωθητε pro εν τῳ πληρωθηναι ὑμας; — *amor Christi immensus conspicuus est in eo, quod et ipsi vos, licet e gentibus essetis, recepti estis in universum hoc regnum divinum.* πληρωθηναι i. q. ανακεφαλαιωθηναι I, 10. et παν το πληρωμα i. q. πασα ἡ εκκλησια, ὁ ναος ἁγιος εν κυριῳ, το κατοικητηριον θεε εν πνευματι. 2, 22. cf. ad I, 23. Col. I, 19. Neque enim, cur hoc loco ab hac significatione verborum πληρεσθαι et πληρωμα, in his Paulli litteris certa, recedendum sit, caussam ullam idoneam video. Nec quisquam fortasse aliter sensisset, nisi etymologicae interpretandi rationi nimis adsueti interpretes plurimi, nostrum *Fülle* et *erfüllen*, semper in animo habuissent. Ex hac igitur communi ratione εις παν το πληρωμα plerumque accipitur pro εν παντι τῳ πληρωματι vertiturque: *vt repleamini divitiis quibusvis gratiae divinae.* Equidem locum omnem verterim fere sic: *Gott lasse euch immer fester überzeugt werden durch den heil. Geist, daß eure Herzen ein Tempel Christi sind, von Grund aus erbaut durch seine Gnade; daß ihr begreifen möget mit allen Heiligen von welchem unaussprechlichem Umfang er sey, und fühlen möget die alles Denken übersteigende Liebe Christi, daß ihr aufgenommen seyd in das unermeßliche Reich Gottes.*

20. 21. Absolvitur locus omnis doxologia, qualem in medio nonnunquam orationis flumine interserere amat, plenus semper majestatis et benignitatis

21 τὴν ἐνεργουμένην ἐν ἡμῖν, αὐτῷ ἡ δόξα = ἐν τῇ
ἐκκλησίᾳ: ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ
αἰῶνος τῶν αἰώνων. ἀμήν.

IV Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἐγὼ ὁ δέσμιος ἐν κυρίῳ,
2 ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως, ἧς ἐκλήθητε, μετὰ

τα

VARIAE LECTIONES.

v. 21. In situ verborum εν τη εκκλησια constituendo magna est codicum varietas. εν τη εκκλησια και εν χριστω ιησου leg. A. C. Vers. *Copt.* *Vulg.* *Damasc.* *Hier.* *Auct. de voc. gent.* *Pelag.* *Victorin.* 1. εν χριστω ιησου και τη εκκλησια D. a pr. m. F. G. *clar.* *germ.* *boerner.* *Ambros.* εν χ. ιησ. omissis εν τη εκκλησια 46. *Orosius.* Unde vtique suspicio oriri debet, formulam omnem εν τη εκκλησια spuriam videri.

gnitatis divinae sensu Apostolus noster cf. Gal. 1, 5. ὑπερεκπέρισσου ὢν pro εκεινων ἁ – *precibus spe et opinione nostra majora facere potest Deus.* De voce ὑπερεκπερισσου vid. ad 1 Th. 3, 10. δυναμις ενεργουμενη εν ὑμιν up. δια του πνευματος ἁγιου. ἡμιν rursus ad *omnes Christianos* refer, vt fere per omnem epistolam. εν τῃ εκκλησιᾳ, si vera est lectio, (vid. var. lect.) sequentibus εν χριστω sunt jungenda, pro εκκλησ. Χριστου Ιησου. cf. ad 1 Th. 1, 1. εις – των αιωνων junctae duae formulae synonymae (hebr. דור ודור et עולם עולמים) ut *summa aeternitas,* quanta mente quidem humana cogitari potest, exprimeretur.

IV. Sequuntur paraeneses, in iisque prima *mutuum Christianor. amorem* commendans, *in ferendis hominum erroribus vitiisque lenitatem, modestiam et concordiae mutuae servandae studium,* aliis nonnullis de χαρισματων spiritus divini, e quibus ipsis discordiae et odii materiem saepius repetere Christiani solebant, natura interspersis. ουν mera particula transeundi. εγω ὁ δεσμιος. Vinculorum meminit Ap. tum ut, excitata in christianorum animis fortunae suae commiseratione, ad obsequium cohortationibus suis praestandum eo magis flecteret eos et commoveret, tum ut sua ταπεινοφροσυνῃ et πρᾳοτητι, qua ne vincula quidem pro Christi religione recusabat, earundem exemplum, quod et ipsi imitarentur, proponeret. εν κυριῳ pro: δια τον κυριον (Ιησουν Χριστον cf. 3, 1.) Potest vero etiam εν κυριῳ referri ad παρακαλω

ρακαλω

τὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ πραότητος, μετὰ μα-
κροθυμίας, ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ. σπου- 3
δάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος ἐν τῷ συν-
δέσμῳ

ρακαλω *nomine I. C. vos obtestor* Philipp. 2, 1. 1 Cor. 1, 10. *αξιως περιπατησαι - εκληθητε* (cf. Phil. 1, 27. Col. 1, 10. 1 Th. 2, 12.) Sententia universe proposita, qua *omnis christianarum virtutum*, mox singulatim describendarum, *ambitus* continetur. περιπατειν pro ζην vid. ad Galat. 5, 16. αξιως της κλησ. *vitam vivere dignam felicitate ea, quae vobis per Christum est destinata atque parata.* De voce κλησεως cfr. ad 2 Th. 1, 11. ης εκληθητε pro ῃ εκκληθητε ex Graecismo noto.

2. ταπεινοφροσυνη et πραοτης sunt mere synonyma, et *modestiam* exprimunt, contrariam *fastui* et *superbiae.* Respondet utrumque hebr. ענוה cf. LXX Ps. 45, 6. Similiter adjectivum ענו mox ταπεινον mox πραυν vertunt interpretes Graeci Ps. 18, 28. cf. LXX et Symm. μακροθυμια *lenitas in ferendis aliorum erroribus* (qui quidem inter homines diversi ingenii diversarumque inprimis, quas antea coluerant, religionum evitari non poterant) *et vitiis, maxime si cum injuria erga nos ipsos fuerint conjuncta.* vid. Galat. 5, 22. 2 Cor. 6, 6. In participiis ανεχομενοι, vt v. 3. σπουδαζοντες, est Nominativus vel ex hebraica ratione participiis utendi, nullo addito verbo substantivo, loco imperativorum pro ανεχομενοι εστε s. ανεχεσθε interpretandus cf. Heb. 13, 5. 1 Pet. 2, 18. Eph. 5, 16. vel, quod praefero, ad anacolutha orationis locus omnis referendus pro: ανεχομενους et σπουδαζοντας; vt pendeat utrumque a περιπατησαι. cf. Col. 1, 10. 3, 16. εν αγαπῃ nostrum: *liebreich.* ανεχεσθαι τινος *patienter ferre aliquem.* Demosth. Mid. c. 33. *putas, nos* ανεξεσθαι σου? hebr. סבל Es. 46, 4.

3. ἑνοτης του πνευματος, *animi studiorumque consensus,* probe distinguenda ab ἑνοτ. πιστεως και πνευματος v. 13. Istam enim ἑνοτ. του πν. τηρειν sectari potest ac debet quisque Christianorum, haec autem, πιστεως ἑνοτης, est singulare rei Christianae incrementum, paullatim demum a divina prouidentia exspectandum. εν *per,* hebr. ב. συνδεσμος της ειρηνης tropus omnibus linguis communis Ovid. Metam. 1, 25. *Dissociata locis concordi pace ligavit.* Nempe in ειρηνῃ ipsa, est συνδεσμος scil. ανθρω-

4 δέσμῳ τῆς εἰρήνης. ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα, καθὼς
5 καὶ ἐκλήθητε ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν. εἷς
6 κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, εἷς θεὸς καὶ πα-
τὴρ,

ανθρωπων. ειρηνη concordia, pacis studium. Sententia loci: *Sucht Friede und Eintracht unter euch durch die Verträglichkeit zu erhalten.* Grotius το πνευμα interpretatur *corpus spirituale, ecclesiam*, alii *doctrinam religionis ipsam*; sed utrumque an satis accurate probari possit, dubito.

4-6. Sententia haec: *Omnia in religione Christi, quam profitemini, ad studiorum voluntatumque consensionem vos cohortantur. Nihil est in ea sibi contrarium, nihil quod secum pugnet. Omnes eundem Deum atque Dominum, modo rituque eodem colimus, eandem olim felicitatem omnes speramus, cur igitur in rixas diversaque studia abripi nos patiemur?* ἐν σωμα και ἐν πνευμα potest esse periphrasis *intimi animorum consensus*, subintellecto εις το ειναι ἡμας. Potest tamen etiam, idque fere nunc praefero, sententia haec esse: *ut estis omnes ad unum corpus conjuncti* (Rom. 12, 5.), *sic operam date, ut eodem etiam animorum sensu omnes ducamini* cf. ad v. 3. εκληθητε *ad religionem Chr. adducti estis.* vid. ad Gal. 1, 6. της κλησεως ὑμων redundat. De voce κλησεως vid. ad 2 Th. 1, 11. εν μια ελπιδι *unter gleichen Hoffnungen.* Sic non opus est εν accipere pro εις, nec ελπιδα pro *felicitate ipsa*, etsi utrumque a genio orationis Paullinae non est alienum. cf. ad Gal. 5, 5. εις κυριος cum caeteris omnibus μια πισις et s. p. jungenda sunt voci παντων v. 6. neque haec tantum ad πατερα est referenda. *Unum eundemque dominum vos omnes veneramini, Christum.* cf. 1 Cor. 8, 6. μια πισις *fiducia ea, quam in Christi erga vos amore collocatis, una est eademque in vobis omnibus, licet modo graduque maxime diverso in diversis Christianis se exserat.* (Ipsa Apostolorum, prophetarum et s. p. πισις, per quam miracula adeo patrabant, genere suo non alia erat, quam ea, qua Christianus quisque de populo, in gratia J. C. toto animo suo acquiescebat.) Alii tamen πισιν h. l. interpretantur objective *doctrinam, regulam fidei*; cui tamen rationi obstant ea, quae v. 13 de ἑνοτητι πισεως dicentur. cf. ad v. 3 notata. ἐν βαπτισμα *In ipso adeo ritu, quo ad religionem suscipiendam initiati omnes estis, nihil est diversi.* De baptismatis ritu a Judaeis ex

τὴρ, πάντων· ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν
πᾶσιν ὑμῖν. Ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ ἡμῶν ἐδόθη ἡ χάρις 7
κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ. διὸ λέ- 8
γει·

VARIAE LECTIONES.

v. 6. ὑμιν omittunt A. C. 31. Verſ. *Copt. Aeth. Erpen. Ignat. Euſeb. Ath. Nazianz. Cyr. Epiph. Hier. Victorin. afr. Ambr. Aug. Sedul.* probb. *Millio, Bengel.* Ven. *Griesb.* ἡμιν legunt D. E. F. G. 1. 2. 3. 4. 7. in Scholio bis 8. 11. 18. 19. 21. 23. 26. 37. 38. 39. 43. 44. 46. 47. 55. Apoſt. 2. Ed. *Complut.* Verſ. *Syr. Ar.* pol. *Vulg. clar. germ. boerner. Damaſc. Oecumen. Iren. Hilar. Firmilian.* ap. *Cypr. Aug.* mſc. *Pelag. Leo.* ſed *vobis, Ambroſiaſt.*

ex mandato Chriſti ad Chriſtianos translato vid. ad Mat. 3, 6. εἱς Ͽεος και πατηρ παντων. *Unum Deum, quem eundem patris nomine appellare licet, veneramini omnes.* 1 Cor. 8, 6. ὁ ἐπι παντων – ὑμιν. Sententia videtur una, tantum variis formulis ſynonymis expreſſa, haec: *cui vos omnes debetis omnia.* Ex ὑμιν vel ἡμιν (vid. var. lect.) etiam ad illa: ὁ επι παντων et δια παντων, ſupplendum videtur cum Luthero ὑμων l. ἡμων. επι cum Genitivo i. q. εν cum Dativo. cf. 1, 16. Aliis επι παντων idem eſt, quod επανω παντων, *qui imperium habet in omnes.* δια παντων, qui omnibus rebus vtitur ad benefaciendum nobis. εν πασι, qui omnibus adeſt fortunae ipſorum auctor moderatorque.

7 ſqq. Occurrit Ap. dubitationi, qua eludi ſuperiora potuiſſent: *eſſe tamen* χαρισματα πν. ἁγιꙋ *in diverſis Chriſtianis diverſa*, ſic; ut oſtendat: tantum in his gradus diverſos unius eiusdemque gratiae divinae contineri, hancque diverſitatem ſine detrimento eccleſiae, quoad illa nondum ſatis ſit roborata et firmata, evitari non poſſe. δε particula tranſeundi, noſtrum: *Nur freylich.* ἡ χαρις voc. univerſum, quo *beneficia omnia, quaecunque Chriſtianis per religionem contingunt,* continentur. cf. Rom. 12, 6. κατα το μετρον της δωρεας *modo graduque pro libera benignitate Chriſti diverſo.* δωρεα h. l. idem quod χαρις, *gratia, benignitas ipſa* 2 Cor. 9, 15. Singularem Oederi in Syntagm. Obſervv. SS. p. 684. interpretationem, qua δωρεα χριςꙋ *de donis, quae Chriſto ipſi contigerunt,* accipiuntur, confutatam vide ap. Wolfium ad h. l.

8–10. Argumento ex Pſ. 68, 19. deſumto, efficere jam ſtudet

γει· „ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν,

και

ſtudet Ap. quod modo extremo v. 7mo poſuerat: *Jeſum Meſſiam eſſe eum, cujus benevolentiae debeant Chriſtiani* χαρισματα πν. ἁγιȣ. Summa argumenti haec eſt: In ipſis libris Judaeorum ſacris dicitur aliquis aſcendiſſe in coelum (εις το ὕψος) indeque δοματα diſtribuiſſe hominibus. Cum vero Deus ipſe non poſſit dici aſcendiſſe in coelum, quippe idem ſemper eſt in coelis nec unquam deſcendit de coelo; neceſſe eſt vates divinus eo loco cogitaverit de alio quodam, qui poſtquam deſcenderat de coelo in terras, rurſus ex his aſcendit in coelos; isque nemo alius eſſe poteſt niſi Jeſus Meſſias, quem ſcimus deſcendiſſe et denuo aſcendiſſe in coelum. Nititur argumentatio omnis rationibus his, *tum:* quod Deus ipſe non proprie dici poſſe videbatur deſcendiſſe de coelis; *tum*, quod το ὕψος in loco Pſalmi de *coelo*, et δοματα δοθεντα τοις ανθρωποις de *beneficiis Spiritus S. per Meſſiam hominibus largiendis* interpretanda eſſe Ap. ſtatuebat. Jam quidem negari non poteſt, priori quidem rationi hoc poſſe opponi, quod ex ſenſu omnino humano, maximeque poetico, ſaepiſſime Deus in libris V. T. dicitur deſcendiſſe de coelo, nec ratio ulla adeſſe videtur, cur non idem ſenſus poeticus etiam in hoc Pſalmi loco admittatur; deinde vero, locum Pſalmi, ſi ipſe per ſe, ex ſolo totius carminis contextu, nulla loci noſtri ratione habita, ſpectetur, omnia alia continere; carmen quidem ipſum inter ſollemnia ea, quibus arca foederis pompa ſollenni in montem Sioniticum adducebatur, decantatum; ideoque το ὕψος, המרום, eo loco non *coelum*, ſed *arcem Sioniticam*; δοματα vero מתנות באדם non *beneficia a Deo hominibus, ſed munera Deo ab hominibus offerenda*; denique τον αναβαντα *Iehovam ipſum*, cuius praeſentiae ſymbolum arca foederis habebatur, intelligendum videri; enimvero, ut clarus eſt et ab omni ambiguitate liber locus Apoſtoli, ita confidendum eſſe arbitramur ſapientiae et divinae Apoſtoli auctoritati; eum non uſurum fuiſſe loco hoc, niſi *eius de Meſſia, huiusque in coelos aſcenſu, interpretationem ſuo tempore inter Iudaeos receptam et probatam fuiſſe* bene intellexiſſet. De mera accommodatione enim, (nempe ejusmodi, cuius ipſe ſibi conſcius fuiſſet Apoſtolus (cogitari h. l. vix poteſt; cum non ad illuſtrandam quodammodo ſententiam ſuam eo uti, ſed ex ipſa hac Pſalmi formula αναβας εις το ὕψος argumen-

tum

καὶ ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις.„ (τὸ δὲ, ἀνέ- 9
βη,

tum sententiae repetere Apostolum, clarum sit. Occurrere vero in oratt. et epp. Paullinis argumentationes plures similes, in quibus nos quidem nostro tempore, nostrae interpretandi rationi adsueti necessario haeremus, omnes sciunt. cf. Act. 13, 36. Hebr. 2, 8. Caeterum consulant lectores, si qui sunt, qui in his acquiescere non posse arbitrati, varias interpretum aliorum, Psalmi locum ex nostro, et hunc vicissim ex illo explicandi rationes cognoscere velint, Wolfium, Schoettgen. Grot. et Michaelis in Notis ad Vers. Psalmi 68. διο, nempe, *ut indicaretur, Messiam eum fore qui dona Sp. divini aliquando largiturus sit hominibus.* Proxime enim cohaeret superioribus κατα το μετρον της δωρεας τȣ χριςȣ. λεγει sc. ἡ γραφη (quae solet etiam addere alias Ap. Rom. 4, 3. 9. 17. 1 Tim. 5, 18.) Nos: *drum heißt es dort:* cf. 5, 14. 1 Cor. 6, 16. Jac. 4, 6. 1 Macc. 7, 16. αιχμαλωτευειν ab αιχμη (*cuspis hastae*, deinde *hasta ipsa*, denique *proelium, pugna, bellum*) et ἁλοω, ἁλισκω *capio*. αιχμαλωσια hebr. שבי non *captivitas*, sed *turba captivorum*. conf. Num. 31, 12. Formula vero omnis ηχμαλωτευσεν αιχμαλωσιαν potest esse mera dictio poetica, quae nihil nisi *Dei, sollenni regis triumphantis pompa incedentis majestatem* exprimat, quaeque igitur ad *rem quandam singularem*, v. c. *victoriam de certo quodam hostium genere reportatam* non sit nec in Psalmi loco nec in hoc nostro accommodanda. Forte tamen etiam, in Psalmi saltem loco, *ipsi ejusmodi hostes a Davide devicti*, qui in hac pompa sollenni, qua foederis arca in montem Sioniticum educebatur, captivi post regem ducebantur, sunt intelligendi; tum vero, quos potissimum *Messiae hostes* Apostolus loco nostro in mente habuerit, utrum, ut videtur, *daemones improbos*, pertinaciae adversus Messiam inter homines auctores, an alia omnia, mihi non liquet. εδωκε δοματα τοις ανθρ. In textu Psal. hebraeo leguntur לקחת מתנות באדם quorum sententia per se videri posset hujusmodi: *accipe* (2da persona praeteriti pro Imperativo ex perpetuo linguae hebraeae usu) *oblata tibi ab hominibus munera, Nimm an die Huldigungs-Geschenke, die Menschen dir darbringen.* Interpres graecus Alex. fere eundem sensum secutus vertit ελαβε δοματα εν ανθρωποις. Apostolus vero, utrum locum aliter legerit, an, idem לקחת *de eo, quod quis accipit, ut aliis dono dare possit,* inter-

βη, τί ἐστιν, εἰ μὴ, ὅτι καὶ κατέβη = πρῶτον: εἰς τὰ κατώ-

VARIAE LECTIONES.

9. πρωτον omitt. A. C. a pr. m. D. a pr. m. E. F. G. 17 46. *Copt Aeth.* *clar. germ. boerner. Theodotus, Cyr. Chrysost.* ut videtur, *Oecum. Iren. Lucif. Hilar. Aug. Avitus* vienn. *Hier.* probb. *Millio, Bengel.* V. *Griesb.*

ibid. μερη omitt. D. a pr. m. E. F. G. *Syr. Erpen. clar. germ. boerner. Theodotus, Orig.* ut videtur, *Clem. alexand. Iren. Tertull. Lucif. Hilar. Hier Avitus* vienn. *Ambrosiast.* prob. *Millio,* probabile ind. V. *Griesbach.*

interpretando (cf. Gen. 15, 9. Exod. 25, 2. 27, 20. Levit. 24, 2. 1 Reg. 17, 10. Job, 22, 22. ex quorum tamen locorum similitudine requireretur in Psalmi loco לאדם non באדם) hanc ipsam sententiam clarius per εδωκε pro προσεποιησατο εις το δουναι expresserit; an vero denique nonnulla in loco Psalmi de consilio ipse mutaverit, quo facilius ad rem suam posset locus omnis transferri; quod facimus omnes, cum locis veterum scriptorum sententias nostras confirmamus aut illustramus, equidem non definiam. Postrema tamen ratio omnium videtur minime probanda, propter ea, quae pag. 82, extr. scripta fuerunt.

9. 10. Ex loco, quem modo proposuerat, nunc argumentum ducit Ap. quo efficiat: *neminem alium in isto Psalmi loco, quam Messiam ipsum, esse intelligendum.* Vncis inclusi hos versus, tum quod ad reliquam loci sententiam non necessario referuntur, tum ut versuum 9 et 11 nexus clarius appareret. το δε sc. ῥημα, ipsa quae sequitur formula loquendi. ανεβη. — εσω *significat. Was heißt es anders als* — και quoad sensum i. q. προτερον *antea.* εις τα κατωτερα μερη της γης. Quantum laborarint omni tempore interpretes in horum verborum sensu constituendo, constat inter omnes. Inter utramque plerisque interpretibus probatam rationem, quarum altera de *inferis* περι του ᾅδου, altera de *terra ipsa* formulam intelligi jubet, adhuc incertus haereo. Usui loquendi in S. S. utique admodum convenit interpretatio prior vulgaris. cf. hebr. תחתיות הארץ Ezech. 26, 20. 31, 16. 18. 32, 18. Ps. 63, 10. nec pugnat cum ea, ut videtur nonnullis, ipsa argumentandi ratio, qua h. l. Apostolus utitur; modo in voce κατεβη non *cujuslibet descensus,* sed *ipsius de coelis descensus* notionem inesse attendamus; ipse denique istorum temporum cogitandi et loquendi modus,

κατώτερα = μέρη: τῆς γῆς; ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστι 10
καὶ

modus, quo partim daemonum partim mortuorum hominum mansiones infra terram poni solebant, eam non parum commendare videtur. cf. Philipp. 2, 10. 1 Petr. 3, 19. Verte igitur ex hac ratione formulam omnem κατεβη – γης sic: *descendit de coelis, in imos usque terrarum recessus.* Contra vero neque diffitendum est hoc, τα κατωτερα της γης etiam de *tellure ipsa* explicari commode posse; dummodo verba της γης tanquam explicandi caussa apposita illis: τα κατωτερα, accipiantur pro: τα κατωτερα, τουτ' εστι, την γην. Nempe vocibus τα κατω, τα κατωτερα (μερη probabiliter spurium. vid. v. lect.) hebr. תחת jam per se continetur descriptio *terrae*, qua ideo potissimum uti potuit Ap. quia *coelum* modo expresserat per το ὕψος; addidit vero της γης, ut sensus formulae esset clarior. Versio germ. tum haec foret: *hernieder, herab auf die Erde.* cf. Es. 51, 6. הביטו אל הארץ מתחת εμβλεψατε εις την γην κατω. Caeterum ad hanc ipsam formulae significationem loco huic vindicandam non uterer equidem loco Es. 44, 23. cum in eo haud dubie תחתיות הארץ non *terram*, *coelis*, sed *montibus* oppositas *valles* s. *depressiores terrarum regiones* significare videatur. Ab hac utraque tandem ratione discedere videntur interpretes ii, qui τα κατωτερα τ. γης *uterum matris* intelligunt, locumque omnem de *conceptione Iesu* explicandum esse existimant. Ad quorum rationem hoc observare liceat: *primum* re ipsa eos non discedere videri a ratione altera, quam modo explicuimus, cum profecto hi ipsi interpretes non statuant, *uterum ipsum matris* propria quadam ratione et in contextu quolibet apud Hebraeos dici תחתיות הארץ τα κατωτερα της γης; sed tantum hoc velint: quia in terra ipsa est mater, ex cuius utero nascitur homo; hinc *terram ipsam* in certo quodam contextu, maxime si oppositum *coeli* praecesserit, poni posse, et tamen, si ad sententiam scriptoris magis quam ad verba respicias, ipsum uterum matris intelligendum videri; *deinde* vero, quod haec *de conceptione I. C. in utero matris humanae* sententia, Apostoli animo, cum locum nostrum scriberet, obversata potissimum fuerit, ejus rei nullum saltem vestigium in loco omni apparere; *denique*, ut confirmetur hic usus loquendi, ad Ps. 139, 15. provocari vix posse. Videtur enim ibi בתחתיות ארץ ex prima et propria verborum significatione vertendum: *in ipsis terrarum recessi-*

καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πλη-
11 ρώσῃ τὰ πάντα·) καὶ αὐτὸς ἔδωκε τοὺς μὲν ἀπο-
στόλους,

recessibus, in quibus nimirum prima corporis humani stamina ex limo vel pulvere divinitus efformari, perpetua fuit hebraeorum poetarum opinio; orta, ut videtur, partim ex Mosaica de primo homine creato narratione; partim inde, quod corpus humanum post mortem in pulverem redire homines facile animadvertebant. cf. Sapient. 15, 8. Job. 10, 9. 33, 6. Eccles. 12, 7.

10. ὁ καταβας periphrasis *ipsius Iesu Messiae*, qui solus e coelis, ubi apud Deum patrem fuerat, descendisse Paullo dicitur. cf. Philipp. 2, 6. vid. etiam Jo. 3, 13. ὁ καταβας αυτος εϛι κ. ὁ αν. *nemo alius per eum, qui ascendisse dicitur in coelum, intelligi potest, quam ipse Iesus Messias, qui ad tempus in has terras descenderat.* ὑπεραιω παντων των ουρανων de pluribus coelis, ex opinione Judaeorum, maxime 7, altero alteri superimminente, loca multa sunt apud scriptores Judaicos, enumerata a Wetsten. ad 2 Cor. 12, 2. Unus maxime insignis eorum hic esto: Chagiga fol. 12, 2. Nomina septem coelorum sunt וילון *velum*, רקיע *expansum* (in quo sol, luna, sidera) שחקים *nubes*, (vbi sunt lapides molares qui Man molunt pro justis) זבול *habitaculum*, (ubi Jerusalem et templum et altare est et Michael stat et sacrificium offert) מעון *habitatio*, (ubi sunt cohortes angelorum) מכון *sedes fixa*, (ubi sunt thesauri nivis et grandinis), denique ערבות, (ubi sunt thesauri vitae et benedictionum, animae justorum et ros, per quem Deus mortuos viuificabit.) – Trium coelorum ipsae litterae SS. meminerunt. cf. 2 Cor. 12, 2. ἱνα πληρωσῃ τα παντα verti alias: *ut regnum suum sollenne et universum instauret.* Neque enim a signif. τȣ: πληρȣν huic epistolae propria (vid. 1, 23. 3, 19.) recedendum esse putabam; quod nunc aliter videtur, cum πληρȣν et πληρȣσθαι 1, 23. 3, 19. locorum ratione et junctura utique differant. Inter reliquas autem rationes quibus locus explicatur, de *omnipraesentia Christi*, vel de *vaticiniorum complemento*, vel de *donis Sp. S. quibus replendi erant homines*, incertus haereo; ad mediam tamen me inclino, cum in hoc ipso versetur Apostolus, ut carmen V. T. in Jesu Messiae satis vim et effectum habuisse declaret.

11. Arcte cohaeret cum v. 8. Declaratur consilium divinum,

στόλους, τοὺς δὲ προφήτας, τοὺς δὲ εὐαγγελιστάς,
τοὺς δὲ ποιμένας καὶ διδασκάλους, πρὸς τὸν καταρ- 12
τισμὸν

num, quod in donorum spiritualium diuersitate perpetuo sit spectandum, data illa esse omnia προς τον καταρτισμον των ἁγιων. vid. ad v. 12. cfr. 1 Cor. 12, 28. και αυτος np. Ιησες χρισος. εδωκε pro εθηκε, απεσειλε, hebr. נתן cf. 1, 23. Nempe repetit Ap. vocabulum idem, etsi sensu paullo diverso, quo sententiam Psalmi expresserat v. 8. εδωκε δοματα. αποσολοι qui fuerint, constat. προφηται vid. Exc. 3. ευαγγελισαι bis occurrunt in N. T. praeter hunc locum Act. 21, 8. et 2 Tim. 4, 5. In quo quidem loco posteriori videtur *universe* dici ευαγγελιςης pro διδασκαλος vel διακονος τε ευαγγελιε (quorsum etiam refer 2 Cor. 8, 18.), in priore vero, ut in nostro, *magis proprie* de certo quodam doctorum genere, *iis*, opinor, *qui non constantes unius coetus Christiani doctores, certo quodam loco habitabant, sed ab aliis ecclesiis ad alias nomine et mandatis Apostolorum circumferebantur.* ποιμενες και διδασκαλοι utrum genere iidem, an diversi invicem fuerint, ex hoc loco effici non potest. Saltem ratio ea, quam ex omisso inter utrumque τες δε repetunt interpretes, parum idonea videtur; cum, maxime in huiusmodi particularum usu, constructione inchoata excidere soleant scriptores omnes. ποιμενες videntur iidem esse, qui alias επισκοποι dicuntur, *qui certis ecclesiis praeerant, disciplinae inprimis ecclesiasticae curam agentes.* cf. Act. 20, 28. 1 Petr. 5, 1. 2. Nomen *pastoris* de *praefectis quibuslibet*, tum apud Hebraeos, tum in omnibus linguis frequens. cf. Jer. 3, 15. et Homericum illud ποιμενες λαων. In ecclesiis similes iis videntur, quos Judaei in synagogis significatione eadem appellant פרנסים, vid. Vitringa de synag. Vet. pag. 621 sqq. Horum multos, si possent docere, etiam διδασκαλες fuisse, non est dubitandum; praeterea tamen alii etiam ad docendum potissimum constituti, sapientia aut eloquentia prae caeteris conspicui viri in singulis ecclesiis h. l. proprie διδασκαλοι dici potuerunt. Utrumque praefectorum genus differre videtur a superioribus, Apostolis, prophetis et evangelistis; *partim* eo, quod certae cuidam ecclesiae proprii erant, *partim*, quod singularis illa spiritus divini vis afflatusque divinus insignior, quo prophetae saltem et apostoli nonnunquam ad dicendum

τισμὸν τῶν ἁγίων εἰς ἔργον διακονίας, εἰς οἰκοδομὴν
13 τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ· μέχρι καταντήσωμεν οἱ
πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐπιγνώσεως
τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλι-
κίας

dum excitatos se sentiebant, ipsis deerat; contra tranquilliore mente, quae ipsi ab Apostolis l. prophetis edocti fuerant, populo tradere hi videbantur.

12. προς – διακονιας constructio inversa pro εδωκε εις εργον διακονιας (εις το διακονειν τοις ἁγιοις) προς το καταρτιζειν αυτους, *ut ad emendandos perficiendosque Christianos suum quisque conferat.* εργον διακονιας pleonasm. pro διακονια simpliciter. cf. ad 1 Th 1, 3. διακονια *munus quodvis, in commodum Christianorum susceptum.* Rom. 11, 13. Col. 4, 17. 2 Tim. 4, 5. De verbo καταρτιζειν vid. ad Gal. 6, 1. cf. 1 Cor. 1, 10. 2 Cor. 13, 11. εις οικοδομην – iterum, ut εις εργον διακονιας, refer ad εδωκε v. 11. οικοδομειν, cum derivatis οικοδομη, οικοδομια, neglecta omni etymi ratione est simpliciter: *facere, ut res melior et perfectior evadat.* vid ad 1 Th. 5, 11. σωμα του χριστου h. εκκλησια. οικοδομειται ἡ εκκλησια *instituendis et ad virtutes omnis generis cohortandis Christianis.*

13. A formula σωματος v. 12. pendet omnis in verss. 13–16. allegoria. καταντησωμεν εις ανδρα τελειον jung. pro εις τελειοτητα ανδρος *donec perveniamus omnes ad maturam viri aetatem.* Hoc sensu τελειος ανηρ in ss. graecis perpetuo dicitur v. c. quo loco νηπιος et τελειος, ut in hoc nostro, invicem opponuntur, apud Polyb. Hist. IV, 29 ελπισαντες ὡς παιδιῳ νηπιῳ χρησασθαι τῳ Φιλιππῳ, εὑρον αυτον τελειον ανδρα. Synonymum hujus τελειοτητος est μετρον ἡλικιας, *ipsa aetas perfecta, virilis.* Philostr. vit. Sophist. I. p. 543 το μετρον της ἡλικιας – γηρως αρχη. Alii *staturam* interpretantur ἡλικιαν, sensu semper eodem, et cum usu loquendi etiam convenienter; quamvis locus is, ad quem vulgo provocatur, Matth. 6, 27. non videatur idoneus. πληρωμα χριστου accipio, ut semper in hac epistola, de *ecclesia.* cf. 1. 23. Sententia haec: *usque dum omnes in eum perfectionis gradum, ad quem assurgere debet ecclesia Christi, evecti fuerimus.* Qui iterum hic ετυμον premunt in verbo πληρουσθαι, vertunt μετρον ἡλ. του πληρ. χ. *gradum aetatis plenum Christo* h. *cognitione Christi.* Alii ἡλικιαν πληρωματος accipiunt

κίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ· ἵνα μηκέτι ὦμεν 14
νήπιοι, κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ
τῆς διδασκαλίας, ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν
πανουρ-

accipiunt pro *ἡλικίαν πληρωθεισαν aetatem perfectam;* utrumque, si quid sentio. durissime. *καταντᾳν occurrere*, sed particulae *εις* constructum, simpliciter est: *pervenire* Act. 16. 1. saepius alibi. vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. IV, 53. Polyb. IV, 34 *καταντᾳν εις το μηδεν. εις την ἑνοτητα* nolim pro *εν τῃ ἑνοτητι* accipere, quod paullo durius videtur; sed in ipsa hac *ἑνοτητι της πιστεως* est *τελειοτης* s. *μετρον της ἡλικιας ut omnes ad unam veram fiduciam et pietatem erga Iesum Messiam adducamur.* Nempe cum opinionum, quae inter Christianos erant, varietate, homines multos in errores deduci, multaque inde incommoda et damna ipsi religioni accidere posse et solere Paullus animadverteret; hinc, ut solet perpetuo ex hujus vitae miseriis et infirmitatibus vitae futurae gaudia atque felicitatem humana mens deducere, ad illa ipsa gaudia in regno Messiae olim exspectanda inter alia etiam hanc Christianorum perfectionem referendam putavit Apostolus; qua omnes olim Christiani unanimes et in religionis doctrina maxime consentientes futuri videntur. cf. ad v. 3. *επιγνωσις* fere synonymum *της πιστεως*, hebr. דעת quod non *cognitionem* tantum, sed omnino *pietatem* exprimere vidimus I, 17.

14. *ἱνα – ωμεν* ad v. 11. 12. *εδωκε – εις οικοδομην – τȣ χριστȣ* ref. *Ideo constituta sunt doctorum varia genera per ipsum Christum, ut ne amplius cujusvis hominis, qui doctorem se profitetur, erroribus tanquam procellis huc illuc jactemur atque concutiamur. νηπιοι* opp. *ανδρασι τελειοις*, sunt *ii, in quibus non est sapientia vera salutaris sibique constans, sed qui doctrinarum vanitate et fraude perturbari se patiuntur. κλυδωνιζομενοι* h. *ταραττομενοι ὡς ὑπο κλυδωνος, tanquam a procella et fluctibus agitati*, lat. *fluctuantes animo.* Aristaen. I, 27 *κλυδωνιζομενος εκ τȣ ποθȣ ενθα ανεμος ȣτε μενειν ȣτε πλειν εᾳ.* Jos. Ant. IX, 11, 3 *ὁ δημος ταραττομενος και κλυδωνιζομενος οιχησεται φευγων.* cf. Jac. I, 6. *παντι ανεμῳ της διδασκαλιας* non tantum pro: *πασῃ διδασκαλιᾳ ὡςπερ ανεμῳ* dictum accipe, sed in ipsa voce *ανεμος διδασκ.* inest significatio *τȣ: κενȣ, levitatis et inconstantiae*, quae inerat animis s. ingeniis sophista-

15 πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης· ἀληθεύ-
οντες δὲ ἐν ἀγάπῃ αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, ὅς
ἐστιν

VARIAE LECTIONES.

v. 14. Post μεθοδειαν της πλανης addit Cod. A. verba του διαβολου, haud dubie ex cap. 6, 11. huc translata.

phistarum et doctorum Judaicorum. cf. 5, 6. Col. 2. 4. Heb. 13, 9. κυβεια in N. T. ἁπαξ λεγ. quod a κυβος. *primo* est: παν τετραγωνον lat. *cubus*, tum in ludo aleae, *tessera*, ψηφος. vid. Pollux VII, 95. Unde κυβευειν, *in alea tesseris ludere* et κυβεια, *ludus ipse*. Transfertur vero deinde nomen tum ad *fortunam*, unde δυσκυβειν, ευκυβειν, *mala. bona fortuna uti*: tum ad *fraudes animi*: unde κυβευειν est εξαπαταν, plane ut εμπαιζειν et Lat. *illudere*. Arrian. Epict. 2, 19 τι ουν αυτοις εμπαιζετε και αλλους κυβευετε; 3, 21. τι ουκ κυβευεις; τι ραδιουργεις; cf. Plut. Lysand. p. 437. C. τους μεν παιδας αστραγαλοις, τους δε ανδρας ορκοις εξαπαταν. Inde κυβεια *fraus ipsa*. Lex. Msc. ap. Wetst. κυβεια, πανουργια. Similiter Theodoret. ad h. l. Eadem denique vox Graeca a Rabbinis in suam linguam recepta occurrit in vocabulo קוביא sub eadem significatione *fraudis*. Schabbath fol. 148, 2. coll. Gemar. 149, 2, *prohibitum est, ne in sorte jacienda portio major componatur cum minore* משום קוביא *propter fraudem*. εν τη κυβ. pro δια της κυβ. πανουργια ut lat. *calliditas* voc. μεσον. cf. Vers. Alex. Prov. 13, 1. saepius tamen in malam partem adhibetur Luc. 20, 23. Herodian. 2, 9 ει τι μετα πανουργιας η δολου λεγοιτο. μεθοδεια vid. 6, 11. Hesych. τεχνη, δολος. Artemid. 3. 25. μεθοδευειν *callide agere* vid. Alex. 2 Sam. 19, 27. Hebr. רגל. Chrysost. μεθοδευσαι εστι το: απατησαι και δια μηχανης ελειν. πανουργια προς την μεθοδειαν της πλαν. pro: παν. δολια, απατηλη, κερδαλεη. μεθοδεια της πλανης h. εν ῃ πλανωνται. De voce πλανης vid. ad 1 Th. 2, 3.

15. Arcte cohaerent superioribus, a Luthero incommode sejuncta. Nam αυξησωμεν ut ωμεν v. 14. ad ἱνα est ref. αληθευειν i. q. αληθη, αληθινον ειναι, *verum esse*, idque, pro contextu vario, *in sentiendo, loquendo, agendo*. cf. Philo de spec. legg. pag. 787. C. το παθος μη κατεψευσμενον αλλ' επαληθευον *amor verus*. Allegor. II. p. 48. A των χρωμενων τῳ παθει ουδεις αληθευων *iracundorum nemo verum loquitur, verax est*. De resip. Noe p. 280. E. ἱνα κ. το ετερωθε

ἐστιν ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστὸς, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρ- 16
μολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον διὰ πάσης ἁφῆς τῆς
ἐπιχορηγίας κατ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέ-
ρους, τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται εἰς οἰκοδομὴν
ἑαυτοῦ ἐν ἀγάπῃ.

μέλους. Τοῦτο

VARIAE LECTIONES.

v. 16. Pro μερυς legunt μελυς A. C. 14. 66. in M. *Syr. Arr. Copt. Vulg. Cyrill. Basil.* ed. *Chrysost. Hier. Pelag. Hesych.* in Levit. clar. germ. *Iren. Lucif. Tichon. Aug. Ambros. Fulgent. Ambrosiast.* (κατα μερυς 37. Iren. semel) probb. *Grot. Bengel.* Ven. *Griesbach.*

θυ λεχθεν επαληθευη. cf. Gal. 4, 16. Similiter h. l. cum oppositum sit τη πλανη, ad *verae doctrinae Christianae studium et professionem* referendum videtur. (Grotius αληθευειν εν αγαπη jungens vertit: *sincere alios diligere.*) εν αγαπη si ad αληθευοντες refertur, *concordiam* utique significare videtur. *Istud veri studium ne obsit concordiae mutuoque Christianorum amori.* Potest vero etiam referri ad αυξησωμεν, commate post αγαπη deleto. tum, quid sit εν αγαπη, num iterum *concordia*, an i. q. εν χαριτι θευ l. χριςυ, mihi non liquet, cf. v. 16. itemque ad 3, 17. αυξησωμεν εις αυτον np. χριςον *ut Christo juncti, tanquam corpus capiti suo, paullatim succrescamus.* Nos: *an ihm heranwachsen.* αυξανειν i. q. v. 13. καταντᾳν εις μετρον ἡλικιας cf. Col. 1, 10. τα παντα ad αυξησωμεν refero pro: οἱ παντες, πασα ἡ εκκλησια, παν το πληρωμα, παν σωμα v. 12. Vulgo accipitur pro κατα παντα 1 Cor. 9, 25. εις αυτον ὁς εςιν – ὁ χριςος pro εις αυτον τον χριςον, ὁς εςιν ἡ κεφαλη. κεφαλη του σωματος, sine tropo i. q. ὁ κυριος της εκκλησιας.

16. cf. Col. 2, 19. Sententia, si a tropo recesseris, haec est: *sub cujus imperio, ecclesiam omnem per varia diversorum hominum ministeria paullatim majora atque illustria incrementa capere Deus voluit.* Constructio haec: εξ ὑ (χριςυ) παν το σωμα – αυξησιν ποιειται (addit Ap. σωματος, immemor, ut videtur, constructionis, qua periodum inceperat cf. 3, 17.) εξ ὑ i. q. υφ' ὁυ. Dici potest σωμα αυξανειν partim εις την κεφαλην, partim εκ της κεφαλης np. ἁρμοζομενον. αυξησιν ποιεισθαι et αυξανειν synonyma. αυξησις dicunt esse pro αυξη, sed αυξη est atticum ut αυθη pro αυθησις

17 Τοῦτο οὖν λέγω καὶ μαρτύρομαι ἐν κυρίῳ, μηκέτι ὑμᾶς περιπατεῖν, καθὼς καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη περιπατεῖ

σις vid. Thomas M. Frequentissime occurrit αυξησις v. c. Herod. 2, 13. Pindar. 5, 37. Moeris. αυξην, αττικως, αυξησιν, ἑλληνικως. συναρμολογειν (i. q. συναρμοζειν. Xenoph. σωμα συνηρμοσαι σοι) et συμβιβαζειν (frequentat. a συμβαω, συμβαινω) prorſus ſynonyma: *conjungere, coagmentare, compingere*, σωμα συναρμολογεμενον h. συνεςος εκ μελεων πολλων συναρμολογεμενων *conſtans membris variis invicem conjunctis*. δια πασης-επιχορηγιας ad συμβιβαζομενον ref. quod commate poſt συμβιβαζομενον deleto clarius in textu ipſo indicauimus. ἁφη *junctura*, ab ἁπτειν *nectere*. cf. Col. 2, 19. ἁφαι, συνδεσμοι. επιχορηγια, *largitio*, h. l. *mutuum auxilium, commoda, quae alterum membrum praeſtat alteri*. κατ' ἐνεργειαν – εκαςε μερες jung. et ad επιχορηγιας ref. ενεργεια εν μετρῳ pro ποικιλη, οἱαν εκαςῳ προσεμετρησατο ὁ χριςος cf. v. 7. μερος, ſi vera lectio eſt (vid. var. lect.) poſitum pro voce propria μελος, εις οικοδομην – pro εις το γενεσθαι τελειον vid. ad v. 12. εν αγαπῃ. Etiam hujus loci contextus utrumque ſignificatum ad v. 15. poſitum admittere videtur, nec, quem ipſe praeferam, mihi conſtat.

17. Sequitur paraeneſis ad colendas alias Chriſtianorum virtutes; quae primum vv. 17-24. univerſe propoſita, deinde v. 25 ſqq. ſingularibus quibusdam virtutum vitiorumque generibus enumerandis illuſtratur. ουν particula tranſeundi, *porro*. μαρτυρομαι i. q. παρακαλω, *obteſtor, graviter admoneo*. Similiter Polybius in Excerpt. de virt. et vit. lib. XIV. p. 1403. συνδραμοντων των-μαρτυρομενων τες ανδρας επαναγειν επι την αρχην. Uſitatius tamen hoc ſenſu eſt διαμαρτυρομαι. Loca Act. 20, 26. Gal. 5, 3. huc non pertinent. εν κυριῳ l. ביהוה – *per Deum* l. *per Chriſtum*. τα λοιπα εθνη *gentes non Chriſtianas*. De voce λοιπων vid. ad 2, 3. τα εθνη περιπατει graeciſmus notus. εν ματαιοτητι-αὐτων. Formula ex hebraearum vocum, quibus Graeca ματαιοτητος reſpondet, indole dijudicanda. Sunt illae inter alias הוה, הבל, שוא. quae ſingulae univerſe de *improbitate* dicuntur Pſ. 26, 4. 31, 7. 52, 9. nonnunquam etiam ανομια vertuntur interprett. graec. Prov. 13, 11. Pſ. 57, 2. Similiter accipi poteſt h. l. cf. 2 Petr. 2, 18. Vertunt tamen etiam iidem hebr. נסכל et הסכיל *ſtulte agere* per ματαιωθηναι, 1 Sam. 26, 21. unde

ριπατεῖ ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν, ἐσκοτισμέ- 18
νοι τῇ διανοίᾳ, ὄντες ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ
Θεοῦ, διὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς, διὰ τὴν
πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν· οἵ τινες ἀπηλγηκότες 19

ἑαυ-

VARIAE LECTIONES.

v. 19. Pro απηλγηκοτες leg. απηλπικοτες D. E. αφηλπικοτες F. G. *desperantes* verterunt *Syr. Arr. Vulg. It.* Sequuntur hos *Ambrosiast. Gildas. Hieron.* (qui

unde ματαιοτης τȣ νοος idem erit, quod mox αγνοια. Quod praefero. cf. Rom. 1, 21. *die in ihrer Einfalt dahin leben.* Alii ad *Idololatriam* inprimis referendum existimant, iterum ex hebr. הבל significatione satis certa; loci tamen nostri contextus paullo ampliorem formulae sensum postulare videtur.

18. εσκοτισμενοι ad sensum aptius, quam ad rationem grammaticam, quae εσκοτισμενα postulabat. Anacoluthon simile vid. ap. Xenophontem Memor. lib. 2. αἱ πολεις επι τοις μεγιςοις αδικημασι ζημιαν θανατον πεποιηκασιν, ὡς ȣκ αν μειζονος κακȣ φοβῳ την αδικιαν παυσοντες pro παυσȣσαι. διανοια *mens.* εσκοτισμενοι τῃ διαν. tropus facilis et frequens pro: αφρονες. *verblendeten Sinnes.* cf. 5, 8. Rom. 1, 21. οντες — της καρδιας αυτων, *per ipsum illum stuporem expertes omnis virtutis divinae.* ζωη τȣ θεȣ vita Deo probata Gal. 2, 19. Similiter dicuntur Ps. 51, 18. זבחי אלהים *sacrificia Deo probata.* cf. Philo de post. Cain T. I. p. 238. αναγκη, τον αλόγως βιȣντα, της θεȣ ζωης απεσχοινισθαι· το μεν ȣν κατα θεον ζῆν εν τῳ αγαπαν αυτον ὁριζεται Μωϋσης. De *vita* s. *felicitate aeterna* cogitari hic non posse quisque videt. απηλλοτριωμενοι vid. ad 2, 12. πωρωσις της καρδιας. merum synonymum της αγνοιας. καρδια non *animum* tantum, sed *mentem* etiam significare notatum vide ad 1, 18. πωρωσις a πωρος *callus* (Hesych. εξ οςεων συμφυσις, και συνδεσμος.) idem est quod ἡ αναισθησια, iterum Hesych. λεγοιτο και επι σαρκων πωρος ἡ αναισθησια. Atque haec ipsa αναισθησια in omni lingua vetere est symbolum tum *malignitatis*, et *pravitatis animi*, tum etiam *ignorantiae* et *stuporis.* Sensu tamen inprimis posteriore occurrit, ipso vocabulo nostro πωρȣσθαι expressum, in N. T. saepius. Marc. 6, 52. 8, 17. 2 Cor. 3, 1. Joh. 12, 40 Rom. 11, 7. cf. Es. 6, 10. Job 17, 8. vbi respondet hebr. כהה, *caligare.*

19. απηλγηκοτες. Hesych. αναισθητοι. Thucyd. l. 2. p. 139.

ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρ-
20 σίας πάσης ἐν πλεονεξίᾳ. ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἐμά-
θετε

(qui tamen graeci textus differentiam notat) *Iren.* ap. *Epiphan.* Non posse vero ad Versſ. auctoritatem pro lectione απηλπικοτες provocari, sed eandem ipsi huic versioni, quae απηλγηκοτες *desperantes* transtulerat, male intellectae originem debere, diu demonstrarunt viri docti, inprimisque *Elsnerus* et *Raphelius* ad h. l. Ipsum enim απαλγειν saepius dicitur pro απελπιζειν. vid. Polyb. I, 35. p. 51. τας απηλγηκυιας ψυχας εις το κρειττον αγαγειν. cf. Heliodor. I. p. 29. το γαρ απελπισθεν απαξ εξηρηται της ψυχης, και τα μηδαμοθεν ετι πτοεισθαι δοκωμεν απαλγειν παρασκευαζει τους καμνοντας. Cic. Ep. Fam. 2, 16. *diuturna desperatione rerum obduruit animus ad dolorem novum.*

139. Schol. απαλγησαντας αντι τε: παυσαμενες αλγειν, ὡσπερ το: απολοφυραμενοι. Loca scriptorum Graecorum, in quibus occurrit, vid. ap. Wetsten. Polybius utitur eo simpliciter pro voc. αφρων. cf. XVI. p. 1019. το φασκειν, ἐνια των σωματων εν φωτι τεθειμενα μη ποιειν σκια, απηλγηκυιας εςι ψυχης. Loco nostro idem videtur esse, quod πωρωθεντες, *die ganz gefühllos sich übergeben dem Laster.* cf. ad v. 18. vid. etiam v. l. ασελγεια et ακαθαρσια vocc. *libidini venereae* propria. ακαθαρσ. πασα l. *omnis generis*, l. *summa maximeque nefanda* lasciuia. εργασια nostrum *Gewerbe.* cf. Act. 16, 16. 19. 19, 24. 29. εις εργασιαν pro εις το ποιεισθαι εργασιαν. εν πλεονεξια ad εις εργασ. ref. *quaestus caussa, ut adeo quaestum facere vulgato ad lasciviam corpore non erubescant.* Aristaenet. I, 14. ετε αυλος ἑταιραν οιδε προτρεπειν, ετε λυρα τις εφελκεται πορνας χωρις αργυριε: κερδει μονον δελευομεν. Eodem sensu, maxime, quod suo tempore mares etiam pretio dato corpus offerebant, Sallustius: *avaritia corpus animumque effeminat.* πλεονεξια, hebr. בצע, *quaestus, lucrum ipsum.* Jud. 5, 19. ubi Codd. alii Verſ. Alexandr. δωρον, alii πλεονεξιαν exhibent. cf. Jer. 22, 17. εργασια εν πλεο. pro εργ. τε κερδεος, κερδαλεη.

20. ουχ ετως εμαθετε – populariter interpretandum. *non ita facti estis Christiani, ut liberum jam vobis sit, vivere quemadmodum antea vivebatis.* εμαθετε (pro εγνωκατε, exemplum simile verbi μαθειν accusativo personae juncti vid. apud Xenoph. hist. Graec. l. 2. init. ινα αλληλες μαθοιεν ὁποσοι ειησαν.) τον χριςον pro τον λογον

θετε τὸν Χριστὸν, εἴ γε αὐτὸν ἠκούσατε καὶ ἐν αὐτῷ 21
ἐδιδάχθητε, καθώς ἐστι ἀλήθεια ἐν τῷ Ἰησοῦ· ἀπο- 22
θέσθαι ὑμᾶς, κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν τὸν
παλαιὸν ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυ-
μίας

λογον τȣ χριςȣ, doctrinam ejus edocti estis.

21. ειγε pro γαρ, και γαρ vid. ad Gal. 3, 4. αυτον ηκȣσατε i. q. supra εμαθετε et mox εν αυτω εδιδαχ. αληθεια opp. τη ασελγειᾳ, quo singulari flagitio *scelera quaevis* quodammodo comprehenderat Apost. Respondet hebr. אמת, אמונה, *virtuti*, nostro: *Rechtschaffenheit*. cf. 5, 9. Rom. 1, 18. 2, 8. καθως εςι pro ὁτι εςι l. τῳ ειναι. εν τῳ I. hoc est, παρα τῳ I. *quisquis Iesum sequitur, is studere debet integritati.* Potest tamen etiam αληθεια esse *veritas*, *verum*, Gal. 2, 5. omnisque formula καθως εςιν – Ιησȣ arcte conjuncta cum εδιδαχθητε accipi, pro: κατα την αληθειαν του ευαγγελιȣ, *si quidem puram veramque Iesu doctrinam edocti fueritis.* Quanquam facilitate commendatur prior ratio. cf. Gal. 2, 5.

22. αποθεσθαι Infinit. ad εδιδαχθητε refero. Nempe sequitur jam, qualis sit *illa* αληθεια ἐν τῳ Ιησȣ qua imbutos esse Christianos, quibus scripsit hanc epistolam sperat Ap. haec nimirum: *abstinendum esse ab omni pravitate ac scelere, cui alias, cum adhuc gentes essent, indulserant.* Alii jungunt το: αποθεσθαι versui 17, verbis his: λεγω και μαρτυρομαι, — caeteris omnibus parenthesi inclusis; paullo durius. κατα την προτεραν αναςροφην et τον παλ. ανθρ. arcte jungenda (quod commate deleto indicavimus, pro: τον παλ. ανθρ. τον κατα την προτ. αναϛ. h. εν ῳ (καθ' ὁν) ανεςρεψασθε (περιεπατησατε h. εβιωσατε) προτερον. αναςροφη pro βιος *vitae genus*, *mores*, perpetuum in N. T. cf. Gal. 1, 13. Jac. 3, 13. 1 Petr. 1, 15. ανθρωπος pro νȣς, *mens*, quam proprie *hominem* in homine dici etiam Paullo solere, vidimus ad 3, 16. cf. Rom. 6, 6. ὁ παλαιος ανθ. *mens*, *animus*, *qualis olim in vobis erat, cum nondum facti essetis Christiani: Der alte Sinn, dem ihr sonst folgtet.* επιθυμιαι της απατης pro απατηλαι. φθειρομενος – απατης *mens cupiditatibus pravis corrupta.* κατα τας – pro δια των vid. ad v. 23. αποθεσθαι eique respondens ενδυσασθαι v. 24. tropi, a vestimentis petiti, in omnibus linguis ad exprimendum vel studium vel contemtum rei sollennes. Simi-
lit.

23 μίας τῆς ἀπάτης· ἀνανεοῦσθαι δὲ τῷ πνεύματι τοῦ
24 νοὸς ὑμῶν, καὶ ἐνδύσασθαι τὸν καινὸν ἄνθρωπον, τὸν
κατὰ Θεὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς
ἀληθείας.

Διὸ,

lit. latin. *hominem exuere*, et nos: *einen Sinn ablegen, einen andern annehmen.* Unde ad ritum baptiſmatis, quo veſtes deponebantur et reſumebantur, quorſum Grotius Apoſtolum reſpexiſſe putabat; vel adeo; cum interpretibus aliis, ad curſores veterum formulam omnem referri vix opus videtur. Loca ſcriptt. graec. in quibus αποθεσθαι οργην, τυφον, εχθραν et ſ. p. occurrere ſolet, vid. ap. Wetſten. cfr. Col. 3, 10. ubi eſt απεκδυσασθαι.

23. 24. ανανεεσθαι πνευματι, *ganz neues Sinnes werden*, ut πν. νοος mera ſit periphraſis. Lat. *mente animoque*. l. *umgeſchaffen werden durch den in euch wohnenden göttlichen Geiſt*, ut τε πν. το νοος ὑμων ſit id. q. πν. οικεν εν νοι ὑμων Gal. 4, 6. ὁ καινος ανθρωπος, *mens prorſus immutata*. Col. 3, 9 ſqq. νεος ανθρωπος. κτισθεις κατα θεον nonnulli ſumunt pro δια, παρα, ὑπο θεε, ut κατα τας επιθυμιας v. 21. pro δια των επιθυμιων. cf. 1 Cor. 12, 8. alii, *ſecundum voluntatem Dei*; ſed ſi conferas Col. 3, 9. apparet idem eſſe quod κατα την εικονα τε θεε, ſive *ſecundum exemplum Dei*. κτιζειν h. l. *efformare*. *mens divinitus efformata*: nempe, quia, quicquid bene ſentit et agit homo Chriſtianus, id divini Spiritus auxilio ſentire et agere eſt cenſendus. Similiter hebr. ברא Pſ. 51, 12. cf. ad 2, 10. εν δικαιοσυνη — — facillime ad κτισθεντα refertur: pro ὡςε ειναι αυτον δικαιον ὁσιον κ. αληθη. δικαιοσυνη et ὁσιοτης hebr. צדקה et ישר (Deut. 9, 5) mere ſynonyma. cf. Luc. 1, 75. Sap. 9, 3. ὁσιοτης της αληθειας l. accipe pro ὁσ. αληθης *vera, infucata*. l. pro ὁσ. και αληθεια, ut ſit αληθεια ſynonymum της δικαιοσυνης vid. ad v. 21. Prius ipſe praefero. Utrumque vero δικαιοσυνη et ὁσιοτης inprimis ad *pietatem erga numen* eſt referendum; qua, quicquid eſt virtutis Chriſtianae, ſolet comprehendi. Utrumque voc. junctum ſibi etiam in ſcriptoribus gr. vide, apud Platonem in Lachete p. 255. M. Anton. 12. 1. Sext. Empir. adverſ. Phyſ. 1, 124. ὁσιοτης δικαιοσυνη τις εσα προς θεες. Plura vid. ap. Wetſten.

25 ſqq. Sequuntur usque ad V, 20. varia genera virtutum omnibus Chriſtianis communium,

Διὸ, ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος λαλεῖτε ἀλήθειαν, ἕκα- 25
στος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ· ὅτι ἐσμὲν ἀλλήλων μέλη.
Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· ὁ ἥλιος μὴ ἐπι- 26
δυέτω

nium, e quibus tamen eas potissimum delegisse videtur Ap. quas isto tempore, ut omnino inter homines, sic etiam inter Christianos inprimis raras esse Ap. suspicabatur. I. v. 25. *candor animi et integritas, Aufrichtigkeit.* cf. Col. 3, 9. αποθεμενοι το ψευδος λαλειτε αληθ. sententia una atque eadem, tantum formulis invicem contrariis expressa. *Nolite amplius mendaciis fraudibusque vos circumvenire, sed candide vos invicem juvare vobisque prodesse.* Latere enim in voce ψευδες (etsi haec ex usu loquendi utique *falsiloquia* etiam *quaelibet* comprehendere potest, Herodot. 3. p. 191. δει τι και ψευδος λεγεσθαι) hoc nostro loco *fraudis* significationem, apparere videtur ex ratione cohortationis adjecta: οτι – μελη, *ut membra corporis humani non destruunt invicem sed juvant, sibique mutuo prosunt; similiter nobis Christianis ab omni mutua fraude vel injuria est abstinendum.* εκαστος μετα τε πλησ. sunt ad verbum hebraica: איש את רעהו pro αλλος μετ' αλλ, l. μετ' αλληλων. cf. Zach. 8, 16. εσμεν – μελη *ad mutuum auxilium nobis invicem praestandum sumus facti et destinati.*

26. II. *Indulgentia erga inimicos.* οργιζεσθε και — (pro αλλ' hebr. ו) efficacior constructio, pro: ει μεν οργιζεσθε l. εν τω οργιζεσθαι φυλασσεσθε μη αμαρτανητε. cf. Prov. 24, 16. 1 Cor. 7, 21. 27. Jac. 5, 14. 1 Petr. 2, 20. *zürnt ihr, so sündigt nur nicht.* οργιζεσθαι ad *injurias nobis illatas,* non ad *res alias, de quibus irasci forte alteri possis,* ex mente Apost. videtur referendum: αμαρτανετε, tum *injuste* tum *intemperanter* irascendo. Caeterum omnis haec loquendi formula, in quam plurium scriptorum mens tam facile incidere posse videtur, quo jure ex Ps. 4, 4. ab Ap. repetita vulgo credatur, non video; inprimis, cum sententia in isto loco Psalmi ab hac nostra sit plane diversa, et tantum ab interprete Graeco male intellecta et expressa. ὁ ηλιος μη επιδυετω – υμων. sententia, graphice ab Ap. expressa, haec: *Non indulgete irae, sed proclives estote ad reconciliandum.* cf. de formula ipsa Deut. 24, 15. sententiam et formulam plane similem in loco egregio Plutarchi habe hanc: de am. frat. p. 488. B. μιμεισθαι τες πυθαγορικες· οἱ, ει ποτε προαχθειεν εις λοιδοριας ὑπ' οργης,

27 δυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν, μήτε δίδοτε τό-
πον τῷ διαβόλῳ.
28 Ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω, μᾶλλον δὲ κοπιά-
τω ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν ταῖς χερσὶν, ἵνα ἔχῃ με-
ταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι.

Πᾶς

πριν η τον ἡλιον δυναι, τας δεξιας εμβαλλοντες αλληλοις, και ασπασαμενοι διελυοντο. Vocem παροργισμου, possis suspicari, non esse synonymum της οργης, sed οργην *temere contra ius fasque susceptum*. cf. voc. παραλογισμος innumeraque alia Graecorum composita cum praeposit. παρα. 1 Tim. 6, 5. παραδιατριβαι et s. p. Sed in ipso nostro voc. is usus loquendi est nullus. Est enim παροργιζειν hebr. הכעים simpliciter *ad iram provocare*, ipsoque de Deo adhibetur. Deut. 32, 21. cf. Sir. 4, 3. et παροργισμος tum est *exacerbatio*; tum vero etiam *ira ipsa*, respondens hebr. כעס et קצף Jer. 21, 5.

27. μητε-τω διαβολω. Non debebant haec versu sejungi a superioribus, quamcunque tandem sententiam inesse loco putaveris. Est vero ea duplex: prout per τον διαβολον l. *Satanas* l. *calumniator quivis* intelligatur. Utraque ratio usui loquendi tum universo, tum ipsius Apostoli convenit. Est διαβολος nomen *Satanae* sine omni dubitatione 2 Tim. 2, 26. Hebr. 2, 14. (loca alia non affero, quia sunt dubia) dicitur vero idem, saltem adjective, *de eo, qui est ad calumniandum proclivis*. 1 Tim. 3, 11. 2 Tim. 3, 3. Tit. 2, 3. Ex hac ratione est τοπον διδοναι τω δ. *aures praebere obtrectatori, ejusque calumniis ad iram magis commoveri*. Ex ista vero: *indulgere daemoni illi improbo, qui pravas cupiditates quasvis* (ideoque et iracundiam) *alere in animo hominis et vehementiores efficere annititur*. Utra ratio praeferenda sit, non definiam; hoc unum scio, sensum posteriorem cum universo Apostoli, *de Satana, pravarum cupiditatum in homine auctore et nutritore*, cogitandi modo, saltem nulla ratione pugnare. cf. ad Gal. Exc. 5. Confert Schöttg. ex Rabbinorum scriptis locum hunc: Berachoth fol. 60, 1. לעולם אל יפתח אדם פיו לשטן. cf. etiam ad 6, 12.

28. III. *De furtis vitandis, et industria sectanda.* Servis et omnino vilioris sortis Christianis videtur scripta cohortatio, inter quos furta (quae proprie dicuntur; neque enim de

Πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ 29
ἐκπορευέσθω, ἀλλ', εἴ τις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς
χρείας

de ſubtiliore fraudum genere Apoſtolum hic quoque cogitaſſe probari poteſt) frequentiora, quam inter nobiliores et liberaliores homines eſſe ſolere Ap. noverat. Nam, quae interpretes *de furtis inter omnes populos veteres, Aegyptios, Graecos*, et ſ. p. *non inhoneſtis habitis*, ad h. l. proferre ſolent, (vid. Wolf.) vereor, ne in his tempora diverſiſſima invicem miſceantur; et, quae aetati iſtorum populorum heroicae, atque parum excultae, propria erant, eadem ad tempora ſeriora, qualia ea erant, in quibus Apoſtolus ſcribebat, temere accommodentur. ὁ κλεπτων pro ὁ κλεψας heb. הגנב, quo praeſentis participio etiam ad aoriſtos exprimendos utuntur hebraei. κοπιατω – χερσιν, *artem quandam utilem manuariam tractet.* 1 Cor. 4, 12. 1 Th. 4, 11. Act. 20, 34. το αγαθον, *rectum, honeſtum, utile.* Qui *victum, opes* intelligunt, an uſu loquendi confirmare ſignificationem poſſint, dubito. ινα – εχοντι. Homini laborandum eſſe, *ut ſe ipſum ſuosque nutriat,* praetermittit Ap. quia per ſe intelligebatur; addit vero nobiliorem induſtriae Chriſtianae finem hunc: *ut habeat, unde poſſit ſublevare egenos.* Forte tamen etiam reſpexit Ap. ad homines ejusmodi, qui furta non, admodum inhoneſta arbitrabantur, ſi modo partem quandam rerum earum, quas furto abſtulerant, ad eleemoſynas erogandas impenderent. Similis eſt cohortatio doctt. Judd. Vajikra Rabba ſ. 3. fol. 147, 1. *Melior eſt is, qui abit* דפרעל *(et laborat)* ועושה צדקה משלו *(et dat eleemoſynas de ſuo) quam is, qui alios injuria opprimit.* ונתן צדקה משל אחרים *(eleemoſynas erogat de opibus aliorum.)*

29 ſqq. IV. *De vitanda in ſermonibus malignitate et acerbitate qualibet.* λογος σαπρος l. omnino *inutilis, pravus, malignus,* l. magis proprie *obſcenus* ſermo. Praefero ſenſum priorem. Nam ſequitur a ſermonibus obſcenis et turpibus, dehortatio ſingularis cap. 5, 4. Cf. de voce σαπρȣ ad Matth. 7, 17. 18. coll. 12, 33. Heſych. σαπρον, παλαιον, αισχρον, αποβαρτον. Oppoſitum λογȣ σαπρȣ, vid. Col. 4, 6 ἁλατι ηρτυμενον. Chryſ. σαπρον, ὁ μη την ιδιαν χρειαν πληροι. *Kein anſtößiges Wort gehe über eure Lippen.* πας μη hebr. כל לא pro μηδεις. εκ τȣ – εκπορευεσθω popularis loquendi formula pro:

30 χρείας, ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούουσι· καὶ μὴ λυπεῖτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε

VARIAE LECTIONES.

v. 29. Pro χρειας leg. πιστεως D. E. F. G. 46. *Vulg. It. Nyss. Basil.* saepe. *Euthal. Anton.* et *Maximus. Tertull. Cypr. Hilar. Ambrosiast. Chromath. Pelag. Epiph.* Codd. *Lat.* ap. *Hieron. Aug.* Sed χρειας codd. *graec.* ap. *Hier. Clem. Alex. Chrys.* Plane omittunt utrumque Vers. *Syr. Arr. Antiochus.* Aut cum his sentiendum, et utraque vox spuria habenda videtur, quod placet S. V. *Semlero* ad *Baumgarten.* Epp. Paull. aut pro recepta lectione pugnandum, cum partim sit difficilior altera, partim nulla ratio cogitari possit, qua quis commotus facilius πιστεως in nostrum χρειας mutare instituerit.

v. 30. του θεου omittunt 2. Vers. *Aeth. Chrysost.*

pro: μηδεν σαπρον λαλειτε, Matth. 4, 4. αγαθος προς οικοδομην, *utilis, unde proficere alter possit.* De voce οικοδομης vid. ad 4, 12. οικοδομη της χρειας (si vera lectio est. vid. var. l.) pro: ἧς χρεια νυν εστι, *zur nöthigen Besserung.* Optime Theophyl. ὅπερ οικοδομει τον πλησιον, αναγκαιον ον τῃ προκειμενῃ χρειᾳ. Plut. Pericles p. 156. C. Περικλης αει προς το βημα βαδιζων ηυχετο τοις θεοις, μηδε ῥημα μηδεν εκπεσειν ακοντος αυτου, προς την προκειμενην χρειαν αναρμοστον. ἵνα δῷ sc. ὁ λογος – pro: ὅστις διδωσι. διδοναι χαριν τοις ακουουσιν pro χαριεντα ειναι αυτοις, *qui gratus sit audientibus.* χαρις λογου *de sermonibus gratis et acceptis* saepissime occurrit. cf. Luc. 4, 22. Col. 4, 6. Sir. 21, 16. Prov. 7, 5. 28, 23. Xenoph. h. Gr. l. VI. p. 462. ἃ μελλω λεγειν ου προς χαριν ῥηθησεται. διδοναι χαριν pro χαριεντα ειναι dixit Eurip. in Suppl. 414. οὐδ' αυτιχ' ἡδυς και διδους πολλην χαριν εισαυτις εβλαψε.

30. Ratio, cur, ut a quovis scelere, ita inprimis etiam a sermonibus pravis et malignis sit abstinendum, haec tanquam adspergitur: *Spiritum divinum, qui est in mentibus Christianorum, in easque agit, tristitia affici; si sentiat, homines eos, quos ipse ad honesta quaevis flectere annititur, ipsius operationibus reniti atque adversari.* Loca similia V. T. in quibus impie agentes Israelitae l. *angelum Dei* l. *ipsum Spiritum divinum* offendere dicuntur, vid. Exod. 23, 21. Es. 63, 10. Similis etiam, saltem quoad verba, est locus Senecae Ep. 41, *Sacer intra nos spiritus sedet bonorum malorum-*

το εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. Πᾶσα πικρία καὶ θυ- 31
μὸς καὶ ὀργὴ καὶ κραυγὴ καὶ βλασφημία ἀρθήτω ἀφ'
ὑμῶν, σὺν πάσῃ κακίᾳ· γίνεσθε δὲ εἰς ἀλλήλους χρη- 32
στοὶ,

-lorumque nostrorum observator et custos, hic, prout a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. adde Hermas P. 2, 10. μη λυπει το πνευμα το αγιον το κατοικουν εν σοι, μη ποτε εντευξηται τω θεω και αποστη απο σε. Quid sit το πν. ἁγιον, explicatum vid. ad Gal. Exc. 5. In vocibus το ἁγιον et του θεου (nisi posterius omnino spiritum est vid. v. l.) sententia inest eadem. το ἁγιον enim הקדוש est i. q. το θειον. εν ω̃ εσφραγισθητε εις- *quem accepistis, certo argumento, instare vobis sortem aliquando beatissimam in regno Messiae.* εσφραγισθητε vid. ad 1, 13. απολυτρωσις (vid. ad 1, 14) h. l. in primis *felicitatem eam complectitur, qua olim in regno Messiae sollenni aerumnis et calamitatibus quibusvis liberi Christiani summa tranquillitate et insigni Dei Christique benevolentia fruentur.* 1, 14. Luc. 21, 28. Rom. 8, 23.

31 sqq. a versu 29 non sejungendos arbitror. Pertinent omnia ad idem genus cohortationum, *de vitandis sermonibus acerbis et virulentis.* cf. Col. 3, 8. πικρια de *ipsis his sermonibus acerbis et mordacibus,* quibus aliorum dicta factaque insectaris, voc. proprium. cf. Rom. 3, 14. Philo de Abrah. p. 375. C. βασκανιαν κ. πικριαν, et de vit. Mos. 1. p. 129. A. πικριαν et βαρυμηνιν invicem jungit. θυμος et οργη mere synonym. cf. Rom. 2, 8. κραυγη *streperi hominum iracundorum clamores. Toben, Poltern, Keifen.* βλασφημια, βλασφημον, βλασφημειν, vocabula propria de *calumniis* et *obtrectationibus.* 1 Tim. 6, 4. Nam de *impiis in Deum ipsum verbis,* quae alias iisdem nominibus exprimi in N. T. constat, hoc loco cogitari non posse quisque videt. cf. Col. 3, 8. αρθητω αφ' ὑμων, *exclusa sint haec vitia singula e coetibus animisque vestris.* κακια voc. universum, (*malignitas animi*) quo caetera omnia, πικρια caett. tanquam genere suo, continentur. Tit. 3, 3. Col. 3, 8.

32. δε *contra vero.* χρηστοι, ευσπλαγχνοι et χαριζομενοι ἑαυτοις mere synonyma. ευσπλαγχνος heb. רחום l. מרחם i q. ελεημων, ἱλεως, *benignus, propitius, facilis in condonandis injuriis illatis.* cf. Col. 3, 12. Est vero in hoc sensu vocabulum libris N. T. ita proprium, ut vel ipse Kypkius *hebrais-*

στοί, εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, καθὼς καὶ
V ὁ Θεὸς ἐν Χριστῷ ἐχαρίσατο ὑμῖν. γίνεσθε οὖν
2 μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς τέκνα ἀγαπητά· καὶ περι-
πατεῖτε ἐν ἀγάπῃ, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν
ἡμᾶς,

hebraismum in hac voce *debellare* se non posse, confiteatur. Graecis scriptoribus est ευσπλαγχνος, *vir animo forti*. χαριζεσθαι τινι non tantum *condonare peccata*, sed omnino: *propitium esse alicui, gutthätig seyn gegen jemand*. Quanquam etiam h. l. vulgaris in Pauli epp. (2 Cor. 2. 7. 12, 13. Col. 2, 13.) *condonandi* significatio obtinere videtur. conf. loc. parallel. Col. 3, 13. ἑαυτοις pro αλληλοις conf. 5, 19. Col. 3. 13. 16. Judae v. 20. et ad 1 Th. 5, 13. εν χριστῳ pro δια χριστου, hebr. ב. Nam ut omne beneficiorum divinorum genus, quo fruitur homo Christianus, sic inprimis omnem de peccatorum suorum venia animi persuasionem atque inde profectam mentis tranquillitatem debet Christo. καθως l. *caussam* exprimit, quae impellere debet Christianos ad similem benignitatem, i. q. και γαρ — l. sententiam hanc continet: *ad exemplum Dei.*

Cap. V, 1. 2. Superiori capite male avulsa arctissime cum eo sunt jungenda. *Ipsi benigni estote, nam et Deus benignus est erga vos. Hunc Deum patrem vestrum imitamini, filiis bene moratis similes.* τεκνα αγαπητα populariter dictum, vt nos: *liebe Kinder*, pro: *gute, vortreffliche Kinder, ipsa probitate cari filii.*

2. περιπατειτε εν αγαπῃ pro αγαπατε αλληλους. cf. ad 2, 2. add. Jes. 33, 15. הלך צדקות. καθως ut 4, 32. και παρεδωκεν εαυτον — ευωδιας, copiose et graviter dictum, pro: ελυτρωσατο ημας δια του θανατου αυτου, *morte sua Deum nobis propitium esse declaravit, sicque metu Dei, tanquam numinis irati, nos exsolvit ac liberavit.* De sententia ipsa vid. ad 1, 7. Neque enim unquam sine piaculo, sine victimae, morte, spem certam veniae peccatorum ab homine concipi posse, constans est, eaque cum opinione et desiderio plurimorum fere hominum mirifice consentiens, Paulli doctrina: προσφορα και θυσια non sunt synonyma. Illud hebr. מנחה, de *quibusvis donariis ad gratiam numinis captandam offerri solitis*; hoc, hebr. זבח, *de solis victimis* dicitur. Unde και *et quidem* verterim. τῳ Θεῳ εις οσμην ευωδιας jungo, deleto

ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας.

Πορνεία δὲ καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία ἢ πλεονεξία 3
μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, (καθὼς πρέπει ἁγίοις)
καὶ

deleto post θεῳ commate. Sunt tota hebraica: להריח ניחוח ליהוה, quae LXX perpetuo vertunt: εις οσμην ευωδιας, redundanter pro εις ευωδιαν simpliciter. Sensus formulae, saltem seriori reip. Judaicae tempore et ex mente inprimis Apostoli, haud dubie nullus alius est, nisi: *sacrificium Deo gratum, acceptum.* θυσια δεκτη, ευαρεστος τῳ θεῳ cf. Phil. 4, 18; origo vero ejusdem deducenda est ex opinione omnibus gentibus communi ea, qua *numen ipsum* vel *ipsis epulis sacris interesse carnesque oblatas vere comedere* (vid. Hom. Il. α, 424. Od. α, 25. 26) vel saltem *auram fumi de victima concremata assurgentis naribus captare* existimabatur.

3-21. V. *De vitanda omnis generis obscenitate in agendo dicendoque.* ακαθαρσια est *foeditas*, atque adeo *improbitas quaelibet* (vid. ad 1 Th. 2, 3.) etsi in hoc nostri loci contextu inprimis etiam *flagitia venerea* eo comprehendi, quamvis non sola, nullus dubito. Similiter πλεονεξια (nos: *Gewinnsucht.* Nostrum enim *Geitz* rarissime vim verbi exhaurit) est *lucri quovis inhonesto modo capiendi studium*; idque cum junctum sit τῃ πορνειᾳ, probabiliter quidem inde colligitur, inprimis de *prostibulis, quae sunt vulgato corpore, ut quaestum lucrentur.* Apostolum cogitavisse, (cf. ad 4, 19.) propterea tamen *alia* etiam *quaestus inhonesti et turpis genera* non plane videntur excludenda. Quae si teneas, lis ea, quam inter interpretes, maxime *Heinsium* in Exercitt. et *Salmasium* de foenore trapezit. p. 121 sqq. super hoc loco agitatam olim fuisse constat, facile dirimi posse videtur. Nam per se πλεονεξιαν *libidinem veneream* significare, id quidem quomodo probari possit, nisi, ex mere etymologica ratione, το πλεον εχειν ad insatiabilem libidinem referas, non video. μηδε ονομαζεσθω εν ὑμιν efficaciter dictum pro: μη εστω εν ὑμιν. *Ne nomine audiantur inter vos; tantum absit, ut a vobis patrentur flagitia ista.* Nos: *sie müssen unter euch etwas unerhörtes seyn.* ἁγιοι *a caeteris hominibus sejuncti, Deo sacri homines.*

 4. και

4 καὶ αἰσχρότης, καὶ μωρολογία ἢ εὐτραπελία, τὰ οὐκ
5 ἀνήκοντα, ἀλλὰ μᾶλλον εὐχαριστία. τοῦτο γὰρ

ἐστὲ

4. και pro μηδε heb. ו praeced. לא. αισχροτης *inverecundia in sermonibus moribusque.* Neque enim ad *sermones* tantum s. αισχρολογιαν vocem retulerim, etsi haec non excluditur. cf. Col. 3, 8. μωρολογια et ευτραπελια synon. *nugae scurriles,* inprimisque ex hoc contextu, αφροδισιαι. μωρολογια hebr. נבלה פה Schabbath fol. 31, a. Plautus vertit ad verbum: *stultiloquium,* Mil. 2, 3. 25. Idem ipsum vocabulum graecum μωρολογος terminatione latina donatum tenet in Persa 1, 1. 50. *Amoris vitio non meo nunc tibi morologus fio.* ευτραπελια in scriptt. graec. saepe voc. honestum resp. lat. *urbanitati.* Plato de rep. 8. οἱ δε γεροντες συγκαθιζουσι τοις νεοις, ευτραπελιας τε και χαριεντισμου εμπιπλανται. Cic. Ep. VII, 32. *ευτραπελια litterarum facit, ut intelligam tuas esse.* Transiit vero mox usus vocis in sensum deteriorem et obscenum, quo dicuntur ευτραπελοι *ii, qui urbanitates affectant etiam turpi et inhonesto quovis modo,* verbo, *scurrae,* inprimis, *qui jocis scurrilibus alterum illudunt.* Isocrates in Areopagit. p. 354. τους ευτραπελους και σκωπτειν δυναμενους, ους νυν ευφυεις προσαγορευουσιν, εκεινοι (veteres Athenienses) δυσφυεις ενομιζον. Aristot. Eth. ἡ ευτραπελια πεπαιδευμενη ὑβρις. Etymol. M. ευτραπελια, μωρολογια, κουφοτης, απαιδευσια, παρα το ευτρεπεσθαι τον λογον, ειρηται. Hesych. ευτραπελος, γελοιωδης. (Alia τε: ευτραπελος significatio est passiva: *is, qui illudi verbis scurrilibus se patitur,* ὁς ὑπομενει σκωπτομενος. Aristot. M. Moral. 1, 31. sed ea ad hunc locum non pertinet.) Verterim h. l. *scurrilitas,* nec tantum ad sermones *lascivos,* sed *ex omni genere inhonestos et turpes* vocem retulerim. ανηκον, πρεπον Suid. Col. 3, 10. Philem. 8. Post τα ανηκοντα repete: μη ονομαζεσθω εν ὑμιν. ευχαριστια saepius in epp. Paull. occurrens semper significat *gratiarum actiones.* cf. 1 Cor. 14, 16. 2 Cor. 4, 15. 9, 11. 12. Phil. 4, 6. Col. 2, 7. 4, 2. 1 Th. 3, 9. 1 Tim. 2, 1. 4, 3. 4. et ευχαριστον γινεσθαι Col. 3, 15. (quibus addi possunt loca Philonis plura, excerpta a *Loesnero*) nec video, cur hoc loco ab ea signif. sit discedendum; cum sermonibus *obscenis* et *inhonestis* facile opponi possit, inprimis a scriptore, omnia, quantum fieri potest, ad pietatem et religionem referente, *oratio pia gratiarumque Deo*

~ἐστὲ· γινώσκοντες, ὅτι πᾶς πόρνος ἢ ἀκάθαρτος ἢ πλεονέκτης, ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης, οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν

~ ἴστε

τῇ

VARIAE LECTIONES,

v. 5. Pro εστε leg. ιστε A. D. a p. m. F. G. 14. 20. 23. a prim. man. 27. 28. 31. 32. 39. 44. 45. 47. 49. 59. 62. 63. Ed. *Colin.* Verſ. *Syr. Arr. Copt. Vulg. It. Clem. Cyrill. Chryſoſt. Oecum. Suidas, Cypr. Aug. Pelag. Hier. Heſych. Idacius* 1. *Gloſſar. N. T.* ap. *Wetſt.* prob. *Millio* et Ven. *Griesbach.* Reſpondet hebr. ידע תדעו, quod eodem modo expreſſum vide Jer. 42, (Graec. 49,) 22. ap. *Theodoret.* et in cod. *Rupeſucaldiano* eſtque haud dubie vera lectio, cum non appareat, quomodò ΕΣΤΕ ſive errore ſiue conſilio librariorum in difficilius et inſolentius ΙΣΤΕ mutari potuerit.

Deo agendarum ſenſu plena. cf. ſimile contrarium v. 18. 19. 20. Maluerunt tamen alii ευχαριστιαν interpretari *in dicendo venuſtatem*, nec diffitendum, ſaltem adject. ευχαριστος dici pro χαριεις, ευχαρις, επιχαρις. Prov. 11, 16. γυνη ευχαριστος, אשת חן *grata, jucunda.* Demetr. Phal. ανηρ ευχαριστος. verum, nec de ſubſtantivo ευχαριστια exemplum ſimile proferri poteſt, nec ſunt illa ſuperiora ex uſu loquendi Paullino deprompta.

5. cf. Gal. 5, 21. εστε γινωσκοντες pro γινωσκετε l. *ſcitote* (cf. 1 Cor. 6, 9. quo loco ſynonymum eſt: μη πλανασθε) l. *ſcitis ipſi.* ιστε vero ex altera lectione eſt ab ιστημι, unde alterutrum quoad ſenſum redundat. πας – ουκ εχει pro ουδεις εχει hebr. כל לא. Simile veteris linguae veſtigium habes ap. Theognid. v. 177. πας γαρ ανηρ πενιῃ δεδμημενος ουτε τι ειπειν ουδ' ερξαι δυναται. Quinam ſint πλεονεκται vid. ad v. 3. ός εστιν ειδωλολατρης nolim referre ad proximum πλεονεκτης tantum, ſed ad omnia tria: πορνος ακαθαρτ. πλ. vel pro οἱ τινες εισιν ειδωλολατραι. quales quidem ſolent eſſe idololatrae, l. quae quidem flagitia regnant inter gentiles idololatras l. οἱ οντως ειδωλολατραι. Senſu hoc: *illa ipſa flagitia*, quibus etiam Chriſtianos, etſi ab Idolorum veneratione alienos, adhuc indulgere Ap. noverat, *non minora eſſe ipſa Idololatria.* Nos: *daß kein Buhler, kein Unkeuſcher, kein ſchändlich Gewinnſüchtiger, ſo wenig als ein Götzendiener, Antheil haben könne am Reiche Gottes.* Quam ſententiam ſi ſequaris non amplius neceſſe erit quaerere: quomodo vel *avaritia*, vel *turpis libido* ad Idololatriam

 ab

6 τῇ βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ. μηδεὶς ὑμᾶς ἀπα-
τάτω κενοῖς λόγοις· διὰ ταῦτα γὰρ ἔρχεται ἡ ὀργὴ
7 τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας· μὴ οὖν γί-
νεσθε

ab Ap. referri potuerit. Fuisse enim, etiam Judaeis doctoribus, sollennem hunc morem, *vitia quaelibet*, quo gravius turpitudinem eorum exprimerent, comparandi *Idololatriae*, locis pluribus docuit Wetsten. ad h. l. Schemoth R. 31. f. 121, 3. *qui opes multiplicat per foenus, non timet Deum, est* כעובד אל נכר *Idololatra.* Sota fol. 4. 2. *In quocunque homine fastus dominatur, Idololatrae aequiparandus est.* Jalk. Rob. fol. 88, 4. *Iracundus est tanquam Idololatra.* Bava Bathra 58, 1. *qui oculos claudit, ne det eleemosynam, est Idololatra.* κληρονομιαν εχει hebraice dictum נחלה לו l. pro simplici μετοχος εϛι, μερος τι εχει — l. pro: ευδαιμων εϛι, ex nota significatione της κληρονομιας pro: ευδαιμονια. vid. ad Gal. 3, 18. εν τῃ βασιλ. — *in ipso regno Messiae olim inaugurando.* cf. ad Th. Exc. 1. et, quo sensu hoc regnum βασιλεια θεȣ κ. χριϛȣ dicatur, ibidem pag. 97 not.

6. μηδεις ὑμας απατατω — Simile monitum vid. 1 Cor. 3, 18. λογοι κενοι i. q. ψευδεις *fraudulentae doctrinae.* Similiter Graeci. Galen. de diff. puls. 3. ȣτως και τȣς λογȣς ενιοτε ψευδεις ονομαζȣσι κενȣς. 1 Tim. 6, 20. et ad 1 Th. 2, 1. Intellige *sermones* l. *dogmata ejusmodi, quibus omni tempore solet vitiositas et cupiditas humana excusare et imminuere vitia superiora.* Num vero, quod putant interpretes, ad *certos quosdam Graecorum Philosophos*, qui talia statuisse dicuntur, hoc loco respexerit Ap. saltem in medio relinquendum videtur. γαρ particula transeundi. Verterim: *Um eben jener Laster willen werden ja einst* — δια ταυτα sc. πορνειαν ακαθαρσ. κ. ὁμοια εκεινοις. την οργην τȣ θεȣ omnino *poenas divinas* indicare, saepius notatum. vid. ad 1, 10. Inprimis tamen h. l. ut in multis aliis, ad *supplicia ea* videtur respexisse Ap. *quae sub auspiciis regni sollennis Messiae subituri sint hostes Christianorum;* in quibus igitur ipsis non tam *incredulitatis*, quam potius *flagitiorum patratorum* poenas quaerere expresse monemur per δια ταυτα. cf. ad 1 Th. 1, 10. υιοι της απειθειας. vid. ad 2, 2. Simile veteris linguae vestigium expressum vide in oraculo antiquo ap. Herodot. l. VIII. p. 355. ὑβριος υιος. Omnem hunc locum repetitum vide Col. 3. 6.

νεσθε συμμέτοχοι αὐτῶν. ἦτε γάρ ποτε σκότος, νῦν 8
δὲ φῶς ἐν κυρίῳ· ὡς τέκνα φωτὸς περιπατεῖτε. ὁ γὰρ 9
καρπὸς τοῦ ˜ πνεύματος ÷ ἐν πάσῃ ἀγαθωσύνῃ καὶ
δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ. δοκιμάζοντες, τί ἐστιν εὐά- 10

˜ φωτὸς ρεστον

VARIAE LECTIONES.

v. 9. Prò πνευματος leg. φωτος A. D. a pr. m. E. F. G. 6. 10. 17. 47. Ed. Col. Verſ. *Syr. Erpen. Aeth. Copt. Vulg. Greg. thaumat. Theophyl. Lucif. Ambroſiaſt. Aug. Auct. de ſing. cler. Hier. Pelag.* probb. *Caſtal. Eraſm. Grot. Mill. Bengel.* V. *Griesbach.* Ex Gal. 5, 22. huc temere translatum eſſe πνευματος quis dubitet?

7. *Cavete igitur, ne eadem ſors vobis accidat.* Ita vertendum arbitror το: συμμετοχον ειναι των απειθουντων, nec tam ad *vitia et ſcelera*, quam potius ad οργην θεου referendum: *ejusdem cum iis fortunae compotem fieri.*

8. γαρ particula tranſeundi, non vertenda, *denn*, ſed: *freylich*, *zwar*, vel alio modo. In formulis σκοτου et φωτος eſſe ſymbola *ignorantiae*, της αγνοιας, της πωρωσεως της καρδιας 4, 18. et rurſus *intelligentiae, animique per religionem veriora et planiora de Deo hominumque natura edocti*, notatione non eget. ητε σκοτος (pro εν σκοτει Rom. 2, 19. 1 Th. 5, 4.) i. q. εσκοτισμενοι τῃ διανοιᾳ 4, 18. νυν δε φως εν κυριῳ pro πεφωτισμενοι δια του κυριου 1, 18. τεκνα φωτος בני אור i. q. φωτεινοι, φωτι χρωμενοι, *lumine illuſtrati* h. *meliora edocti.* cf. ad 2, 2. et 1 Th. 5, 5. Idem 1 Jo. 1, 7. dicitur: περιπατειν εν τῳ φωτι.

9. καρπος του φωτος (vid. var. lect.) *opera ex planiore et ampliore rerum divinarum ſcientia profecta.* καρπος heb. פרי pro εργα Paullo frequens. cf. Gal. 5, 22. coll. 19. Hebr. 13, 15. vid. etiam Matth. 3, 8. Jo. 5, 16. εν αγαθωσυνῃ ſc. εστι, συνεστηκε. αγαθωσ. δικαιοσ. αληθεια ne tantillum quidem differunt. Exprimunt omnia *virtutem univerſam*, auctis invicem ſynonymis, ut omnis virtutum Chriſtianarum ambitus quodammodo exhauriretur. Verte: *omnis generis probitas, integritas, virtus.* De voce αγαθωσυνης vid. ad Gal. 5, 22. de δικαιοσυνης ad Gal. Exc. 4. p. 98. extr. αληθειας hebr. אמת, אמונה ad 1 Tim. 2, 7. *der Gewiſſenhaftigkeit.*

10.

11 ρεστον τῷ κυρίῳ· καὶ μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις
τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους, μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε.
12 τὰ γὰρ κρυφῆ γινόμενα ὑπ᾽ αὐτῶν, αἰσχρόν ἐστι καὶ
13 λέγειν. τὰ δὲ πάντα, ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς
φανεροῦ-

10. cf. Rom. 12, 2. δοκιμαζοντες, ſi verſ. 9. parentheſi includatur, referri poteſt ad περιπατειτε, poteſt vero etiam ex hebraica ratione participium poſitum eſſe pro imperativo δοκιμαζετε, *ſcrutamini. explorate*. De verbo δοκιμαζειν vid. ad Gal. 6, 4. τῳ κυριῳ, videtur *Chriſtus* intelligendus, ut v. 8.

11. εργα ακαρπα σκοτȣς graviter dictum, ſi conferas cum ſuperiori καρπος φωτος, *ne ullos quidem fructus gignit* το σκοτος. cf. Rom. 6, 21. Caeterum quoad ſenſum eſt ακαρπον ſynon. τȣ: αχρειον. opera *inutilia, prava*. Plut. de audiend. poet. p. 15. extr. το γλυκυ τȣ λογȣ ȣκ ακαρπον εϛιν ȣδε κενον. το σκοτος pro οἱ εν σκοτει vid. ad v. 8. periphraſis *gentium*, quibus ſpiſſa nebula in rebus divinis cognoſcendis eſt offuſa. Unde etiam v. 12. αυτων ad hoc ipſum σκοτος ref. συγκοινωνειν τοις εργοις, partim *approbando* (Rom. 1, 32.), partim *iisdem ſceleribus indulgendo*. cf. ad Gal. 6, 6. ελεγχετε np. το σκοτος, *operam date, ut animadvertendo in eorum vitia eos corrigatis*. Simile praeceptum in legg. Moſſ. propoſitum vide Levit. 19, 17.

12–14 jungenda invicem, et ſententia ſic conſtituenda videtur. *Sunt quidem eorum prava facinora adeo turpia, ut vel dicere de iis, indecorum videri poſſit. Enimvero ſi id fiat eo conſilio ut corrigantur, reprimantur, atque hi ipſi ad bonam mentem redeant; utique viri boni et ſapientis eſt in talia animadvertere. Quisquis enim ipſe fruitur lucis beneficio, aliis etiam impertire tenetur, ut ſpiſſae tenebrae illuceſcunt, ſicubi colluſtrentur lumine.* γαρ *quidem*. τα κρυφη γενομενα non *certum genus flagitiorum*, *quae inprimis, prae aliis omnibus, clam, in tenebris, patrari ſolent*, multo minus cum *Wolfio* et *Elsnero*, *nefanda myſteriorum facinora* intellexerim; ſed *flagitia quaevis*. τα εργα ακαρπα τȣ σκοτȣς. κρυφη, εν σκοτει. Rarius κρυφῆ pro κρύφα. και λεγειν *vel loqui de iis turpe videri poteſt*. Similis ſententia Iſocratis ad Demonic. p. 6 ἁ ποιειν αισχρον, ταυτα νομιζε μηδε λεγειν ειναι καλον.

13. τα δε παντα, ut v. 12. τα γινομενα, ad *facinora* hominum neceſſario referenda. ελεγχομενα – φανερεται pro: ὑπο

φανεροῦται. πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστι.
διὸ λέγει. „ἔγειραι ὁ καθεύδων καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν 14
νεκρῶν,

ὑπο των εν φωτι οντων s. πνευματικων ελεγχομενα καταρτιζεται. Sed maluit Ap. inhaerere similitudini *luminis*, omnia splendore suo in lucem protrahentis atque illustrantis, quia semel homines pravos et sceleri deditos τω σκοτει comparaverat; addidit tamen verbum proprium ελεγχομενα pro φωτιζομενα, quo planior fieret sententia ipsa. παν — φως εστι, *quicquid enim lumine illustratur, id ipsum lucet, splendet*, h. e. lucere debet aliis; *similiter igitur vos doctrina Christi illustrati, retegere potestis ac debetis hominum flagitia, nempe ut corrigant ea, et ad meliorem vitam redeant. Denn was selbst erleuchtet ist, muß auch für andere ein Licht seyn, darf seine Lichtnatur nicht verleugnen* etc. Alia locum interpretandi ratio, quam Grotius quodammodo sequitur, haec est: ut φανερουμενον pro medio (cf. 1, 23.) et παν pro accusativo accipiatur. Tum sententia sic esset constituenda: *Sunt quidem -- enimvero ut solis* (του φωτος) *est, illustrare omnia; similiter vos etiam retegere debetis istorum hominum flagitia, eosque commonefaciendo corrigere.* Non tamen diffiteor, partim improbabilem mihi videri hunc usum medium του: φανερουσθαι in hoc loco, cum proxime praecesserit idem verbum sensu passivo, ὑπο φωτος φανερουται; partim ipsam verborum constructionem quodammodo obstare, Saltem e ratione grammatica scribi debuisset: το γαρ παν φανερουμενον, φως εστι. vel: το γαρ φως εστι, το φανερουμενον παν.

14. Vulgo hunc versum ex Es. 60, 1-3. repetitum ab Apostolo arbitrantur interpretes, sine omni tamen, si quid judico, veri specie. Ne sententia quidem loci phrophetici convenit cum loci nostri contextu, cum ibi sit de *salute per Messiam olim praestandam, laetabunda exclamatio*; hic, *ad vitanda scelera exhortatio*; verba ipsa vero a nostris toto genere differunt. Adscribo locum ex LXX, ut judicare quisque possit: φωτιζου, φωτιζου Ἱερουσαλημ, ἡκει γαρ σου το φως, και ἡ δοξα κυριου επι σε ανατεταλκεν. Ιδου, σκοτος καλυψει την γην, και γνοφος επ' εθνη, επι δε σε φανησεται κυριος, και ἡ δοξα αυτου επι σε οφθησεται· Alii ad Es. 26, 19 respici volunt; quae ratio priori etiam est improbabilior. Aut igitur, si διο λεγει in vulgari huius formulae significatione,

15 νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός.„ Βλέπετε οὖν
πῶς ἀκριβῶς περιπατεῖτε, μὴ ὡς ἄσοφοι, ἀλλ' ὡς
σοφοί.

tione, ex qua ſemper indicat, provocari ad locum aliquem ſcriptoris (cf. 4, 8. Rom. 15, 11, 12. Jac. 4, 6. et ſaepiſſime alibi), etiam hic eſt accipiendum; verba, quae ſequuntur, utique de *fragmento libri Judaeorum deperditi*, cum veteribus interpretibus multis, videntur interpretanda (Cod. G. ap. Wetſt. ex ſecreto Henochi, *Epiphanius* ex Eliae prophetia, *Syncellus* et *Euthal.* εκ των Ιερεμιε λεγομενων αποκρυφων, *Hippolytus*, ex incerti προφητε ſcripto, excerpta ſtatuerunt. vid. Fabric. Cod. Pſeud. epigr. V. T. p. 1074 et 1105. et ejusd. Cod. Apocryph. N. T. Vol. I. pag. 524.); aut λεγει referendum eſt cum Grotio, Elsnero, aliis, ad το Φως v. 13. poſitum pro ὁ εν Φωτι περιπατων, ὁ τῳ Φωτι ὁμοιος ανηρ, ὁ Φανερεμενος, πεφωτισμενος, vel etiam ἑκαςος, ut ſit ſenſus totius formulae hic: διο ἑκαςον ὑμων δει λεγειν. (Ex meo tamen ſenſu duriſſime hoc fieri non diffiteor.) Caeterum toto verſu ipſius Apoſtoli cohortationem ſuis verbis propoſitam contineri exiſtimandum, ſenſu hoc: *So mag denn immer der dem Licht gleiche Chriſt den laſterhaften ermuntern: Erwache du ſchlummernder, ſteh' auf aus deinem Todesſchlafe. Chriſtus iſt da, will dich erleuchten.* το, καθευδειν et το, ειναι εν νεκροις ref. ad eandem τε σκοτες ſimilitudinem; nam in ſomno pariter atque morte *tenebrae* dominantur. Praeterea *vitam ſceleſtam* ſomno et morti comparare ſollenne eſt Apoſtolo. Rom. 13, 11. Eph. 2, 1. επιφαυσκειν Orph. Hymn. οἷς εθελοις θνητοις η αθανατοις επιφαυσκειν. Job 41, 18. επιφαυσκεται φεγγος. Heſych. επιφαύσκοντα, ανατελλοντα. Sententia formulae totius, ſi a tropo receſſeris, haec eſt: *Eſto Chriſtianus, tum per religionem I. C. ad meliorem et honeſtiorem vitam paullatim adduceris.*

15. Non novam hic paraeneſin conſtituerim, quod faciunt plerique; *prudentiam Chriſtianorum in periculis effugiendis* hic commendari exiſtimantes. Neque enim ullum ejus ſententiae vidi nec in contextu hujus ſimilisque loci Col. 4, 5 nec in verbis ipſis rationem idoneam. Imo vero pergit Ap., quod fecerat inde a v. 3. maxime vero v. 8, ad *vitam omnino honeſtam, flagitiisque, quibus ethnici homines indulſerant, liberam* etiam hic cohortari; translatis tamen v. 18. his ipſis admonitionibus communibus ad certum

σοφοί. ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι 16
πονη-

tum quoddam vitiorum genus, eo tempore inter Christianos non infrequens, *vinolentiam*. βλεπετε *operam date*. πως pro ινα. ακριβως non est epitheton, quod *ipsum singulare aliquod virtutum Christianarum genus* (velut *prudentiam*) complectitur, sed potius ad *diligentiam*, *studium* in singulis virtutibus supra commemoratis et adhuc commemorandis collocatum, referendum videtur; poteritque vel junctum verbo περιπατειτε verti: *exacte, accurate, perfecte*; vel etiam quoad sensum referri ad βλεπετε sensu hoc: *operam date, omni diligentia adhibita, ut vivatis*. Accommodate ad utramque rationem ασοφοι et σοφοι non sunt *prudentes* et *imprudentes*, (*vorsichtige und unvorsichtige Menschen*); sed iidem, qui supra σκοτος et φως, moxque αφρονες et συνιεντες dicuntur, verbo: viri *boni* et *improbi*; ex perpetua veterum hominum, inprimisque hebraeorum חכמה *sapientiam* pro *virtute*, et נבלה *stultitiam* pro *vitiositate* et *improbitate* ponendi consuetudine; quam quidem hoc potissimum loco eo magis sequi poterat Ap.; quod scelera quaevis hominum Ethnicorum ex ipsa αγνοια, πωρωσει της καρδιας, originem ducere statuerat. 4, 17 sqq.

16. εξαγοραζομενοι τον καιρον. Mira est in hac formula explicanda interpretum varietas. Pessime omnium, qui, ne de verbo εξαγοραζεσθαι syllaba pereat, vertunt: *die Zeit auskaufen*. Lutherus: *schickt euch in die Zeit*, sensu satis commodo, maxime, si locus omnis novam ad virtutem paraenesin continere existimatur, vid. ad v. 15; verum, an usus loquendi versionem eam permittat, dubito. Alii provocant ad Dan. 2, 8. זבן עדנא LXX εξαγοραζεσθαι τον καιρον, *lucrari tempus*, positum pro: *dilationem temporis quaerere*. cfr. Cic. in Verr. 1, 3. *Verres tempus emit judicii sui*, ubi Asconius: *dilationem temporis impetravit*. Sed sensus, ex hac significatione ad locum nostrum translata, prodit nullus. Neque enim, quomodo sententia: *cavete periculis temporis praesentis*, ex ista formula Danielis deduci possit, quod video facere nonnullos, equidem intelligo. Itaque καιρον non verte *tempus*, sed ex propria nominis significatione *opportunitatem*, et εξαγοραζεσθαι accipe pro κερδαινειν τον καιρον h. χρασθαι ακριβως τῳ καιρῳ, *diligenter uti opportunitate oblata* np. quod loci contextus postulat, ad *vitam meliorem redeundi*, *nutzt sie, da ihr sie habt, die Gelegenheit*

17 πονηραί εἰσι. διὰ τοῦτο μὴ γίνεσθε ἄφρονες, ἀλλὰ
18 συνιέντες, τί τὸ θέλημα τοῦ κυρίου· καὶ μὴ μεθύ-
σκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία· ἀλλὰ, πληροῦσθε ἐν
πνεύ-

genheit; — vel cum Cramero, *wuchert mit jeder Gelegenheit zum Guten.* cf. Col. 4, 5. et simile praeceptum M. Antonin. IV, 26. κερδαντεον το παρον. ὅτι ἡμεραι πονηραι εισιν, *tempora enim haec sunt periculosa virtuti et felicitati vestrae. Innumerae sunt hac vestra aetate voluptatum et calamitatum illecebrae, quibus a religione averti, et ad incredulitatem ac vitia quaevis seduci facile poteritis.* Inprimis tamen ad calamitates eas sententiam retulerim, quas adventum Christi extremum praegressuras esse, per Antichristum inprimis Christianis infligendas, verebantur et Apostoli et Christiani omnes. cf. ad Th. Exc. 2. p. 230 sqq.

17. γινεσθε pro εϛε, *gerite vos tanquam homines, qui sciant, quid probetur Domino nostro I. C.* τȣ κυριȣ l. *Iekovae* vel *Christi.*

18. Transfertur cohortatio ad flagitium singulare, quod in coetibus Christianorum, in quibus ad epulas et sacram coenam sumendam convenire solebant, saepius accidere solere Ap. noverat. cf. 1 Cor. 11, 21. Nempe *ad hos ipsos coetus Christianorum,* non *ad hominum privatorum in aedibus privatis mores* h. l. inprimis respexisse Apostolum, ex v. 19. apparere videtur. μεθυσκεσθαι l. μεθυειν *inebriari.* cf. Prov. 23, 30. Simile praeceptum Minois: μη συμπινειν αλληλοις εις μεθην. εν ᾧ (sc. μεθυσκεσθαι οινῳ) εϛιν ασωτια *in vinolentia scelerum foedissimorum origo est et occasio.* ασωτια voc. praegnans, *vita foedissima, ad omnem turpitudinem projecta.* (ab ασωτος pro ασωϛος, *qui servari amplius non potest.* Synonyma τȣ ασωτȣ sunt ακολαϛος, αχρειος, αχρηϛος.) αλλα πληρȣσθε τῳ πνευματι, opposita, ipso etiam verborum delectu, superiori μεθυσκεσθαι; quia in utroque genere, et vinolentia et spiritus divini afflatu, modus is, quem natura praescripsit, quodammodo exceditur. cfr. Act. 2, 15, 16. Unde Hesych. etiam pro synonymis habet haec: μεθυσκεσθαι, πληρȣσθαι. πνευμα *Sp. divinus,* cujus afflatui debent hoc Christiani, si qui sunt, qui in conventibus sollennibus ad carmina honesta et grata et pia decantanda idoneos se sentiant. πληρȣσθε πν. *Nicht vom Wein berauscht, sondern vom Geist der Gottheit entflammt, singt unter einander heilige Gesänge.*

πνεύματι, λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις 19
καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ
καρδίᾳ

19. Col. 3, 16. λαλȣντες i. q. mox ᾄδοντες. *Unterhaltet euch unter einander.* ἑαυτοις pro αλληλοις, formula Paulo frequens. cf. 4, 32. Philipp. 2, 12. Sunt tamen, qui in ἑαυτοις vulgarem significationem tenentes, sententiam hanc loco inesse putant: *vosmet ipsos excitate ad gaudia, non vino intemperanter bibendo, sed carminibus Deo Christoque canendis.* ψαλμοι, ὑμνοι et ᾠδαι quomodo differant, anxie quaerunt interpretes. Equidem plane nihil differre putaverim. Aucta invicem videntur synonyma, ut omnino *carmina quaelibet*, e quocunque tandem genere essent, exprimerentur. πνευματικαις ex grammatica ratione ad ᾠδαις, quoad sensum vero etiam ad ψαλμοις et ὑμνοις ref. Est vero πνευματικον, *quicquid per spiritum divinum*, πνεῦμα ἁγιον, *in animo excitatur.* cf. ad Gal. Exc. 5. 1 Cor. 2, 15. 14, 37. Unde ᾠδας πνευματικ. intelligo partim *carmina ea, quae Christiani edocti ab aliis, aut aliunde, v. c. e libris V. T., mutuati, nunc per ipsum illud πν. ἁγιον excitati, animo repetebant;* partim vero *ea*, quae *ipsi, pro suo quisque ingenio, subito componere et canere solebant.* Moris enim etiamnum inter populos Orientis esse, ut inter epulandum carmina subito inventa canant, annotatum vide in *Harmer Beobachtungen über den Orient* ed. Fabri, T. I. p. 417. cf. relat. Gotting. ann. 76. p. 935. vid. etiam *Tertull.* in Apologetico. *Ut quisque de scripturis sanctis vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium deo canere.* Malunt tamen alii vertere: *Religions-Gesänge,* quod fieri potest, modo teneatur, non πνευματικον per se dici *religiosum,* aut το πνευμα *religionem ipsam;* sed, quia, quicquid ad religionem pertinet, sive a Christianis ipsis excogitetur, sive aliunde petitum denuo repetatur, ad *illum ipsum spiritum divinum ejusque vim* referre semper solet Apost. (cf. ad Gal. Exc. 5); hinc το πνευματικόν etiam *de rebus iis, quae cum religione quodammodo conjunctae sunt,* dici potuisse. ᾄδειν et ψαλλειν mere synonyma (etsi alias ψαλλειν proprie est: *δι' οργανων μȣσικων ᾄδειν.*) Quomodo enim, si ψαλλειν isto sensu proprio accipiatur, dici possint Christiani ψαλλειν ἐν τῃ καρδιᾳ, non apparet. Adde Respons. ad Orthodox. (Justini scriptis addi solitam) 107. quo loco *tantum assa vo-*

20 καρδίᾳ ὑμῶν τῷ κυρίῳ, εὐχαριστοῦντες πάντοτε
ὑπὲρ πάντων, ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-
στοῦ, τῷ Θεῷ καὶ πατρί.

21.22 Ὑποτασσόμενοι ἀλλήλοις ἐν φόβῳ ˜ Θεοῦ. Αἱ
˜ χριστοῦ γυναῖ-

VARIAE LECTIONES.

21. Pro vulgari θεου legunt χριστου A. D. E. F. G. 4. 5. 11. 21. 23. 31. 33. 35. 36. 37. 38. 39. 43. 46. 47. Ed. *Complut. Colin. Plant. Genev. Griesbach.* Verſ. *Syr. Erpen. Copt. Aeth. Vulg. Ital. Chryſoſt. Baſil. Damaſc. Oecum. Ambroſ. Hier. Ambroſiaſt. Vigil. Aug. Pelag.* probb. *Grot. Mill.* addunt Ιησου D. E. idemque ante χριστου ponunt, F. G. *clar. germ. boerner.*

ce ανευ οργανων ceciniſſe dicuntur *iſtius temporis Chriſtiani.* καρδια non *animus*, ſed *mens*, νους, cujus eſt, adjuvante eam Spiritu divino, carmina invenire et excogitare. cf. ad 1. 18. εν τη καρδιᾳ ὑμων, *euer Geiſt ſinge Lobgeſänge.* cf. τῳ νοϊ 1 Cor. 14, 15. τῳ κυριῳ *Chriſtum* intelligo. vid. Plin. Ep. X. 97. *carmen Chriſto quaſi Deo dicunt ſecum invicem.*

20. ευχαριστουντες παντοτε *aſſidui eſtote in gratiis agendis.* ὑπερ παντων ſc. χρηματων *pro omni beneficiorum genere, quod vobis contingit.* εν ονοματι του κυριου ἡμων I. X. i. q. δια του I. X. (cf. Col. 3, 17. ubi εν ονομ. I. X. et δια του I. X. invicem permutantur, itemque Rom. 15, 17 ſqq.) *ex auctoritate I. C.* cui debetis hoc, quod precari et gratias agere poteſtis Deo, *im Vertrauen auf unſern Herrn I. C.* Idem fere ſenſus eſt cum dicit Ap. ſe παραγγελλειν τι εν ονομ. I. X. 2 Th. 3, 6. alibi. Caeterum confer, quae de formula huic ſimili, et in ſermonibus Chriſti toties obvia προσευχεσθαι εν ονομ. X. dicentur ad Jo. 14, 13.

21. Incipit novum paraeneſium genus, *ſingulis quibusdam hominum generibus* aptum ac proprium; et primo quidem, poſt ſententiam *de obſequio mutuo a Chriſtianis quibusvis invicem praeſtando*, univerſe propoſitam, *conjugibus* vv. 22-33. ὑποτασσομενοι ſc. εστε l. ὑποτασσεσθε, ex hebraica ratione participiis utendi loco Imperativorum ſaepius notata. εν φοβῳ χριστου. cf. hebr. ביראת יהוה *pietatem mentis* indicat, cum qua et ex qua omnia agenda ſunt homini Chriſtiano. *Aus Gehorſam, Ehrfurcht, Dankbarkeit gegen Chriſtum.*

22.

γυναῖκες, τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν = ὑποτάσσεσθε:, ὡς τῷ
κυρίῳ· ὅτι ὁ ἀνήρ ἐστι κεφαλὴ τῆς γυναικὸς, ὡς καὶ 23
ὁ Χριστὸς κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας, = καὶ: αὐτός = ἐστι:
σωτηρ

VARIAE LECTIONES.

v. 22. ὑποτασσεσθε omittunt Codd. *graecc.* ap. *Hieronymum*, *Clem. Alexandr.* Ante τοις ιδιοις ponunt D. E. F. G. ὑποτασσεσθωσαν legunt A. 6. 10. 23. 51. Ed. *Colin.* Verſ. *Vulg. Clem. Alexand.* alicubi. *Baſil. Theodoret. Damaſc. Marcion. Ambroſiaſt. Pelag.*, Ex qua lectionis varietate, omnino ſpurium videri το: ὑποτασσεσθε, jam judicavit *Bengel.* prob. V. *Griesbach.*

v. 23. και ante αυτος omittunt A. D. a pr. m. E. F. G. duo Stephan. Codd. 37. Ed. Griesbach. Verſ. *Copt. Vulg. Ital. Clem. Orig. Hier. Ambroſiaſt. Pelag.* probb. *Millio*, *Bengel.*

εστι omittunt A. D. a pr. m. E. G. Verſ. *Vulg. Ital. Clem. Al. Orig. Ambroſiaſt. Hieron. Pelag.* probb. *Bengel*, et Ven. *Griesbach.*

ὁ ante σωτηρ addunt A. Ed. *Colin. Bogard. Clem. Orig.* prob. *Bengelio.*

22. Col. 3, 18. Tit. 2, 5. 1 Petr. 3, 1. 5. τοις ιδιοις pro τοις ὑμετεροις cf. 1 Th. 2, 14. In voce ὑποτασσεσθαι ineſt *venerationis* et *obedientiae* (qualem ex ipſa Dei per naturam inſtituto praeſtare debet uxor marito. 1 Cor. 11, 8. 1 Tim. 2, 13.) ſignificatio. ὡς τῳ κυριῳ quid illa ſignificent, apparet ex ſqq. *uxoris erga maritum officia*, *ex mariti in uxorem meritis ſponte profecta*, *ſimilia quodammodo ſunt officiis Chriſtianorum erga Chriſtum.* Alii tamen accipiunt ſic: *uxor, quae marito obſequium praeſtat, hoc ipſo obſequio Chriſtum ipſum colere et venerari eſt exiſtimanda.* Neque hoc male.

23. 1 Cor. 11, 4. Menander in Grotii excerptis Comm. p. 244. τα δευτερεια την γυναικα δει λεγειν· την δ' ἡγεμονιαν των ὁλων τον ανδρ' εχειν. Philemon. Com. ibid. p. 350. αγαθης γυναικος εστιν, ω Νικοστρατη, μη κρειττον' ειναι τ' ανδρος αλλ' ὑπηκοον. γυνη δε νικωσ' ανδρα μεγα εστι κακον: κεφαλη. *quicquid in quolibet genere eſt princeps, praecipua auctoritate et dignitate conſpicuum.* ὡς και — εστι. 1, 22. 4, 15. Col. 1, 18. 2, 19. αυτος ad χριστος ref. σωτηρ τȣ σωματος *tutor corporis, is, qui vitae et utilitatibus ejus quovis modo proſpicit.* Lutheri *Heiland* h. l. incommodum vocab. cfr. de voce σωτηρ 1 Tim. 4, 10.

24 σωτὴρ τοῦ σώματος· ἀλλ', ὥσπερ ἡ ἐκκλησία ὑποτάσσεται τῷ Χριστῷ, οὕτω καὶ αἱ γυναῖκες τοῖς ἰδίοις
25 ἀνδράσιν ἐν παντί. Οἱ ἄνδρες, ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησε τὴν ἐκκλησίαν,

24. αλλ' mera particula transeundi: *atqui, wie nun dlso.* cf. 2 Cor. 8, 7. ἡ εκκλησια vid. ad 1 Th. 1, 1. εν παντι *nulla re excepta.* Caeterum esse hoc praeceptum ad honesta quaevis restringendum, per se quidem satis intelligitur; Apostolus tamen, cum nostra scriberet, an distincte haec cogitaverit, dubito.

25. αγαπαν *omnis generis curam et sollicitudinem pro virtute, honestate et felicitate uxoris* complecti, vel comparatio cum amore Christi erga ecclesiam docet. ἑαυτων iterum pro ὑμων, ὑμετεραι. cf. 2 Cor. 7, 11. 1 Th. 2, 8.

Quae sequuntur καθως και ὁ χρ. usque ad v. 28. summam continent meritorum Christi erga homines; per hanc occasionem huic loco adspersam. ἑαυτον παρεδωκεν ὑπ. perpetua Apostoli formula *de morte Christi, quam obiit in salutem hominum*: cf. Tit. 2, 14. Gal 1, 3. ἱνα αυτην ἁγιαση *ut homines impunes et caros redderet Deo.* αγιαζ. pro כפר. Ex. 29, 36. s. pro קדש cf. de hac τε: ἁγιαζειν in N.T. significatione 1 Cor. 1, 2. 6, 11. maxime vero Hebr. 9, 13. 10, 10. 14. 29, 13, 12. etsi ne sic quidem excludendam arbitror *animi a scelere quovis immunitatem*, sine qua ne per Christum quidem quemquam in gratiam cum deo redire posse, omnes concedunt. Grotius: *ut ei Spiritum S. daret*, quo sensu vereor an ἁγιαζειν unquam dicatur. καθαρισας pro και εκαθαρισε (Aor. pro Praesenti καθαριζει). εκαθαρ. τῳ λετρῳ τε ὑδατος maxime proprie *de baptismo* intelligo. quo demersus in aqua novus Christianus sordibus tanquam purgabatur. Nempe in hoc eodem baptismo, praeter alia ejus commoda, etiam symbolum *puritatis animi*, lotione corporis adumbratum, inesse, quis dubitat? Unde *uti jubet Christus hoc corporis lavamine Christianos suos*, καθαριζει την εκκλησ. τῳ λετρῳ τ. ὑδ. *eo consilio, ea significatione, ut indicetur, eos esse debere mente puros et incorruptos.* Ita quidem ex sensu nostro locus interpretandus videtur. Malunt tamen interpretes alii, ad *consuetudinem Iudaeorum sponsam abluendi antequam sponso adducatur*, respici ab Apostolo, hancque ipsam lotionem, non baptismum, τῳ λετρῳ τε ὑδατος

κλησίαν, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς, ἵνα 29
αὐτὴν ἁγιάσῃ· καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος,
ἐν

ὑδατος significari. vid. Elsner ad h l. εν ῥηματι, quantopere haec vexata sint ab interpretibus, vide apud ipsos. Vulgo ad τῳ λετρῳ τε ὑδατος referuntur: lavacrum *in verbo* h. *cum verbo Dei conjunctum.* Verum *partim* το ῥημα per se, quomodo verbum *Dei*, et, si hoc, quomodo, quod multi volunt, *formula baptizandi precesque in baptismo adhiberi solitae* intelligi possint (alii *promissionem divinam* interpretantur, quod utique est paullo facilius) non video. Alia facilior videri posset ratio, si commate post ὑδατος posito, εν ῥηματι ad ἁγιασῃ referretur; tum ἁγιαζειν foret *emendare, corrigere, perficere,* quod sane multi suadent. Enimvero manet in voce ῥηματι (pro ῥηματι Θεε vel αὐτε) difficultas eadem, praeterea que ἁγιασῃ εν ῥηματι nimis sunt invicem disjecta, quam ut ex mente Ap. conjungenda videri possint. Grotius porro καθαρισας εν ῥηματι jungit, sed ante τῳ λετρῳ subaudiendum statuit ὡς, *per doctrinam, tanquam per lavacrum.* Sed ὡς nullo modo ex hac ratione omitti potuisset. Denique S. V. *Tellerus* in Onomast. germ. λετρον - εν ῥημ. jungit quidem, sed tamen formulam omnem, cum Grotio, non de *baptismo,* verum de *ipsa religione,* quae lustrationibus aquaticis comparata iisque opposita, ipsa λετρον ὑδατος εν ῥηματι dicatur, intelligendam existimat; optime quidem, dummodo τε ὑδατος abesset; λετρον εν ῥηματι opponi posse τῳ λετρῳ εν ὑδατι bene intelligo, sed, quomodo illud, oppositum huic, dici ipsum tamen potuerit λετρον ΤΟΥ ΥΔΑΤΟΣ εν ῥηματι, maxime in litteris ad Christianos, inter quos, ut inter Judaeos, praeter *religionem* ipsam, verum λετρον τε ὑδατος (baptismus) non deerat, me non videre confiteor. Jungo igitur, cum in istis omnibus acquiescere non possim, εν ῥηματι ἱνα, atque in his nihil de *Evangelica doctrina,* sed ad verbum translata hebraica על דבר אשר i. Chald. בדברת די reperio pro simplici, ἑνεκεν τε l. εις το παραςησαι. cf. de formula ista hebr. Exod. 18, 11, Dan. 2, 30. ubi על דברת די פשרא למלכא יהודעון bene graece sic transtulerunt Alexandr. ἑνεκεν τε συγκρισιν τῳ βασιλει γνωρισαι inprimisque Eccles. 7, 14. ubi hebr. על דברת שלא ימצא האדם אחריו מאומה ratione huic Paullinae prorsus simili LXX verterunt sic: περι λαλιας ἱνα μη εὑρῃ ανθρωπος

28 ἐν ῥήματι ἵνα παραστήσῃ῀ αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον
τὴν ἐκκλησίαν, μὴ ἔχουσαν σπῖλον ἢ ῥυτίδα ἤ τι τῶν
29 τοιούτων, ἀλλ' ἵνα ᾖ ἁγία καὶ ἄμωμος. οὕτως ὀφεί-
῀αὐτὸς λουσιν

VARIAE LECTIONES.

v. 26. *εν ρηματι* omittit *Cyprianus*, addunt *in verbo* VITAE *Vulg.* et *Beda*. Unde omnino fpurium videtur *εν ρηματι* Ven. *Semlero*. In quo tamen judicio an quemquam, etiam ex aequiffimis lectoribus, confentientem fibi nacturus fit Vir fummus, dubito.

27. Pro *αυτην* leg. *αυτος* A. D. a pr. m. F. G. 23. a pr. m. 31. 47. Ed. *Griesbach*. Verf. *Copt. Vulg. It. Orig. Bafil. Nazianz. Macar. Theoph. Tertull. Hieron. Ambrofiaft. Pelag.* probb. *Gratio, Lockio.*

οπισω αυτε ειδεν. Judicent alii; fed, qui forte graecis litteris magnopere adfueti, formulam *εν ρηματι ινα* pro fimplici *ινα* ferre propterea nequeunt, quia ab omni graecorum loquendi ufu plane abhorret, ii conferant quaefo v. c. illa Matth. 4, 4. *παν ρημα εκπορευομενον εκ τε ϛοματος Θεε* fimiliaque innumera, in quibus profecto omnem Graecitatis fenfum exuere debet is, qui in interpretandis iftis accurate verfari velit.

27. *ινα παραϛηση ἑαυτῳ την εκκ.* i. q. *ινα γενηται αὐτε ἡ εκκλησια ενδ.* Nempe *παριϛαναι ἑαυτῳ* univerfe accipio pro *περιποιεισθαι, κτασθαι*, ut *acquireret, pararet, faceret fibi.* Alii, *adjungeret, fociaret*, ut fponfa jungitur fponfo. vid. Lamb. Bos ad h. l. *ενδοξος* cum caeteris *μη εχεσα σπιλον, ἁγια, αμωμος* mere fynonyma. *ut fint a quibusvis vitiorum fordibus liberi.* In vocc. *ἁγιος* et *αμωμος* nulla eft difficultas. *ενδοξον* vero eft *quicquid nitet, pulchrum, venuftum eft.* i. q. *καθαρον* cf. *ἱματισμος ενδοξος* pro *ὡραιος* Luc. 7, 25. cf. כבודה Pf. 45, 13. *σπιλος* Hefych. *ῥυπος ἱματιε.* Occurrit tamen in fcriptt. graec. latius de *macula qualibet.* vid. Wetften. Jof. A. 13, 11. 7. *σπιλος αἱματος.* - Diofcorid. 5, 136. *σπιλοι επι προσωπε κ. τε λοιπε σωματος.* Alex. hebr. צאה Ef. 28, 8. vertit *σπιλωματα. ῥυτιδες rugae.* Euftath. Il. ι, p. 647. 36. *ῥυτιδες, αἱ επι τε προσωπε συϛροφαι τε δερματος.* Junguntur *ῥυτιδες* et *σπιλοι* pro fynonymis. Diofcorides, *σπιλες προσωπε και ῥυτιδας.* Cave igitur, ne arguteris et quaeras, quomodo *rugae*, quae proprie dicuntur,

aqua

λουσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾷν τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα. ὁ ἀγαπῶν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, ἑαυ- 29
τὸν ἀγαπᾷ. οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν, ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλπει αὐτήν· καθὼς καὶ ὁ

aqua elui possint. Hoc esset, si quid aliud, ibi cum pulvisculo omnia excutere, ubi sensus tantum universe erat quaerendus et amplectendus. ἁγια, *quae est animo puro et casto, hacque ipsa mentis castitate Deo cara.* αμωμος תמים a μωμος, hebr. מום *labes, vitium quodvis.* Levit. 21, 17.

28. ὡς τα – σωματα non possunt verti h. l. *wie sich selbst*, ad imitationem heb. כבשרם; sed inest sententia eadem, quam v. 22. expresserat Ap. verbis aliis: ανηρ εστι κεφαλη της γυναικος. κεφαλη et σωμα sunt hoc omni loco vocabula invicem contraria. Similis locus est in Sanhedrin fol. 76. 2. האוהב את אשתו כגופו *qui uxorem amat, ut corpus suum, ejus domui pax erit.* ὁ αγαπων – ἑαυτον αγ. nempe: *quia maritus junctus est uxori, ut caput reliquo corpori; ideoque, quicquid mali et boni accidit, uxori, in ejusdem societatem venit maritus ipse.*

29. γαρ particula transeundi. σαρκα pro σωμα. בשר vid. ad Gal. Exc. 9. μισειν *duriter tractare*, εκτρεφειν et θαλπειν (i. q. θερμαινειν) *alere et fovere.* Utrumque *curam et sollicitudinem quamvis* exprimit. καθως – την εκκλησιαν. Semel in hanc cogitationem, Christi erga ecclesiam amorem comparandi mariti erga uxorem fidei et amori, delatus Ap. nunc eandem iterum repetit, in eaque copiosius exponenda, ipsoque adeo loco Mosaico, qui proprie conjugum conjunctionem inter se arctissimam descripserat, ad Christum et ecclesiam accommodando usque ad v. 33. versatur. Cave vero, ne illud καθως ad εκτρεφειν et θαλπειν referens, quaeras: quibus modis Christus dici possit εκκλησιαν εκτρεφειν (forte: *verbo* et *Sacramentis*) quibusve aliis θαλπειν (forte *vestibus virtutis*); in quas argutias ipsum adeo Grotium h. l. descendisse mireris. Immo vero, nihil utrique formulae, maxime si ad Christum transfertur, inesse putes, nisi hoc: *prospicit omni modo utilitatibus et commodis Christianorum.*

30. Esse hunc versum cum seqq. de Christianis interpretandum, indicat haud dubie prono-

30 ὁ κύριος τὴν ἐκκλησίαν. ὅτι μέλη ἐσμὲν τοῦ σώμα-
τος αὐτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ὀστέων
31 αὐτοῦ· ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πα-
τέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται
πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα
μίαν.

VARIAE LECTIONES.

v. 29. Pro κυριος leg. χριστος A. D. a pr. m. E. F. G. 14. 31. 37. 39. 46. 47. 61. Ed. *Colin. Griesbach.* Verf. *Syr.* utraque. *Erpen. Aethiop. Copt. Vulg. It. Method. Chrysost. Theodoret. Euthal. Theophyl. Marc. Tertull. Origen. Hieron. Maxim.* taur. *Fulgent. August. Pelag. Ambrosiast.*

30. Verba εκ της – αυτυ omittunt A. 17. Verf. *Copt. Aeth. Method.* ut videtur, *Ambrosiast.* forte, probb. *Grotio* et *Millio.* Sed habent *Iren.* gr. et lat. *Ambrosiast.* alii.

pronomen αυτυ, quod non poteſt alio referri, quam ad χριϛυ. cf. 1 Cor. 12, 27. Fuerunt quidem, qui, cum iſta, εκ της σαρκος οϛεων – αυτυ ſpuria judicarent (vid. v. l.), αυτου pro τυ αυτυ accipiendum exiſtimarent; ſed contra omnem, quantum memini, uſum loquendi. Sententia haec: *Sumus nos Chriſto conjuncti, quemadmodum membra corporis invicem ſunt conglutinata et conſociata, hoc eſt, arctiſſime.* Quam eandem ſententiam max repetit et illuſtrat quodammodo loco Moſaico Gen. 2, 23. 24. apto propterea, quod de *mutuo mariti et uxoris nexu*, cui ſemel Chriſtum cum eccleſia comparare coeperat Ap., idem ipſe locus agere videbatur. εκ της – οϛεων αυτυ מבשרו ומעצמיו Gen. 2, 23. 29, 14. 2 Sam. 5, 1. in vetere lingua proprie *conſanguineorum per natales nexum* exprimunt; loco tamen noſtro, omnino ad *arctiſſimam quamlibet conjunctionem* translata videntur. Aliam tamen ſatis ſingularem, ſententiam loco affinxit Grotius; quam vide apud ipſum.

31. αντι τυτυ pro ἑνεκεν τ. (ut verterunt LXX locum Gen.) על כן cf. Luc. 1, 20. 19, 44. Act. 12, 23. καταλειψει et προσκολληθησεται verte: SOLET *relinquere ipſos parentes et ſequi uxorem.* προσκολλασθαι, hebr. דבק *conſtanter ſequi aliquem, non pati ſe avelli ab altero.* Graeci idem dicunt συγκατατηκεσθαι Marc. Anton. V, 1. και – μιαν nam *arctiſſimo vinculo invicem ſunt conjuncti.*

μίαν. τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω, 32
εἰς Χριστὸν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν.) πλὴν καὶ ὑμεῖς 33
οἱ

juncti. Denn beide sind wie eins. לבשר אחד i. q. לאחד.

32. Sententia haec: *Atque ille ipse locus, si* μυστικῶς *accommodetur ad Christum et ecclesiam, videte quantam sententiam contineat* — hanc nimirum: *Christum patrem adeo atque matrem deseruisse* h. *rerum omnium, quae carae ipsi videri poterant, vitae, commoditatum et utilitatum quarumvis jacturam sponte fecisse;* forte etiam, (quod illustr. *Michaelis*, ad usum loquendi eum, quo rejectionem Judaeorum, et gentium ad Christianam religionem κλῆσιν, τὸ μυστήριον appellare perpetuo solet Paullus cf. 1, 9. aptissime suadet) *Judaeos populares suos rejecisse et reprobavisse; ut pararet sibi ecclesiam e gentibus quibusvis.* Verum, cum hunc locum *de Christi erga ecclesiam meritis* hic expresse tractare non instituisset Ap. sed alium plane, *de mutuis conjugum officiis;* hinc istum loci Mosaici sensum μυστικώτερον tangit tantum, Christianisque ipsis eliciendum permittit; ipse potius ad suam rem consiliumque locum omnem transferens v. 33. *einen geheimern erhabnern Sinn hat das alles, angewandt nehmlich auf Christum und die Gemeinde — aber* — Caeterum sunt interpretes alii, qui sententiam hanc loco inesse putant: *omnia potius deserenda esse homini, quam recedendum a religione Christi.* Verum est ille sensus, quantum video, alienus tum a loco Mosaico, tum a nostro; cum in utroque non uxor dicatur sequi maritum, sed maritus uxorem. τὸ μυστήριον h. *id quod habet sensum* μυστικὸν, *non ubivis obvium, a plerorumque lectorum intelligentia reconditum.* Simili sensu Judaei utuntur formulis his: סוד גדול. רזא יקירא. Sententiam ipsam huic Paullinae similem vid. in Jalkut Ruben. fol. 171, 4. *Iam antea docui te* סוד זיווג האדם עם אשתו הוא סוד זיווג תפארת ישראל בכנסת עוזו *mysterium conjunctionis viri cum muliere indigitare mysterium conjunctionis gloriae Israelis* (Jehovae) *cum synagoga roboris sui.* ἐγὼ δὲ λέγω formula locum superiorem accommodandi ad Christum, *ich meyne nehmlich:* εἰς Χριστὸν nolim jungere τῷ: λέγω, ut sit loco περὶ Χριστοῦ, sed retulerim ad superiora omnia μυστήριον μέγα ἐστί, et verterim: *ratione Christi.*

33. πλὴν *enimvero.* Particula, qua e mysticae interpretationis

οἱ καθ' ἕνα, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα οὕτως ἀγα-
πάτω ὡς ἑαυτόν· ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα.
VI Τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν ἐν κυ-
2 ρίῳ· τοῦτο γάρ ἐστι δίκαιον. Τίμα τὸν πατέρα σου
καὶ τὴν μητέρα· ἥ τίς ἐστιν ἐντολὴ πρώτη, ἐν ἐπαγ-
3 γελίᾳ· ἵνα εὖ σοι γένηται καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ
τῆς

tionis diverticulo, in quo hactenus versatus fuerat, denuo in viam redit Ap. Post οἱ καθ' ἕνα punctum posuimus, ut sit pro: κατ' αλληλες et subaudiatur εςε *So seyd auch ihr gegen einander.* Ad utrosque igitur pertinet cohortatio, maritos aeque ac uxores. εἱς pro ἑτερος poni in V. T. sollenne est. 1 Th. 5, 11. cf. 1 Cor. 14, 31. Simpliciter vero οἱ καθ' ἑνα pro παντες poni, quae est vulgaris loci nostri interpretandi ratio, mihi non constat. [Praestat tamen οἱ καθ' ἑνα intelligere *singulos*, obvio apud scriptores sensu, quanquam rarius, occurrat praemisso articulo. Est tamen apud Aelian. V. H. II. 1. οἱ των καθ' ἑνα καταφρονεις. Sensus: *Igitur etiam vos singuli, suam quisque uxorem diligite.* αγαπατω ad ἑκαςος retulit, pro αγαπατε. Post καθ' ἑν similiter additum ἑκαςος Xenoph. Cyrop. I. 6. § 19 καθ' ἑν δε ἑκαςον περι τετων σκοπων. et παντες 1 Cor. 14, 31. Pro puncto igitur comma reponendum esse videbatur.] ἱνα φοβηται pro φοβεισθω i. δει λω, ἱνα — cf. ad Gal. 2, 10. add. 1 Cor. 7, 29. 2 Cor. 8, 13. 1 Tim. 1, 3. Φοβεισθαι τον ανδρα *revereri maritum* id. q. ὑποτασσεσθαι v. 22.

VI, 1. *Officia parentum et liberorum mutua.* εν κυριῳ i. q. 5, 21. εν φοβῳ χριςε. δικαιον: hebr. צדיק semper ad *voluntatem Dei* est referendum, non ad solam *aequitatem*. Verterim: *denn das will Gott.* Unde etiam sequitur expressum Dei praeceptum. cf. Col. 3, 20.

2. Exod. 20, 12. Deut. 22, 7. cf. Graecc. sententias has: ἱκανως βιωσεις γηροβοσκων τες γονεις. et ελπιζε τιμων τες γονεις πραξειν καλως add. Prov. 13, 1. τιμαν ad *omnis generis pietatem*, etiam *eam, quae beneficiis continetur*, ref. ut Graeci saepius dicunt: τιμαν τον ιατρον *praemiis afficiendum esse medicum.* Parenthesin, qua ἡτις — εν επαγγελιᾳ solent includi, delevimus; sensu procedente, nisi fallimur, faciliore. Est vero εντολη πρωτη non praeceptum *primum*, (quae versio sola locum aliis facilem obscu-

τῆς γῆς. Καὶ οἱ πατέρες, μὴ παροργίζετε τὰ τέ- 4
κνα ὑμῶν, ἀλλ' ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθε-
σίᾳ κυρίου.

Οἱ δοῦλοι, ὑπακούετε τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα, 5
μετὰ φόβου καὶ τρόμου, ἐν ἁπλότητι τῆς καρδίας
ὑμῶν

obscurum reddidit) sed *princeps, gravissimum* Matth. 22, 38. 39. *ein sehr wichtig Gebot.* cf. Samuel R. V, 11. *Honora patrem et matrem: maximum est praeceptum, et merces eius est vita longaeva.* εν επαγγελιᾳ *addita promissione hac:* ἱνα ευ σοι γενηται — γης sunt, verbum de verbo, ex vers. Alex. expressa. In hebraico prius membrum deest; repetitumque videtur ex loco altero Deut. 22, 7. למען ייטב לך. μακροχρονιος — יאריכו ימיך. In loco Deut. substitutum legitur πολυημερος. την γην האדמה in contextu Mos. de *terra Israelitarum*, in Paullino de *vita ipsa in his terris*, accipiendam esse, quisque videt.

4. και *vicissim vero.* μη παροργιζετε *nimis duriter tractando.* cf. ad 4, 26. Synonymum est ερεθιζετε Col. 3, 21. εκτρεφειν *educare.* παιδεια *omnem disciplinam puerilem* complectitur, sive illa fiat exemplo, sive beneficiis, sive admonitionibus, sive denique poenis. Plane synonymum est νουθεσια, *informatio animi ad honesta quaevis*, hebr. מוסר Job 5, 17. νουθετημα. 1 Sam. 3, 13. Eli ουκ ενουθετει τους παιδας αυτου. Utrique junctum vocab. κυριου, sensu hoc: *accommodate ad praecepta religionis Christi.*

5 sqq. *Officia servorum et herorum.* Neque enim sublatam vult Ap. inter Christianos conditionem servilem, ne tempore quidem suo, quo tamen inter Graecos et Romanos, servis tanquam mancipiis utendi mos ubique regnabat; sed utrosque dominos et servos, ut officio quisque suo satisfaciant, cohortatur. οι κυριοι κατα σαρκα *heri, quales sunt in his terris.* κατα σαρκα redundat, sed addidit Apost., quia alius est ὁ κυριος Christianorum, proprie et κατα πνευμα, *Christus.* cf. ad Gal. Exc. 9. p. 142. vid. Col. 3, 22. 24. 4, 1. φοβος et τρομος, חרדה יראה, sunt mere synonyma. Utrumque in V. T. voci יהוה junctum adhibetur in significatione *pietatis, reverentiae erga Deum.* De priori loca sunt innumera, de posteriori vid. Ps. 36, 2. cf. etiam רעדה Ps. 2, 11. Ratio usus loquendi posita est in eo, quod *omnis religio Iudaeorum* inprimis *cogitatione et admiratione potentiae divinae* ideoque

ὑμῶν, ὡς τῷ χριστῷ· μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν ὡς
6 ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ' ὡς δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ, ποι-
7 οῦντες τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ· ἐκ ψυχῆς, μετ' εὐνοίας,
δου-

VARIAE LECTIONES.

v. 5. Pro χριστῳ legunt κυριῳ A. 17. 39. 47. Ed. *Colin.* Vers. *Copt.* probb. *Bengel.* et V. *Griesb.*

que etiam *poenarum divinarum metu* continebatur. cf. ad Gal. Exc. 4. p. 113. Similiter igitur formulam μετα φοβου και τρομου in locis iis, in quibus verbo ὑπακουειν similibusque jungitur, accipiendam arbitror: *summa cum reverentia, mit aller Ehrfurcht.* cf. 2 Cor. 7, 15. Si tamen conferas Col. 3, 22. hoc nostro loco forte etiam ad *ipsam erga deum pietatem*, unde omne servorum erga dominos obsequium proficisci debet, referenda videri posset. Prorsus alia vero eidem formulae significatio inesse videtur in locis caeteris 1 Cor. 2, 3. et Philipp. 2, 12. ad quae ipsa vide notata. εν ἁπλοτητι της καρδιας *candide, sine ulla fraude*, hebr. ישר לבב 1 Paral. 29, 17. cf. Sap. 1, 1. 2 Cor. 1, 12. Similiter Graeci. ὡς τῳ χριστῳ, qui eminentiore sensu est dominus Christianorum; nisi forte ipsum κυριῳ scripserat Apostolus. vid. var. lect.

6. μη κατ' οφθαλμοδουλειαν Col. 3, 22. Similiter latine *auribus et oculis servire* dicuntur, qui recte et honeste tum tantum agunt, cum conspiciuntur audiunturque. ανθρωπαρεσκοι, αρεσκοντες h. ζητουντες αρεσκειν (cf. Gal 1, 10.) τοις ανθρωποις *tanquam hominum gratiam captantes.* εκ ψυχης i. q. supra εν ἁπλοτητι της καρδ. et mox μετ. ευνοιας, *lubenter.* Theophyl. εκ πασης της δυναμεως και προθυμιας. cf. Rom. 13, 5. ου μονον δια την οργην, αλλα και δια την συνειδησιν. μετ' ευνοιας. Thom. M. ευνοια και απο του ελαττονος προς τον μειζονα, και απο του μειζονος προς ελαττονα. Eandem ευνοιαν servis erga dominos saepe tribuunt etiam Graeci et Romani scriptores. Lucian. in bis accusat. p. 321 ανδραποδον ευνουν και πιστον. Aristot. de rep. V. c. 11. *servi et mulieres* ευνους εισι τυραννισι. Seneca de benefic. l. 3, 20. *servus benevolentia erga dominum fortunae suae modum transiit.* Caeterum locum paullo aliter interpungendo, εκ ψυχης e v. 6, ut μετ' ευνοιας, ad δουλευοντες versu nostro retulimus. ὡς τῳ κυριῳ. cf. 1 Petr. 2, 16.

8. τουτο κομιειται (Fut. Atticum a κομιζεσθαι) brevius dictum pro τον μισθον τουτου κομ.

δουλεύοντες, ✠ τῷ κυρίῳ καὶ οὐκ ἀνθρώποις· εἰδότες, 8
ὅτι ὃ ἐάν τι ἕκαστος ποιήσῃ ἀγαθὸν, τοῦτο κομιεῖται
παρὰ τοῦ κυρίου, εἴτε δοῦλος, εἴτε ἐλεύθερος. Καὶ οἱ 9
κύριοι, τὰ αὐτὰ ποιεῖτε πρὸς αὐτοὺς, ἀνιέντες τὴν
ἀπειλήν. εἰδότες, ὅτι καὶ ὑμῶν αὐτῶν ὁ κύριός ἐστιν
ἐν οὐρανοῖς, καὶ προσωποληψία οὐκ ἔστι παρ' αὐτῷ.
Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου, ἐνδυναμοῦσθε ἐν κυρίῳ 10
✠ ὡς καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 7. ὡς ante τῳ κυριῳ addunt A. D. a pr. m. F. G. 1. 6. 10. 17. 23. 31. 33. 35. 36. 37. 38. 43. 46. Ed. *Complut. Plantin. Bezae.* 3. 4. 5. E. *Schmid. Griesbach.* Verſ. *Syr.* utr. *Erp. Copt. Aeth. Vulg. It. Conſtitut. Baſil. Chryſ. Damaſc. Euthal. Anton. Hieron. Ambroſiaſt. Pelag.*

κομ. Lat. *haec referet* pro: *factorum praemia haec referet.* cf. Col. 3, 25. 2 Cor. 5, 10. κυριος poteſt *Deus*, et *Chriſtus* eſſe. ειτε δȣλος – cf. 1 Cor. 7, 22. 12, 13. Gal. 3, 28. Col. 3, 11.

9. και *contra vero.* τα αυτα ποιειτε h. και αυτοι ευνοιαν παρεχετε τοις δουλοις ὑμων. ανιεντες απειλην (cfr. Levit. 25, 33.) *deſinite duriter tractare eos, ut antea; ſchafft ab alles drohende Poltern.* Sic Epictet. Enchirid. 54. dicit: ανιεναι την αιδω την των αλλων προς ἡμας, *facere, ut alii minus nos revereantur, quam antea.* προσωπολ. – αυτῳ *qui in judicandis vobis non cupidus erit, non externae dignitatis rationem habebit.* De voce προσωποληψιας vid. ad Gal. 2, 6.

10. Finitur tandem epiſtola cohortatione graviſſima, ut conſtantes ſint Chriſtiani in religione; inter ſummas etiam calamitates, quibuscum, ſuo inprimis tempore, luctandum eſſe homini Chriſtiano non diſſimulat Apoſtolus. Expreſſa vero eſt cohortatio ſimilitudine militis, qui corpore undique armato ſtrenuus in aciem procedit cum hoſte quolibet, omniaque perfert, donec aut inter pugnandum cadat, aut victor proelio excedat. cfr. locum ſimilem 1 Th. 5, 8. ibique notata. 2 Cor. 10, 4. cf. etiam Sap. 5, 18–22. το λοιπον particula properantis ad finem. ενδυναμȣσθε *fortes, ſtrenui eſtote.* Eſt verbum late patens, quod *omnem virtutem in ſuſtinendis repellendisque* calami-

11 καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ· ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι

calamitatibus cum religionis professiqne conjunctis complectitur. cf. 2 Tim. 2, 1. Pf. 52, 7. ed. Gr. εν – αυτȣ hebr. ביהוה ובעוז הגבורתו *per Deum ejusque potentem vim.* cf. 1, 19.

11. πανοπλια Job. 39, 20. 2 Sam. 2, 21. Hebr. חליצה, *omnis generis arma, quibus corpus militis tegitur.* vid. locum insignem Polybii VI, 21. Hesych. παντευχια. πανοπλια ΘΕΟΥ. Nempe, quicquid est in homine Christiano virium, ut constans sit in religione, id debet Deo, s. quod idem est, πνευματι ἁγιῳ. cf. ad Gal. Exc. 5. *die Gottes-Rüstung.* Praeterea inest etiam in voce θεȣ significatio *vis insignioris*, qua inprimis indigere hic dicitur Christianus, quia non cum *homine*, sed cum *Satana ipso*, ei esse pugnandum, statim monebit Ap. cf. v. 12. στηναι proprium militiae voc. *stare contra hostem, non fugere.* Similiter στηναι opponit τῳ φευγειν Xenoph. H. G. V, 439. ȣδεις ιστατο αλλα παντες εφευγον. τον διαβολον h. l. *Satanam, Daemonum improborum, qui Christianum nomen infestant, ducem atque principem,* intelligendum esse, vel oppositorum θεȣ et διαβολȣ ratio suadet. cf. ad 4, 27. et de opinione ea, qua *omnis calamitas, quam propter religionem perferebant Christiani,* ad hos *daemones improbos*, maximeque ad *Satanam*, refertur, vid. ad 1 Th. 2, 18. cf. Apoc. 12, 12. 1 Petr. 5, 8. 9. διαβολος, a διαβαλλειν, quod tamen non tantum est *calumniari*, sed omnino: *decipere* vid. Aristoph. Av. V. 1647. διαβαλλεται σε ὁ θειος. ubi Schol. τῳ διαβαλλεσθαι χρωνται αντι τȣ εξαπαταν, ὡς και Αρχιππος εν πλȣτῳ – τον γαρ γεροντα διαβαλλομαι. v. Lamb. Bos ad h. l. Adde ex Alberti Obss. Galenum in Lex. Hippocr. διεβληθησαν, εξηπατηθησαν, Hesych. διεβαλλοντο, εξηπατησαν. Aristophanem, qui in Equit. πανουργοτατον κ. διαβολωτατον jungit et huic tribuit το: εξαπαταν. Saltem facilior haec videtur nominis ad Satanam translati origo, quam vulgaris, *a calumniando;* maxime si conferas 2 Cor. 11, 3. μεθοδειαι, *artes pugnandi insidiosae.* cf. ad 4, 14. add. 2 Macc. 13, 18. Esther in argum. epistolae c. 8. πολυπλοκοι μεθοδων παραλογισμοι. Sententia denique totius versus verbis propriis et planis expressa haec est: *utimini instrumentis viribusque singulis, divinitus vobis concessis, ut resistere possitis illecebris ac calami-*

καὶ πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου· ὅτι οὐκ 12
ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ
πρὸς

lamitatibus iis, quibus ad deserendam religionem Christi sollicitari soletis.

12. παλη pro universo μαχη. αἱμα και σαρξ sensu maxime proprio accipio: *homines nostri similes, corpore et sanguine constantes,* (οἱ της αυτης φυσεως ἡμιν κεκοινωνηκοτες. cf. Polyaen. l. 3, 11. p. 388.) adjuncta quidem utique notione *infirmitatis, non tamen ejus, quae est in hominibus ignobilibus et imbecillis,* quasi hi contrarii *potentioribus* dici possent αἱμα και σαρξ, cuius usus loquendi adhuc desideratur exemplum; sed *ejus, quae est communis ipsi hominum atque adeo animalium quorumvis in his terris naturae.* vid. ad Gal. Exc. 9. cf. 1 Cor. 15, 50. Heb. 2, 14. παλη ΠΡΟΣ σαρκα. – cf. Herod. I. 17. ȣ προς ανδρας ἡμιν γινεται ἡ μαχη. αρχαι, εξȣσιαι, κοσμοκρατορες mere synonyma. Esse vero *daemones* intelligendos, *tum* ipsa, saepius a nobis notata, Apostoli de daemonum in Christianos hostili odio, cogitandi et scribendi ratio; (cf. ad 2 Th. 2, 9. alibi) *tum* quod praecesserat v. 11. διαβολου nomen, *tum* oppositum σαρξ και αἱμα ex interpretatione modo proposita, *tum* denique, quae sequuntur, formulae πνευματικα τ. πον. εν τοις επȣρανιοις, et βελη τȣ πονηρȣ v. 16. ex nostro quidem sensu, si solam grammaticam rationem sequi velis, necessario postulare videntur. Voce κοσμοκρατορος a Judaeis in suam linguam recepta, inprimis de Satana utuntur eorum doctores. vid. Vajikra R. 18. fol. 161. 3. *quo tempore Israelitae steterunt ad montem Sinai, Deus vocavit angelum mortis, ipsique dixit: Quamvis te feci* קוזמוקרטור κοσμοκρατορα *super homines, nulla tamen tibi in hanc gentem potestas est, quia sunt filii dei.* cf. etiam Jamblich. de myst. Aegypt. Sect. 2, 3. pag. 41. κοσμοκρατορες *sunt daemonum archontum illi, qui sublunaria gubernant,* οἱ τα ὑπο σεληνην ςοιχεια διοικȣντες. Et in Testamento Salomonis Daemones ipsi de se: ἡμεις εσμεν τα λεγομενα ςοιχεια, οἱ κοσμοκρατορες του σκοτους τουτου. vid. Gaulmin. ad Psellum de Operat. Daemon. pag. 113. Confer denique similes formulas αρχων τȣ κοσμȣ Jo. 14, 30. et θεος τȣ αιωνος τȣτȣ 2 Cor. 4, 4. Caeterum esse interpretes bene multos, qui, ut Satanae memoria, quantum ipsi quidem efficere possunt, ex locis

πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους = τοῦ αἰῶνος: τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

VARIAE LECTIONES.

v. 12. τȣ αιωνος omitt. A. D. a pr. m. F. G 17. Ed. *Griesbach.* Verſ. *Syr. Erpen. Syr. poſt.* cum aſteriſco *Copt. Aeth. Vulg. It. Clem. Ignat. Orig. Cyrill.* Baſil. *Nyſſ. Ath. Anton. Maxim. Tert. Cypr.* ut videtur, *Lucif. Hilar. Ambroſiaſt.* Hier. *Auguſt.* prob. *Millio.*

ibid. πνευματικα. Syrum legiſſe πνευματα putabat Grotius. Male; cum ſenſum potius verborum ſic expreſſiſſe, quam verbum ipſum aliter legiſſe ſit exiſtimandus. Legit tamen ſic Gregor. Nyſſenus, tom. II. p. 28.

ibid. Pro επȣρανιοις quidam ap. Photium legerunt υπȣρανιοις, haud dubie, ipſo etiam Photio ſic judicante in Amphiloch. Q. 144. ex correctione librarii, qui τα επȣρανια de *aëre* dici non poſſe arbitrabatur. Vox υπȣρανιος in N. T. nulla.

cis plerisque N. T. excludatur, admodum ſolliciti, etiam hunc omnem locum de *imperatoribus* et *magiſtratibus Judaeorum et Ethnicorum, proprie* (nam ſi *ſententiam ipſam* ſpectes, utique *illos ipſos homines malignos*, qui tamen *non ſoli per ſe*, ſua calliditate et vi, ſed *ſpirituum improborum impulſu excitati eorumque vi confirmati vexare Chriſtianos* exiſtimabantur, intelligendos eſſe lubenter conſentio) interpretari ſoleant, res eſt notiſſima. σκοτος vulgo ſynonymum τȣ αερος exiſtimant 2, 2. quod ex linguae rationibus fieri poſſe, ſupra vidimus; neque tamen eſt neceſſe. Poteſt enim σκοτος eſſe periphraſis *gentium non-Chriſtianarum*, inter quas dominari daemones improbos perpetua eſt Apoſtoli doctrina cf. 2, 2. Ita vero τȣ σκοτȣς proprie pertineret ad κοσμον, latentem in voce κοσμοκρατορας, et formula omnis κοσμοκρατορες τȣ σκοτȣς τȣτȣ (vid. var. lect.) reſolvenda eſſet in hunc modum: κρατȣντας τον κοσμον τȣ σκοτȣς τȣτȣ. h. τον κ. τȣτον, τον εν σκοτει περιπατȣντα. cf. 5, 8 ſqq. De voce αιωνος, ſi vera lectio eſt, vid. ad Gal. Exc. I. τα πνευματικα pro: τας φυσεις πνευματικας l. τα πνευματα, (ut contraria ratione τα πνευματα pro οἱ πνευματικοι 1 Cor. 12, 10) oppoſita σαρκι κ. αἱματι h. σαρκικοις. Similiter Graeci adjectivis utuntur loco ſubſtantivorum v. c. Hom. Odyſſ. λ, 39. παρθενικοι pro παρθενοι. cf.

υἱοῖς. διὰ τοῦτο ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ 13
Θεοῦ, ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονη-
ρᾷ, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι. στῆτε οὖν, 14
περι-

cf. etiam formulas has: τὸ ἱππικὸν, ϛρατιωτικὸν, ναυτικόν. ſubintell. ταγμα. unde πνευματικον ταγμα της πον. foret: *das Heer böſer Geiſter.* της πονηριας pro πονηρα ex hebr. ratione ſubſtantiva addendi ſubſtantivis in ſtatu conſtructo loco adjectivorum. εν τοις επουρανιοις *vel* i. q. εν τη βασιλειᾳ τȣ Θεȣ *in univerſa hac rerum natura, Chriſto olim ſubiicienda*, εν τῳ κοσμῳ, τῳ πληρωματι της εκκλησιας. *Vel* ſervato etiam hic uſu loquendi vulgari (ut τα επȣρανια ſc. μερη ſit i. q. ὁ ȣρανος *coelum ipſum* ut 1, 3. cf. ad 1, 10) *in coelo*, iam ex communi omnium linguarum uſu populari, poſito pro *aëre*; (cf. Plin. H. N. 2, 38. hunc quoque et hoc *coelum* appellabant majores, quod alio nomine *aëra*) in quo quidem collocati ſolere a Judaeis regnum Daemonum quorumlibet, proborum et improborum, effectum vide ad 2, 2.

13. δια τȣτο formula transeundi, qua redit Ap. ad cohortationem versus 11, interruptam quodammodo v. 12. αναλαμβανειν τα ὁπλα pro ενδυεσθαι, formula etiam apud Graecos ſollennis. cf. Diodor. Sic. 20, 33. Herodian. 2, 23. αναλαβοντες τας πανοπλιας, ὡς, ει θεοι, πολεμησαντες. Philo de vita Moſ. 3, p. 694. ξιφος ἑκαϛος ὑμων αναλαβων εφορματω εν τη ἡμερα τη πονηρα *quum advenerit tempus illud fidei et virtuti veſtrae periculoſum.* cf. ad 5, 16. Videntur etiam hic Apoſtolo in mente haeſiſſe tempora ea, quibus proxime ante adventum ſollennem Chriſti errores et calamitates inſignes Chriſtianis eventurae exiſtimabantur. vid. ad Th. Exc. 2. p. 230 ſqq. ϛηναι ἁπαντα κατεργασ. *ut conſtantes ſitis in pugnanda, donec victores evaſeritis.* ἁπαντα vulgo pro neutro plur. accipitur, (ἁπ. κατεργασ. *omnibus rite perfectis*) poteſt vero etiam eſſe ſingularis maſculinus, idque praefero fere propter verbum κατεργαζεσθαι. Sollennis enim in re bellica eſt formula haec: κατεργαζεσθαι τινα, *debellare aliquem.* cf. Appian. bell. Parth. p. 291. τȣ κατεργαϛασθαι παρθȣς. Dion. Halic. Antiqu. 9, p. 577. τῳ πληθει των βελων ἁπαντας κατειργασατο. Senſus tum hic prodit: *ut victo hoſte quolibet ſtationem veſtram tueri poſſitis. Daß ihr gegen jeden Feind als Sieger das Feld behalten möget.*

14. 15. Jam cohortationem eandem partibus πανοπλιας ſingulis commemorandis et ad Chriſtianam virtutem accommodan-

περιζωσάμενοι τὴν ὀσφῦν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐνδυ-
15 σάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, καὶ ὑποδησά-
μενοι

modandis copiosius repetit et mirifice ornat Apost. στητε ουν. *Estote igitur constantes, forti animo exspectate hostem.* περιζωσαμενοι οσφυν. 1 Macc. 3, 58. ζωστηρ l. περιζωμα אזור pars armaturae veteris, propter vestes laxiores et demissiores, ne incommode huc illuc diffluere possent, necessaria. θωραξ heb. שרין Es. 59, 17. lat. *lorica tegens pectus.* ὑποδησαμενοι τους ποδας sc. κρουνημισι *ocreis militaribus.* Jam his tribus armaturae generibus respondent vocabula totidem, cum istis quodammodo comparata, αληθεια, δικαιοσυνη, ἑτοιμασια του ευαγγελιου της ειρηνης. Quaerunt interpretes, utrum differant illa invicem, ita quidem, ut singulae voces singulas Christianorum virtutes exprimant; an vero sint mere synonyma unius ejusdemque virtutis, aucta propterea, quod semel armaturam non uno vocabulo expressam, sed partibus singulis descriptam ponere Ap. coeperat. Qui illud praeferunt, quod faciunt plerique, in explicanda singulorum vocc. significatione admodum variant. vid. ipsos. (communem plerisque vidi rationem hanc, ut cum Grotio αληθειαν, *veritatem, sinceritatem, mendaciis* oppositam, δικαιοσυνην *in agendo honestatem,* ἑτοιμασιαν τ. ε. *studium exsequendi et propagandi Evangelii* intelligerent.) Qui hoc, singula ista: περιζωσ. – ειρηνης ornate et copiose dicta accipiunt pro simplici ὁπλισθεντες εν αληθειᾳ, ipsum vero αληθεια et δικαιοσυνη ex hebr. אמונה, אמת et צדק, צדקה l. *de omni virtutis Christianae ambitu*, inprimis vero accommodate ad hujus loci contextum, *de constantia in religione Christi* (de qua sola omnis hic locus agere videtur) l. cum b. Zachariae de *religione ipsa* interpretantur. cf. Es. 11, 5. 59, 17. Confirmat, nisi fallor, utramque hanc *posteriorem* interpretandi rationem, ipsum tertium vocabulum: ἑτοιμασια του ευαγγελ. Nempe ἑτοιμασια, ut adject. ἑτοιμος, (etymi et omnino graecitatis in hoc verbo nulla prorsus habenda est ratio) respondet hebr. כן, מכון, nominibusque caeteris a הכין, כון formatis. Est vero his verbis hebraicis propria significatio *firmitatis, constantiae*; unde de *basi, fundamento* aedium et s. p. sollennis vox מכון Esr. 2, 68. 3, 3. Ps. 89, 15. quam eandem vertunt, his iisdem locis, Alexandrini ἑτοιμασιαν. Tum vero ejusdem radicis verba alia transferuntur ad *constantiam* et *firmitatem animi.* cf. Ps. 112, 7. נכון לבו *constans animo,*

μένοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰ-
ρήνης· ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πί- 16
στεως,

animo, quod ipsum Alexandr. vertit ἑτοιμη καρδια. Unde την ἑτοιμασιαν τȣ ευαγγελ. utique l. *constantiam in tuenda religione Christi*, l. *religionem adeo ipsam, certam illam quidem, et fundamento, cui firmiter insistere possis, similem* (vid. Zachariae paraphrasin) interpretari non dubito; utram tamen ex hac posteriore duplici ratione praeferam, adhuc nescio. De voce ευαγγελιȣ vid. ad Gal. 1, 6. ειρηνη, שלום i. q. ευδαιμονια, unde ευαγγ. της ειρ. *die heilbringende Religion I. C.* cf. Es. 52, 7. (ad quem locum videtur hic respexisse Ap. cf. Rom. 10, 15.) ubi שלום, טוב ישועה sunt aperta synonyma. Tandem observetur et hoc, postrema τȣ ευαγγελιȣ της ειρηνης, secundum interpretationem eam, quam modo probavimus, non ad solam ἑτοιμασιαν, verum etiam ad priora αληθειαν et δικαιοσυνην referenda videri.

16 sqq. Proxime superiora vel *constantiam ipsam in religione servandam* postulaverant vel, ut tenere eam firmiter posses, commendaverant generatim *usum religionis ipsius universae*; in his, quae jam sequuntur, eodem consilio commendantur *sensus quidam singulares*, quibus eadem constantia animo servari possit; nempe his: ut *confidant Christi promissionibus*, ut *spem* inprimis *reditus ejus futuri in se alant*, ut denique *cogitandis poenarum divinarum, quibus hostes eorum olim multandi sint, comminationibus* in quolibet cum gravissimis hostibus conflictu se consolentur. επι πασιν. vulgo pro επι παντων accipitur, vertiturque *super istis omnibus* h. *praeter ista omnia* sc. armorum genera. Sed dubito, an ad hunc sensum exprimendum omitti potuisset τȣτοις l. simile quid. Malim vertere l. *omnino, liberall, auf jeden Fall* (h. quisquis hostium vos incessat) l. quod fere eodem redit, *ante omnia, vor allen Dingen*. θυρεος i. q. ασπις (quid θυρεος apud Homerum Od. ι, 240. in Cyclopis specu significet, ad hunc locum nihil pertinet). De discrimine inter utrumque voc. constituendo magnopere solliciti sunt interpretes. cf. Alberti in Observ. ad h. l. nec, fuisse antiquitus inter ea discriminis aliquid, negari potest. Quicquid vero illud fuerit, Paullum saltem de eo non cogitasse, sed *speciem clypei* pro *clypeo quovis* (Hesych. θυρεος, ειδος ασπιδος) posuisse, cuivis apparet. πιςις *fiducia in Iesu Christi*

στεως, ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ

Christi vi et benignitate, qua et potest et vult eripere suos e calamitatibus, collocata. εν ω - σβεσαι. Sententia haec: *quam fiduciam si teneatis, quaslibet, etiam gravissimas, calamitates laeto et hilari animo ita perferetis, ut nocere vobis nulla ratione possint.* βελη, οἱςοι, *tela, sagittae.* βελη πεπυρωμενα. De *telis ignitis* (lat. *malleolis* f. *falaricis*) apud veteres loca plura collegit Wetsten, v. c. Thucyd. 2, 75. πυρφοροι οἰςοι, Ammian. Marcell. 23. 4. "Malleoli teli genus figurantur hac specie. Sagitta est cannea inter spiculum et arundinem multifido ferro coagmentata, quae in muliebris coli formam concavatur, ventre subtiliter et plurifariam patens. Atque in alveo ipso ignem cum aliquo suscipit alimento, et sic emissa lentius arcu invalido (ictu enim rapidiore exstinguitur) si haeserit usquam, tenaciter cremat." cf. Casaubon. ad Aeneae Tact. p. 103. Ipsa formula βελη πεπυρωμενα occurrit ap. Apollodor. Bibl. 2, 4. Ἡρακλης την ὑδραν - βαλων βελεσι πεπυρωμενοις ηναγκασεν εξελθειν. cf. etiam Pf. 14. חצים דלקים. Sunt denique qui interpretantur πεπυρωμενον, *venenatum*, sed contra omnem usum loquendi. 'τε πονηρε synonymum τε διαβολε v. 11. in N. T. satis frequens. cf. Matth. 13, 19. 38. coll. 39. 1 Jo. 2. 13. 14. 5, 18. βελη τε πον. πεπ. si sententiam ipsam quaeras: *calamitates atrociores ab hostibus Christianorum, qui quidem spirituum improborum consiliis et vi reguntur, Christianis inflictas* esse intelligendas, plerique interpretes consentiunt. σβεννυειν τα βελη positum propter πεπυρωμενα: *tela ignita* non repellenda tantum sunt, sed, ne delapsa nocere possint, penitus exstinguenda. Si a tropo discesseris, sententia haec: *nulla vis amplius erit calamitatum etiam atrocissimarum ad religionem animis vestris eripiendam.* cf. 1 Jo 5, 4. Caeterum frustra sane quaeritur, quomodo clypei veterum exstinguere potuerint tela ignita; quod quidem vulgo interpretes *scutis ex corio bubulo aqua aut aceto macerato confectis*, alii *scutis aeneis* tribuendum existimant. Neutrum scio an commode satis cogitari possit. Etiamsi vero clypeorum in bello ea vis non fuisset, potuit tamen haud dubie Apostolus, qui omni hac clypei similitudine eo tantum consilio utebatur, ut eam ad sensum alium deflecteret, vim aliquam insignem militique scutigero admodum fructuosam, si vel maxime in clypeis, qui proprie tales sunt, inaudita ea fuisset

τὰ πεπυρωμένα σβέσαι· καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σω- 17
τηρίου = δέξασθε: καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος,
ὅ

VARIAE LECTIONES.

v. 17. Pro δεξασθε legunt δεξασθαι A. D. ex emend. 35. 37. 39. 43. 49. 59. 63. Ed. *Erasm.* 1. *Ald. Cyprian.* plane omittunt δεξασθαι D. a p. m. F. G. *It. Tertull. Cypr. Lucif. Ambr. Vigil.* prob. *Millio*, probabile judicante V. *Griesbach.*

fuisset atque nulla, suo tamen ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ θυρεῷ sine ulla dubitatione tribuere. In tropis enim ad subtilioris veritatis modulum omnia metiri velle, quis tandem probaverit? Confer tamen denique, si tanti res videtur, fabulam Judaeor. de *clypeo Davidis* מגן דוד contra incendia facto et verbis Num. 11, 2. inscripto, cujus adeo figura repetita ipsas flammas exstingui posse arbitrabantur, apud Fabricium in Cod. Pseudepigr. V.T. p. 1008. 1009.

17. τῃ πισει universae jungit Apostolus partem quandam singularem ejus, *spem felicitatis aeternae*, olim, si constantes fuerimus, reportandae. Comprehenditur ea voce σωτηριε pro σωτηριας (cf. Luc. 2, 30. 3, 6. Act 28, 28) idque pro ελπιδος της σωτηριας cf. 1 Th. 5, 8. Comparatur vero haec spes τῃ περικεφαλαια *galeae* (cfr. Es. 59, 17. כובע ישועה בראשו) non, quod in hac major quaedam cum spe Christianorum similitudo esset, quam in clypeo aut thorace, et sic porro; (in quas argutias miror descendisse h. l. ipsum Grotium, qui: *caput*, inquit, *inter praecipua tuendum militi, tum quia lethales sunt ictus qui in eam partem cadunt, tum, quia toti corpori imperat. In capite nostro mens est, quam falsis doctrinis seduci non patitur spes illa vitae aeternae, quae solide in nulla alia doctrina praeterquam in evangelio revelatur.*) sed quod caeteris armaturae partibus jam recensitis hanc unam praecipuam quandam partem adhuc superesse Ap. sentiebat. vide, et ad hunc ipsum locum transfer, quae scripsimus ad 1 Th. 5, 8. μαχαιρα τε πνευματος idem quod μαχαιρα τε θεε (cf. v. 11. πανοπλιαν τε θεε). το πνευματικον enim et το θειον in N. T. synonyma sunt. cf. ad Gal. Exc. 5. Inesse vero in utroque hoc epitheto πνευματος et θεε simul *roboris virtutisque insignioris* significationem, notatione non indiget. cf. ad v. 11. Verterim: *Das Geistesschwerdt* l. *das mächtige Gottesschwerdt.* Alii in ipsa voce πνευματος descriptionem gladii quaerunt, ita

 quidem

18 ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ. διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεή-
σεως προσευχόμενοι ἐν παντὶ καιρῷ ἐν πνεύματι· καὶ
εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει
καὶ

VARIAE LECTIONES.

v. 18. τουτο omittunt A. G. 17. 31. Ed. *Colin.* *Chryfoft.* *Bafil.* *Damafc.* probb. *Millio* et Ven. *Griesbach.*

quidem ut δεξασθε μαχαιραν τυ πνευματος pofita videantur pro: το πνευμα δεξασθε, ὡς μαχαιραν. Sed obftant huic rationi quae fequuntur: ὁ εστι ρημα θευ, quae quidem durisfime ad πνευμα tantum, multo facilius ad formulam omnem μαχαιρα τυ πνευματος referri poffe videntur. ρημα θευ nec *doctrinam evangelii omnem*, nec cum aliis *promiffiones divinas* intelligere poffum. Utrumque enim, quomodo τῃ μαχαιρᾳ comparari poffit, qua utendum fit Chriftianis non ad fe defendendos (cui ufui inferviunt *galea, clypeus* caet. non *enfis*) fed *ad hoftes feriendos et vulnerandos et profternendos*, equidem non video. Quid igitur, fi fint ρημα θευ *comminationes divinae de hoftibus Chriftianorum improbis et incredulis puniendis?* Saltem has apte fatis enfi comparari *poffe*, quisque videt; vereque etiam eidem alias ab Apoftolo comparari, locus evidens eft, noftrique etiam quoad verba fimilis Hebr. 4, 12. Conferri etiam quodammodo poffunt Apocal. 1, 16. 2, 12. itemque Jef. 11, 4. Apoc. 2, 16. 19, 15.

18. Tandem *preces* commendantur Chriftianis, tum in fuis ipforum calamitatibus, tum pro caeteris Chriftianis ipfoque Apoftolo affidue ad Deum faciendae; ut eripiantur his vexationibus, docendaeque et ulterius propagandae religionis occafio Apoftolo praebeatur. προσευχομενοι hebr. pro προσευχεσθε δε. προσευχη et δεησις mere fynonyma רנה ותפלה 2 Paral. 6, 19. תפלה ותחנונים Dan. 9, 3. δια προσευχ. προσευχεσθαι formula hebraica, fimilis illi מות יצות, aliis. δια πασ. προσ. pro: παντως vel εκτενως προσευχομενοι *quovis modo et tempore* l. *ardenter* precantes. Pofterius praefero; prius enim fere exprimitur his: εν παντι καιρῳ h. vel noftrum: *unter allen Umftänden*, quicquid vobis evenerit: l. fimpliciter: *affidue*, quod alias dicitur αδιαλειπτως προσ. 1 Th. 5, 17. παντοτε πρ. Luc. 18, 1. εν πνευματι vel poffunt ad ipfum *Sp. divinum* referri, qui in animis Chriftianorum excitat in precando

καὶ δεήσει περὶ πάντων τῶν ἁγίων, καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ, 19
ἵνα μοι δοθῇ λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου, ἐν
παῤῥη-

VARIAE LECTIONES.

v. 19. δοθῇ (pro vulgarium edd. δοθείη) leg. A. D. E. F. G. 1. 2. 4. 14. 17. 21. 23. 26. 27. 28. 30. 31. 32. 35. 37. 38. 39. 43. 44. 45. 46 47. 52. 55. 62. Ed. *Complut. Colin. Plant. Bengel. Genev. Bogard. Griesbach. Chrysost. Theodoret. Theophyl. Oecumen. Basil.* prob. *Wetsten.*

cando fiduciam Rom. 8, 26. cf. ad Gal. Exc. 5. p. 121. vel verti cum plerisque: *animo*, ut 5, 19. εν καρδια. Utrum praeferam, nescio. εις αυτο τυτο non ad ea quae proxime praecesserant δια πασης προσευχης – εν πνευματι, sed ad superiora omnia, quae de constantia in religione scripserat Ap. vel, quod idem est, ad ea quae sequuntur v. 19. ινα μοι δοθη caett. sunt referenda. *Atque hanc ipsam constantiam ut aliis etiam Christianis largiatur deus, precamini vos* — αγρυπνυντες rursus pro αγρυπνειτε. αγρυπνειν εν δεησει περι τινος pro αδιαλειπτως l. εκτενως δεισθαι ὑπερ τινος, *assiduum et sollicitum esse in precando.* cf. de voce αγρυπνειν Marc. 13, 33. Luc. 21, 36. Idem de *quavis cura* et *sollicitudine* dictum vide Hebr. 13, 17. Eadem assiduitas, idem studium exprimitur porro per: προσκαρτερησιν. cf. Act. 1, 14. 2, 42. 6, 4. Resolve locum omnem sic: αγρυπνυντες και προσκαρτερυντες εν παση δεησει. περι pro ὑπερ quod mox sequitur v. 19. cf. ad Gal. 1, 4. var. lect. οἱ ἁγιοι *Christiani* vid. ad 1, 1.

19. διδοται λογος τινι *facultas et occasio dicendi* (h. l. *docendae religionis.* λογος pro διδαχη) *conceditur.* Lucian. Jup. tragoed. 19. εγω δ', ει μοι μετα παῤῥησιας λεγειν δοθειη, πολλα αν, ω ζευ, εχοιμι ειπειν. Joseph. A. 17, 12. λογυ τοις Ιυδαιων πρεσβεσι δοθεντος. εν ανοιξει τυ σοματος – γνωρισαι invicem jungo. Possunt dicta videri redundanter pro γνωρισαι simpliciter, ex more veterum linguarum perpetuo, loquentem depingendi magis quam describendi. cf. Ps. 78, 2. Act. 10. 34. Si tamen loca plura comparaveris, v. c. Job. 32, 20. 2 Cor. 6, 11. inesse praeterea videtur formulae ανοιγειν το σομα significatio *libertatis* et παῤῥησιας *in dicendo.* Ipsum vero quod sequitur εν παῤῥησια, ut distinguatur ab illo, verti potest: *palam, libere, non vinculis constrictus in carcere latens* opp. τῳ: εν ἁλυσει. cf. Jo. 11, 54. το μυσηριον τυ ευαγγελιυ *doctrina J. C. hactenus recondi-ta,*

20 παῤῥησίᾳ γνωρίσαι τὸ μυστήριον τοῦ εὐαγγελίου, ὑπὲρ οὗ πρεσβεύω ἐν ἁλύσει, ἵνα ἐν αὐτῷ παῤῥησιάσωμαι, ὡς δεῖ με, λαλῆσαι.

21 Ἵνα δὲ εἰδῆτε καὶ ὑμεῖς τὰ κατ' ἐμὲ, τί πράσσω, πάντα ὑμῖν γνωρίσει Τυχικὸς ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς καὶ πιστὸς

ta, cf. ad 1, 9. etsi etiam hic ad *eam* potissimum *ejus partem, qua Ethnicos quoque in societatem regni Messiae adduci posse tradendum erat*, inprimis respexisse Apostolum, non improbabile videtur. cf. ad 3, 3. 4-9.

20. ὑπερ ȣ sc. τȣ ευαγγελιȣ h. *quia gentibus tradidi doctrinam Christi* cf. 3, 1. ἁλυσις *vincula* Act. 28, 20. 2 Tim. 1, 16. πρεσβευειν *legatione fungi*. (Aelian. V. H. 14, 39. πρεσβευειν ὑπερ ειρηνης 1, 21 πρεσβευειν ὑπερ πατριδος. Philo de leg. ad Caj. p. 1019. C. οἱ πρεσβευειν δοκȣντες, *qui legatione fungantur.*) quod idem est in loco nostro cum hoc: αποςολον ειναι τȣ χριςȣ. Unde πρεσβευειν ὑπερ τȣ ε. εν ἁλ. i. q. δεσμιον ειναι εν χριςῳ 3, 1. ἱνα — λαλησαι ref. ad αγρυπνȣντες εν δεησει ὑπερ εμȣ. εν αυτῳ sc. τῳ ευαγγελιῳ. ἱνα — παῤῥησιασωμαι — λαλησαι (haec invicem jungenda esse, commate post με posito indicavimus) pro ὡςε λαλειν (διδασκειν) με το ευαγγελιον τȣ θεȣ μετα παῤῥησιας, καθως αξιον εςι, *ut nihil meticulositate commotus reticere, nihil in gratiam hominum dicere videar.*

21. τα κατ' εμε sc. πραγματα, *res meas, quomodo se habeant.* i. q. τα περι ἡμων v. 22. cf. Coloss. 4, 7. Act. 24, 22. 25, 14. Similiter Graeci. Demosth. ep. 2. περι μεν των κατ' εμαυτον. Plane idem indicatur sqq. τι πρασσω *qua fortuna utar, wie mirs gehe.* cf. Aelian. V. H. 2, 35. et Perizon. ad eum locum. add. Arrian. Epict. I, 1. 18: τι πρασσει Φηλικιων ὁ αγαθος. Τυχικος diaconus Paulli, cujus nomen praeter hunc locum occurrit Col. 4, 7. 2 Tim. 4, 12. Tit. 3, 12. et Act. 20 4. quo loco Ασιανος h. *ex Asia proconsulari oriundus* dicitur. αδελφος κ. διακονος utramque non ad *Christiani nominis dignitatem*, sed ad *socii operam, quam Apostolo praestabat Tychicus*, referendum videtur. cf. 1 Th. 3, 2. εν κυριῳ pro δια τον κυριον. κυριȣ ἑνεκα, *in negotiis domini nostri I. Christi* πιςος διακ. *qui munere suo accurate, diligenter, candide fungitur. ein treuer gewissenhafter Diener.*

22.

πιστὸς διάκονος ἐν κυρίῳ· ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς 22
αὐτὸ τοῦτο, ἵνα γνῶτε τὰ περὶ ἡμῶν, καὶ παρακα-
λέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν.

Εἰρήνη τοῖς ἀδελφοῖς καὶ ἀγάπη μετὰ πίστεως 23
ἀπὸ θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ἡ χάρις μετὰ πάντων τῶν ἀγαπώντων τὸν κύ- 24
ριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ. ἀμήν.

Πρὸς ἐφεσίους ἐγράφη ἀπὸ ῥώμης διὰ τυχικοῦ.

VARIAE LECTIONES.

Inscriptionem omittunt Codd. antiquiores aut omnino aut ex parte. προς εφεσιυς A. D. E. a p. m. προς εφεσιυς επληρωθη D. ex emend. E. ετελεσθη επιστολη προς εφεσιυς F. G. εγραφη απο ρωμης προς εφεσιυς δια τυχικυ Ed. Erasmi. εγραφη ἡ προς εφεσιυς επιστολη απο ρωμης δια τυχικυ 3. προς εφεσιυς απο ρωμης δια τυχικυ 14. Conf. quae ad finem Epistolae ad Galatas notata fuerunt.

22. *ινα παρακαλεση τ. κ. ὑμ. ut consoletur vos de calamitatibus tum vestris tum meis.*

23. ειρηνη, αγαπη, πιστις. Ex hebr. vocc. שלום, אמת, חסד, similitudine possunt singula haec de *benevolentia divina*, quam Christianis apprecatur Ap. explicari. Sed cum illa ipsa salutis apprecatio sequatur v. 24. malim *diversa virtutum Christianarum genera* istis vocabulis comprehensa existimare. ειρηνη *concordia.* vid. ad 1 Th. 5, 23. αγαπη *liberalitas, omninoque beneficentia quaevis erga Christianos.* vid. ad Gal. 5, 6. πιστις *constantia in religione ipsa.* vid. ad Gal. Exc. 6. Germanice verterim sic: *Eintracht erfleh ich von Gott den Brüdern allen, und gegenseitiges Wohlwollen und standhaftes Vertrauen auf Christum.*

24. ἡ χαρις pro χ. θεȣ. — χαρις μετα παντων pro: χαιρετωσαν παντες. αγαπαν τον χ. *grato et beneficiorum memore animo colere Christum.* εν αφθαρσια aut cum Wetstenio ad χριστον refer: *Christum immortalem et gloriosum, unsern ewigen Messias*; aut cum Grotio τω: αγαπωντων junge pro αφθαρτως, verteque vel *constanter* (Luth. *unverrückt*), vel cum Erasmo, *sincere.* Sap. 2, 23. 6, 19. 12, 1. 18, 4. cf. ad Tit. 2, 7. var. lect. Durissima ratio videtur, si cum nonnullis referas ad ἡ χαρις, positumque existimes pro εις αφθαρσιαν.

EXCVRSVS I.

De formulae αιων ὑτος *et* αιων μελλων *similis Judaicae* עולם הזה *et* עולם הבא *in N. T. sensu.*

Fuit superiori seculo inter Theologos, *Witsium* inprimis et *Rhenferdium*, paullo vehementius agitata quaestio: utrum per αιωνα μελλοντα, עולם הבא, *dies Messiae* intelligendi videantur, nec ne? Negavit illud, formulamque omnem tantum ad *vitam*, quam nos dicimus, *alteram*, *post mortuorum resurrectionem demum futuram*, *aeternumque duraturam* restrinxit *Rhenferdius* in duplici dissertatione, recusa partim in *Meuschenii* N. T. ex Talmude illustrato, partim in *Millii* Collectione Opp. Rhenferdii; affirmavit *Herm. Witsius* in Dissertatione singulari, quae est Miscellaneorum Vol. I. Lib. II. Diss 6. repetita iterum in opere Meuscheniano. *Witsium* secuti sunt, ejusque sententiam partim defenderunt, partim ornarunt, *David Millius* in praefatione opusculis *Rhenferdii*, praemissa, et *Schoettgenius* in differt. singulari de seculo hoc et futuro, horis hebraicis T. I. annexa, quam postea locis nonnullis aliis locupletavit in hor. hebr. T. II. p. 23. sqq. Et horum quidem virorum doctrina et auctoritate effectum videtur, ut omnes, quantum scio, superioris nostraeque aetatis interpretes, in *Witsii* sententiam secederent, nec quisquam esset, qui de ejus veritate vel dubitare auderet. Neque tamen *Rhenferdius* vindicias sententiae suae scribere praetermisit, quibus a *Witsii* dubitationibus eam, quantum posset, defenderet; quam ipsam etiam repetitam invenies apud *Meuschenium* et *Millium*.

Si in qua opinione impugnanda et defendenda de verbis magis quam de re ipsa pugnatum fuit, profecto id accidisse videtur in controversia hac; ita quidem, ut, quomodocunque verba, *dies Messiae*, interpreteris, partim cum *Rhenferdio* partim cum *Witsio* consentire toto animo possis.

Quod

Quod ut appareat, antequam ad usum formulae hujus, qualis, in N. T. esse videtur, illustrandum accedamus, de formulis similibus hebraicis עולם הזה et עולם הבא ex usu loquendi scriptorum Judaicorum, ex quo omnia hic pendere, omnes existimant, praemittere nonnulla necesse erit. Primum igitur, quod omnes, quantum scio, neglexisse videntur, sunt loca plura in libris Judd. quibus utraque formula dici videtur de *tempore quolibet*, illa, עולם הזה, de *praesenti et praeterito*, haec עולם הבא de *tempore quovis futuro*, nulla singulari ratione habita nec *dierum Messiae* nec *resurrectionis mortuorum* et s. p. ideoque nec vertendae aliter videantur, quam, בעולם הזה *nunc* l. *tum*; et בעולם הבא *olim*. cf. ad Gal. Exc. I. eodemque refer e scriptoribus Judd. locum hunc: Tanchuma fol. 77. 3. *) *Dicit Jehova:* בעולם הזה (*isto quidem tempore*) *quoniam nuncii mei* (*missi ad explorandam terram Cananaeam*) *fuerunt caro et sanguis, decretum est, eos non intrare debere terram, at* בעולם הבא (*olim*) *ego mittam vobis nuncium meum subito, qui paret viam mihi.* „ Deinde vero, frequentissimum utique locorum genus in scriptis Judd. est hoc: quo non *tempus quodlibet* sed *certa temporum periodus* formula utraque exprimitur. Jam in hac quidem constituenda hactenus consentiunt omnes, etiam *Rhenferdius* cum *Witsio*:

1. *Tempus inter mortem hominis ejusque e mortuis resurrectionem interpositum* dici עולם הבא cf. Tanchuma fol. 52. עולם הבא לאחר שיצא האדם מן העולם הזה *seculum futurum est, quum exit homo e vita hac.* Helachot Teschuba. c. 8. העולם הבא אין לו גוף וגויה אלא נפשות צדיקים בלבד בלא גוף. *In seculo futuro non est corpus aut corporale quicquam, sed tantum animae justorum a corpore separatae.* vid. plura apud *Witsium* Miscell. I, p. 494.

2.

*) Scio, ex vulgari ratione aliter explicari etiam hunc locum; enimvero, ne ex illa quidem interpretatione quicquam vel pro *Rhenferdio* vel pro *Witsio* deduci posse, infra apparebit.

2. Similiter dici עולם הבא *seculum post corporum e mortuis resurrectionem futurum;* quam nos dicimus, *vitam aeternam.* Locus insignis, unde simul inter Judaeorum etiam doctores de vocc. harum significatione dubitatum fuisse apparet, est *Manassis Ben Israel de resurr. mortuorum* lib. 3, c. 1. *Rabbi Joseph Albo*, inquit, *conatus est dissentientes de hujus formulae vi doctores sic conciliare, ut eam dupliciter exponi posse doceret: tum de seculo, quo animae vivent post mortem, tum de altero post resurrectionem proxime insecuturo; posteriorem significationem confirmans loco hoc:* אין ערוך לך יהוה אלהינו בעולם הוה (in hac vita) אפס אין זולתך מלכנו לחיי העולם הבא (in vita altera) בלתך גואלנו לימות המשיח (tempore Messiae) ומי דומה לך מרשיענו לתחית המתים (tempore, quo resuscitati vivent mortui); quo loco עולם הוה et ימות המשיח, vicissim vero עולם הבא et תחית המתים pro synonymis accipienda esse, quisque videt. Idem apparere etiam clarius videtur eidem Manassi ex loco in tractatu Sanhedrin, quo dicitur *nemo eorum, qui negant resurrectionem, futuri seculi esse particeps futurus, addita ratione hac:* הוא כפר בתחית המתים לפיכך לא יהיה לו חלק בתחית המתים *quicunque negat resurrectionem mortuorum, hoc ipso quod eam negat, non erit particeps resurrectionis.* Ita Judaeus, cujus sententiam probat *Witsius*; posse tamen locum hunc etiam aliter explicari, et ad tempora Messiae referri, apparebit ex iis, quae de duplici mortuorum resurrectione infra monebuntur.

In utroque hoc locorum genere oppositum עולם הזה *hanc ipsam vitam, qualem in his terris agimus*, significare, cuivis apparet. Ad utrumque etiam genus simul (forte etiam ad tertium de *diebus Messiae*, vid. infra) referenda videntur loca ea, quibus עולם הבא vocatur et describitur tanquam *seculum mercedis.* Cod. Kidduschim fol. 39. שכר מצוה בהאי עלמא ליכא *merces virtutis in hac vita nulla, sed in altera.* R. Jacob. in Pirke Abboth Cap. 5. העולם הזה דומה לפרוזדור בפני העולם הבא התקן עצמך בפרוזדור כדי שתכנס לטרקלין *seculum hoc simile est vestibulo*

bulo respectu seculi futuri. Itaque para te in vestibulo, ut possis ingredi in triclinium.

Jam vero hactenus consentientes *Witsius* et *Rhenferdius*, nunc in contrario omnia discedunt; cum quaeritur, utrum praeter istas significationes etiam haec de *temporibus Messiae* vindicari e scriptoribus Judaicis formulae huic possit, nec ne? Argumenta praecipuo, quibus uterque sententiam suam corroborasse sibi videbatur, sunt haec:

1. Witsius, *tempora Messiae, eaque a vita post mortem aeque ac a tempore post communem hominum resurrectionem futuro admodum diversa* עולם הבא appellari, probavit locis pluribus, quorum clarissima et maxime indubitata videntur haec: Elias in Tisbi ad vocem עולם: *Dissentiunt recentiores circa tempus seculi futuri. Sunt, qui dicant, esse* עולם הנשמות תכף אחר המיתה (*seculum animarum statim post mortem*) *alii* זמן ימות המשיח *alii denique* זמן אחר תחית המתים, *et omnes argumenta ad sententiam confirmandam proferunt.* Targum ad 1 Reg. 4, 33. בעלמא הדין ובעלמא דאתי דמשיחא *in seculo hoc et in seculo futuro Messiae.* Manasse Ben Israel de resurr. mort. L. 2, 8. explicans veterum placitum hoc: *omnis Israel particeps erit futuri seculi*, observat: non dici, *resurget* sed *particeps erit* i. e. *quicunque resuscitati fuerint, illi seculi futuri beatitudine fruentur* l. *partem obtinebunt terrae sanctae, quando ea in tribus distribuetur.* Similem locum affert Lightfoot ad Jo. 10, 6. ex Sanhedrin: *Tradunt Rabbini: X tribubus non erit portio in mundo futuro. Sicut dicitur: exstirpavit eos de terra sua et ejecit in terram alienam. Exstirpavit eos e terra sua in hoc seculo, et ejecit in terram alienam in seculo futuro.* Unde non male concludit *Witsius*: quia in his similibusque locis *distributionis terrae* mentio fit, hinc seculum futurum, quod in iis commemoratur, ad *tempora Messiae* esse referendum. Idem efficitur locis his: apud Lightfoot in Chron. temp. M. T. Sect. 9. *Rabbi Honna loquitur de 3 seculis, quorum ultimum est* דור של משיח *aetas Messiae, quae cum venerit*, inquit, *Deus dicit, jam mihi incumbit*

cumbit novam instituere creationem. Hoc tempus etiam vocant עולם הבא *propter rerum mutationem, quam tunc exspectabant, quasi novus mundus creatus fuerit.* Adde Coccejum ad inscriptionem Ps. 92. *Rabbini veteres putaverunt* שהיא על העתיר לבוא לעולם שכלו שבת ומניחה והם ימי המשיח *Psalmum hunc pertinere ad tempus futurum, seculum, quod totum Sabbatum est. Et hi sunt dies Messiae;* denique glossam Talmudis ad Sanhedrin cap. XI. *Non est ipsis portio in seculo futuro. h. in diebus Messiae.* Loca alia his similia vid. apud *Schoettgen,* T. I. p. 11,5. et *Millium* in praefatione supra citata.

Acta igitur egisse haud dubie existimandus est *Rhenferdius,* cum *tempora Messiae* semper ad עולם הזה, nunquam ad עולם הבא a Judaeis referri, operose efficere anniteretur. Enim vero contra etiam negari non potest, esse

2, loca aeque innumera, in quibus tempora Messiae partim ad עולם הזה expresse referantur, partim τω: עולם הבא opponantur. cf. vulgatum illud Talmudis axioma: אין בין העולם הזה לימות המשיח אלא שעבוד מלכיות *nihil interest inter hoc seculum et dies Messiae nisi subjectio regnorum;* similiterque e locis pluribus haec: Cod. Schabbat fol. 63. כל הנביאים כולם לא נתנבאו אלא לימות המשיח אבל לעולם הבא עין לא ראתה *Omnes prophetae tantum de diebus Messiae sunt vaticinati, sed quod* העולם הבא *attinet, nullus oculus vidit.* Rabbi Eliezer Cod. Schabbath l. cit. אף לימות המשיח אינן בטלין אבל בטלין הן לעולם הבא *Ne quidem in diebus Messiae illa (arma) cessabunt, sed demum in seculo futuro.* Medras Tillim ad Ps. 81. כנור של ימות המשיח שמונה נימין ולעולם הבא עשרה נימין *cithara in diebus Messiae octo fidibus constabit, sed in seculo futuro decem.*

Jam quidem in his locis singulis a Rhenferdio propositis, utique concedendum est Witsio, עולם הבא sensu eo, quem supra uterque largitus fuerat, quo *vitae huic opposita vita altera* Judaeis ita dicebatur, interpretandum videri, neque ideo loca singula ista ad confutandam Witsii senten-

sententiam, aliis locis confirmatam, cum fructu quodam adhiberi posse; enimvero, utrum etiam *ex isto priori locorum genere*, quo Witsius, Schoettgenius, Millius nitebantur, sequatur id, quod illi tanto cum studio efficere inde voluerunt: עולם הבא in illis ipsis locis Judaeorum de *temporibus, quae nos dicimus, Novi Testamenti, inde a Jesu nato ad nostram usque aetatem praeterlapsis et adhuc ad finem usque mundi praeterituris*, esse intelligendum et interpretandum, magnopere dubitamus. Redit nimirum res omnis eo, ut dispiciatur, qualia Judaei existimaverint *ea Messiae tempora*, ad quae significanda formulam עולם הבא accommodare eos concessimus. Quodsi probari possit, intellecta ab iis fuisse *tempora ea, in quibus, non regis auctoritate, sed vulgaris hominis conditione, veram religionem ipse per breve tempus sit traditurus, tum mortem violentam et infamem subiturus, deinde, e mortuis resuscitatus, per legatos hanc religionem sit propagaturus, nulla caeterum nec externae gentis Judaeorum fortunae mutatione facta, nec imperii sui in his terris dignitate, visibili quodam modo, aucta et amplificata*; verbo, tempora ea, qualia post Jesum C. natum vere accidisse, nos Christiani partim libris N. T. partim usu edocti scimus; tum profecto etiam formulae עולם הבא sensum similiter constituendum esse dubitari non poterit. Enimvero si, qualem nos Christiani etiam adhuc exspectamus, *Messiae ad regnum sollenne inaugurandum adventum*, quo imperia quaelibet terrarum Christo subjectum iri, Israelitas ipsos vero, principem quandam dignitatem prae caeteris gentibus nactos, throno regis sui divini propriores constituros atque in singularem quandam regni societatem venturos esse Judaei sperabant; si *hunc* intellexisse hos ipsos Judaeos, quotiescunque de temporibus Messiae loqui solebant, inter omnes constat (cf. etiam ad Th. Exc. I. pag. 94.) tum quidem, quid illa loca omnia Witsio ejusque sectatoribus ad sensum formulae עולם הבא ita constituendum, ut *N. T. tempora* per eam exprimi videantur, prodesse possint, non video. Synonyma enim tum sunt עולם הבא et

ימות

ימות המשיח formulae huic: *βασιλεια των ουρανων* מלכות השמים; ut vero haec non de *his nostris N. T. temporibus*, sed de *regno alio Messiae adhuc olim futuro* tum in scriptis Judaeorum tum in ipso N. T. dici supra videbatur (vid. Exc. modo citat); similiter de *eodem regno*, non invisibili, quale nunc administrat Jesus Christus, sed *visibili et splendore ac majestate aliquando insigni futuro*, illae superiores formulae עולם הבא et ימות המשיח ex nostro quidem sensu sunt accipiendae. Nec movere quemquam debet hoc, quod ab ipsis ימות המשיח, aperte tamen locis aliis distinguatur עולם הבא, simile ei, quam nos dicimus, *vitae aeternae*; cum *partim* constet inter omnes: exspectasse Judaeos et exspectare etiamnum regnum Messiae sollenne in his ipsis terris per aliquod tempus (ex plerorumque traditione: per mille annos), augusta cum dignitate administrandum; quo demum feliciter — gloriose administrato, vita illa altera in coelis, eaque cum universa hominum resurrectione conjuncta, aeternaque sit inchoatura; *partim* ex locis pluribus Judaeorum indubitato appareat, etiam ante haec vitae futurae tempora, sub ipsis regni Messiae auspiciis, *nonnullorum mortuorum* (puta eos, qui vel mortui fuerant in Palaestina, vel saltem spe et desiderio Messiae pleni diem suum obierant) *resurrectionem*, diversam illam a communi omnium hominum resurrectione in vita demum altera futura, a Judaeis exspectatam fuisse. vid Sohar Gen. fol. 81. col. 319. Tradunt Rabbini: *Temporibus Messiae Deus S. B. vivificabit justos, eosque ex pulvere excitabit — Et hoc ipsum est bonum, quod justis temporibus Messiae repositum est.* Pesikta Rabbathi fol 1. 4. *Qui in terra Israelis moriuntur, temporibus Messiae vivi futuri sunt, justi vero, qui extra terram Israelis moriuntur, ad eam perventuri et vitam recepturi.* Sohar Gen. fol. 102. col. 406 seqq. — *Omnes, qui in pulvere sepulti sunt, quique digni habiti sunt, ut in terra Israelitica sepelirentur, illi excitabuntur initio — et propterea illa corpora excitantur, Israelitarum sc. qui ibi sepulti sunt, non autem*

[illegible] corpore reliquarum gentium idololatricarum, a quibus terra polluta fuit, — Illi, qui destinati sunt, ut eo tempore surgant, et vitam recipiant prius quam alii homines; illi sunt, qui hauriunt aquas legis, qui huic negotio adsueti sunt, qui roborantur in arbore vitae et illi prohibunt initio: Arbor enim vitae facit, ut initio possint surgere — Postquam vero illi resurrexerint, etiam corpora ea, quae in aliis regionibus sunt, exsurgent et perfecte restituentur, cum innovatione lunae quoque simul innovabuntur caett. Quam ipsam opinionem ipse Paullus adeo 1 Th. 4, 16. et 1 Cor. 15. confirmare nonnullis interpretibus Christianis videtur.

Apparet, nisi fallor, ex his omnibus: loca scriptorum Judaicorum non talia esse, unde pro notione formulae עולם הזה ea, qua *tempora gloriosum Messiae reditum praegressura* significari existimantur, quicquam subtili quadam ratione deduci possit. Restat igitur, ut loca ipsa N. T. consulamus, numque in his clarum ejus significationis vestigium expressum contineatur, videamus. Et hic quidem *primum* nemo interpretum diffitetur, in plerisque, etiam N. Foederis, locis certas esse significationes eas, quibus *αιων μελλων* vel *vita aeterna* vel *initia ejus cum ipso sollemni Messiae reditu conjuncta; αιων ὑτος* vero vicissim *vita haec nostra*, qualem etiamnum nos omnes, Christiani et non-Christiani, in his terris gerimus, est intelligenda. Saltem a nemine in dubitationem vocari vidimus loca haec: de formula *αιων μελλων* s. *εκεινος* Matth. 28, 20. Marc. 10, 30. Luc. 20, 34. et de altera: *αιων ὑτος* Matth. 13, 22. 24, 3. uci *συντελεια τϋ αιωνος* (pro *τ. αιωνον τϋτϋ*) et *ἡ παρϋσια χ.* (*futurus Christi ad regnum instaurandum reditus*) synonyma esse quisque videt. Rom. 12, 2. 1 Cor. 1, 20. 2, 6. 8. 3, 18. 2 Cor. 4, 4. (ex perpetua N. T. doctrina: *donec rediturus sit Jesus Christus, dominari adhuc quodammodo in his terris diabolum*) 1 Tim. 6, 1. 2 Tim. 4, 10. Tit. 2, 12. ubi clare opposita sunt *αιων ὑτος* et *επιφανεια της δοξης τϋ Θεϋ κ. Χριςϋ* v. 13. similiterque de formula utraque Eph. 1, 21. Jam vero *deinde* ab hoc sensu certo et indu-

 bitato

bitato recedendum et ad illum alterum *de V. et N. Testamento* formula transferenda videtur interpretibus fere omnibus, locis inprimis duobus his: Matth. 13, 39. 40. 49. et Hebr. 6, 5. qua ratione, quo jure, disputabitur ad loca ipsa; hoc loco tantum sumimus hoc, quod omnes largituros nobis esse, confidimus: *posse* saltem, partim ex linguae rationibus, partim ex istorum locorum contextu, significationem formulae nostrae vulgarem etiam ad haec ipsa loca non inepte transferri; ita quidem, ut loco Matthaei *tempora Messiae ea, quibus ad retribuendum probis et improbis olim rediturus est Jesus Christus*, intelligantur; loci vero Paullini sensus constituatur sic: *qui jam in his terris, ex quo Christiani facti sunt, degustarunt quodammodo et senserunt ipsi, quanta olim felicitas parata sit Christianis in regno Messiae.*

Quodsi igitur in locis plerisque N. T. vulgarem formularum αιων ὑτος et μελλων significationem amplectendam *necessario esse*, omni dubitatione caret; loca caetera vero ambigua secundum eundem sensum non incommode aut inepte intelligi et explicari saltem *posse*, concedi debet; non video profecto, cur in his paucis locis relicto usu loquendi communi et certo descendere velimus ad sensum alium; et eum quidem ejusmodi, quem nec usu loquendi Graeco, nec Judaico, si rationes paullo accuratius inire velis, confirmari ullo modo posse, si vera sunt, quae hactenus disputata fuerunt, apparet.

EXCVRSVS II.

ad II, 3. τεκνα φυσει οργης. Quomodo ex sententia nostra το: φυσει sit interpretandum, expositum vide ad locum ipsum. Alii aliter. Praecipuae quaedam rationes hae sunt: 1, communis Theologorum inprimis, φυσιν de *natura hominis corrupta* interpretatur; cum usu loquendi satis convenienter, an vero cum contextu loci, quo non tam de *labe naturali*, quam potius de *vita ipsa hominum facinoribus pravis et scelestis contaminata* (ΑΝΕΣΤΡΑΦΗΜΕΝ ΠΟΙ-

ΠΟΙΟΥΝΤΕΣ τα θεληματα της σαρκος-) loqui Apostolus videtur, dubito. 2, Sententiam candem tuentur, qui vertunt φυσει per *natales*, formulamque omnem: *ad poenas luendas nati homines*. Ornavit hanc rationem locis Philonianis pluribus Clariss. *Loesnerus*. v. c. de confus. lingg. p. 339. C. τα φυσει δουλα *ad servitutem nati*. Redit omnino contra eam superior dubitatio; quem vero ad eam illustrandum idem Vir doctissimus ex tractatu de resip. Noë, p. 283. C. attulit locum: ακοινωνητον γαρ φυσει κακον τῳ αγαθῳ, eo vel propterea non uterer, quod *omnino in naturam hominis, qualis prima sua origine fuit, non cadere honestatis et verae virtutis studium*, effici inde posse, appareet. 3, Patrum multi, in his *Theodoretus*, *Oecumenius*, quos e recentioribus *Grotius* inprimis secutus est, vertunt; αληθως, γνησιως, *vere*. Sed usum loquendi desidero. Neque enim provocari potest ad Gal. 4, 8. nam ex loco singulari quodam, in quo propter certum quendam notionum nexum duo haec: *natura* et *vere* commutari invicem possunt (namque quia quicquid aliquis est *natura*, id *vere* etiam esse est existimandus), universe hanc *veritatis* significationem, φυσεως, *naturae*, vocabulo cum ratione affingere quis tandem sustineat? Redit igitur, si quid veri inest huic rationi, ad interpretationem imam. Multo magis ab usu loquendi adhorrens 4, est interpretatio *Hieronymi et Interpretis Syri*: qui vertunt: *prorsus* l. *omnino*. Denique 5, *Clericus* φυσιν *indolem* interpretatur (*ihr Gemüthsart*, *den natürlichen Charakter*). Exempla hujus usus loquendi in voce φυσεως satis clara proposuit in Arte Crit. P. II. Sec. I. 6. ; Isocrates in Panegyrico: περσαι ανθρωποι μαλιστα της φυσεως διεφθαρμενοι. Demetr. Phaler. περι ερμηνειας ... φυσει βραχυλογουντες. Adde Polyaen. p. 757. φυσει δε το Κελτικον υπεροινον. Plut. de Cotye Apophth. p. 174. φυσει ην οξυς εις οργην. Jamblich. IV. 7. οι φυσει πονηροι δαιμονες VII. 5. φυσει Ελληνες εισι νεωτεροποιοι. plura vid. ap. Westen ad h. l. Joseph Ant. 7, 7. φυσει δικαιος και θεοσεβης et Philo de legg. spec. p. 802. C. βαρβαροι

βαροι ταις φυσεσι. Verum, quominus hic, certus alius loquendi usus transferatur ad locum nostrum, obstant ex sensu nostro: *partim*, quod τη φυσει, juncta est formula τεκνα οργης; qua quidem non tam *improbitas ipsa*, quam potius *hoc ejus adjunctum, quod poenis divinis dignus sit homo*, significatur: commode dici potuissent ex sententia Clerici homines φυσει πονηροι, φυσ. διεφθαρμενοι, φ. υιοι απειθειας et s. p. an vero φυσει αξιοι της οργης του θεου, dubito; *partim*, quod in locis a Clerico allatis caeterisque eorum similibus, in quibus homines gentesque singulae φυσει hoc vel illo modo affectae dicuntur, ipso epitheto φυσεως ab hominibus gentibusque aliis, alia indole a natura instructis, distinguuntur; cum contra loco nostro Paullino *homines omnino omnes* his duabus formulis ἡμεις (h. Iudaioi) et οἱ λοιποι (*caeteras terrarum gentes*) comprehensi, φυσει dicantur τεκνα της οργης, ideoque, si in hoc contextu φυσιν, *indolem* reddere velis, necessario ad vulgarem illam de *labe hominum naturali omnibusque hominibus communi* interpretationem sit redeundum.

EXCURSUS III.

De Prophetis inter primos Christianos.

Ante omnia, vocabula ipsa προφητης, προφητεια, προφητευειν prius accurate sunt definienda, quam de ipso prophetarum in ecclesia Christiana munere quicquam cum fructu praecipi possit. Respondet vero vocibus hebr. נביא, נבואה; נבא, התנבא ex iisque solis (nullo modo vero ex etymologia Graeca; quae sola seduxisse videtur plerosque, ut προφητην neminem alium, nisi *qui futura praediceret*, cogitare possent) sunt interpretanda. Et harum quidem formularum hebrr. significationes, quantum ex usu loquendi V. T. certo colligi posse videntur, sunt hujusmodi. I. נביא est, *quisquis cum deo singulari quadam ratione est conjunctus, ejus amicus, familiaris, dignusque propterea, qui prae caeteris hominibus adire numen precibus,*

etiam

etiam aliorum hominum caussa et loco, possit. Hoc sensu Abraham dicitur נביא Gen. 20, 8. additis his: ויתפלל בעדך *και προσευξεται περι σου.* similliterque Patriarchae omnes נביאי יהוה Ps. 105, 15. II, quorsum mox illa prior notio ducere homines debuit, designabatur *is cui numen retegit, revelat, quae antea ei parum cognita fuerant*; sive illa essent vulgaria quidem, sed quae hoc ipso tamen tempore vel hoc potissimum modo sine afflatu quodam diuino nunquam intellecturus aut elocuturus fuisse videbatur; sive adeo arcana, ab humana intelligentia vel prorsus aliena, vel ad hoc usque tempus saltem hominibus plane non cognita atque inaudita, tum dogmata, tum de rebus eventuris oracula. Et hoc quidem latissimo sensu centies occurrit in V. T. vox נביא προφητυ, nec unquam aliter est interpretanda, (ne tum quidem, cum Jesaias caeterique maxime illustres Israelitarum vates נביאים dicuntur,) nisi ipsi loci, quo nomen occurrit, contextus aliam magis circumscriptam significationem expresse postulat. Jam enim III, si qui erant inter Hebraeos, *qui, relicta sermonis vulgaris popularitate, in enthusiasmum abrepti, vel sua ipsorum ingenii vi, vel per alios edocti, carmina egregia magno cum mentis impetu corporisque motu insigniore et concitatiore decantare auderent; hi ipsi*, consentiente communi omnium populorum veterum *de divino in vatibus s. poëtis afflatu* opinione ac usu loquendi, נבאים, προφηται, *vates, ipsaque carmina eorum* נבואות, *προφητειαι, vaticinia*, dicebantur. Exempla hujus loquendi usus plura sunt in V. T. Exod. 15, 20. Miriam dicitur נביאה, nec tamen quicquam, quod singulari quodam modo divinum esset, de ea traditur, nisi, quod illo ipso loco Mosaico *saltantium virginum chorum ducens carmen in laudem Jehovae cecinisse* narratur. Similiter 1 Sam. 10, 5. sqq. chorus juvenum, qui inter tympanorum cithararumque concentum de monte descenderant, dicitur חבל נביאים, ipsique dicuntur מתנבא h. ex optimorum quorumque interpretum (etiam Judaeorum vid. Kimchi ad h. l. נבאים היתה שירות כאמירות ברוח הקדש *erant cantica ex impulsu Sp.*

Sp. S. profecta.) consensu: *carmina decantasse* cf. 19, 20. Denique 1 Paral. 25. 2. Assaph dicitur נבא על ידי המלך, ipsiusque et Jedithuni et Hemani filii נביאים, additis his בכנרות בנבלים ובמצלתים; similes, ut videtur, Graecorum *αοιδοις*, in aulis regum, ut vel ex Homero constat, celebratissimis; hoc tantum discrimine, quod hi *αοιδοι facinora fortiaque heroum* plerumque canere solebant; των נביאים vero in aula Davidis carmina *in laudibus Jehovae, omnisque religionis Judaeorum celebrandis* potissimum continebantur. Unde 1 Paral. 25, 3. נבא et הלל יהוה invicem junguntur. Cave vero cum plerisque interpretibus existimes, *carmina quaevis religiosa* dici apud Hebraeos נבואות *et cantorem quemlibet ejusmodi carminis*, נביא; unde sequeretur, etiam homines nostros, cum e canticorum libris cantiones in ecclesia recitant, similes esse Mariae prophetissae, atque adeo ipsos ex isto V. T. loquendi usu dici posse προφητευειν; imo vero in eo cantionis genere, quod nomine נבואת προφητειας dignum putabatur, semper cogitandum est, accommodate ad primam vocis נביא originem, *aliquid ita a vulgari cantandi more remotum, ita inauditum, ita divinum, ut*, quia ex naturali ingenii vi proficisci tale carmen nullo modo posse videbatur, hac ipsa de caussa *singulari afflatui divino* tribueretur. Non igitur, si accurate loqui velis, quia *canebant*, sed quia *divino spiritu ad canendum impelli se prae se ferebant*, Assaph, Maria eorumque similes, mares feminaeque Hebraeae, προφητων s. נביאים nomine condecorabantur. Similiter IV, *ii inprimis*, *qui fata hominum populorumque nosse et praedicere posse putabantur*, נביאים audiebant v. c. 2 Reg. 22, 14. saepissime alibi: iterum vero non propterea, quod *futura praedicerent*, sed quod *hanc ipsam futura divinandi facultatem nemini hominum sine quodam singulari numinis afflatu inesse posse*, certo homines sibi persuaderent. Unde etiam summorum in hoc etiam genere prophetarum hebraicorum oracula quaevis, etsi non omnia in rebus futuris praedicendis versabantur, omnino tamen nomine נבואות vel, quod synonymum illi est, חזונים,

ipsique

ipsique viri divini נביאים appellabantur. Caeterum hanc nominis נביא singularem et arctius circumscriptam significationem serioris usus loquendi esse, olimque ad ejusmodi *vatem, qui proprie talis dicitur* (*einen Weissager*) distinguendum veteres Hebraeos voce ראה usos fuisse, ex 1 Sam. 9, 9. apparet; unde simul hoc efficitur, quod supra primo loco posuimus, nomen נביא antiquiori tempore latissime patuisse, paullatim vero idem, (etsi ne tum quidem universe quoque dici desiit, vid. no. II, et V.) inprimis etiam ad certum aliquod prophetiae genus, exprimendum adhibitum fuisse. Jam vero deinde V, *eloquium quodlibet*, quod quis partim *expresso mandato divino*. quod accepisse se ipse profitebatur, partim *eo modo et impetu, quo divinitus afflati homines tradere divina oracula solebant*, *eloquebatur*, quantumvis nec carmen esset, nec vaticinium, sed vel e genere διδασκαλικῳ vel παρακλητικῳ vel preces adeo ad deum et s. p. προφητεια, נבואה appellatur, virque ipse, qui talia eloquitur, מתנבא προφητευων, s. נביא προφητης. cf. Esr. 5, 1. ubi Chaggaeus *divina auctoritate ad templum exstruendum cohortans populum atque excitans* dicitur התנבא נבואה cf. Esr. 6, 14. unde etiam נבואה nonnunquam ab Alexandrinis simpliciter vertitur λογος 2 Paral. 9, 29. Simili ratione interpretanda sunt loca ea, quibus partim LXX seniores a Mose constituti dicuntur התנבא Num. 11, 25. 27. h. *divino numine afflati populum judicavisse*; partim Moses ipse נביא virique Mosis similes inter populum olim exstituri נביאים, h. non *vates populi fata vaticinantes*, (quod raro fecisse vel Mosen ipsum constat,) sed omnino *monitores et doctores et gubernatores populi divina auctoritate missi, divinoque spiritu ad docendum gubernandumque impulsi*. Deut. 18, 15. cf. v. 21. Simili sensu Debora נביאה dicitur Jud. 4, 4. non, ut videtur plerisque, *propter carmen triumphale*, quod cecinisse capite demum sequenti narratur; sed, *quia ad populum sapienter fortiterque gubernandum singulari numinis afflatu*, *ea*, femina licet, *laetabatur*. Eodem refer Joel. 3, 1. quo Israelitis quibusvis sine generis aut sexus di-

 scrimine

scrimine promittitur hoc: *ἵνα προφητεύωσιν*, יִתְנַבְּאוּ, *ut divino spiritu edocti eloquantur mandata et oracula divina.* Adde ex libris serioribus Judaeorum loca haec: Siracid. 24, 33. *διδασκαλίαν ὡς προφητείαν ἐκχεῶ* 36, 15. *δὸς μαρτύριον, ἔγειρον προφητείας τὰς ἐπ' ὀνόματι σοῦ.* 39, 1. *ἐν προφητείαις ἀσχοληθήσεται* formula synonyma ejus, quae praecesserat: *σοφίαν τῶν ἀρχαίων ἐκζητήσει.* 46, 1. Iosua *διάδοχος Μωϋσέως ἐν προφητείαις in tradendis oraculis divinitus acceptis.* cf. Rabb. Salomon ad Exod. 4, 16. כל לשון נבואה אדם המוכיר ומשמיע לעם דברי תוכחות *propheta est, quicunque docet et commonefacit populum.* Denique VI, quia cum ejusmodi afflatu divino semper mentis *ἔκστασις* s. furor conjunctus esse solebat, (nunquam enim propheta tranquillo animo vaticinari posse est existimandus) hinc ipsum hoc: *in ejusmodi furorem s. ἔκστασιν abripi*, etiamsi illa *ἔκστασις* nec cantando nec docendo nec vaticinando, sed tandum *vociferando* aut *gesticulando* se exserebat, tamen dicebatur נִבָּא, ut homo ipse, qui ita se gerebat, התנבא. Huc refer, cum Saul dicitur התנבא per vim Spiritus maligni 1 Sam. 19, 10, similiterque, cum sacerdotes Baalis furibundis similes circa Dei sui aram circumcursitantes acclamando et strepitum concitando deum e somno excitare studebant.

Atque his quidem de usu loquendi hebraico ita praemissis, facilis jam erit locorum N. T. in quibus formulae eaedem *προφήτης, προφητεία, προφητεύειν* occurrunt, explicatio. Loca singula in duo potissimum genera dispesci possunt; alterum, *universum et late patens*, alterum *certis quibusdam primae ecclesiae Christianis proprium.* De singulis sigillatim dicendum.

Ad Imum quod attinet, redeunt hic significationes plane eaedem, quas Veteris T. usu confirmatas modo vidimus. Refer igitur 1, ad no. I. cum Hanna dicitur *προφῆτις* h. *deo sacra, deo devota, eine Heilige.* Luc. 2, 36. 2, ad no. II-V. cum *προφῆται* dicuntur primum *vates κατ' ἐξοχὴν* Matth. 5, 12. 17. 11, 13. 12, 17. Rom. 1, 2. Ebr. 1, 1.

1. deinde *librorum V. T. scriptores quilibet*, Matth. 22, 40. Rom. 3, 21. porro *Joannes baptista* Luc. 1, 76. tum *alii etiam viri divinitus afflati*. Marc. 6, 4. Jac. 5, 10. (qui iidem nonnunquam futura etiam praedicebant, ut προφηται V. T. Act. 11, 27. 21, 10.) denique *Jesus ipse*, Matth. 21, 11. Luc. 24, 19. non quod *res futuras praedicere*, sed omnino, quod *divina oracula tradere miraculaque patrare posse* existimabatur. Eodem refer tum προφητειαν partim *de vaticiniis ipsis* 2 Petr. 1, 20. partim universe *de quovis afflatu divino* dictam 1 Tim. 1, 18. 4, 14. tum προφητευειν, quod vel est: *vaticinari* (*eigentlich weissagen*) Matth. 11, 13. 15, 7. (forte) 26, 68. Jo. 11, 51. Act. 21, 9. (forte) 1 Petr. 1, 10 vel universe *per numinis afflatum oracula divina edere* Matth. 7, 22. Act. 2, 17. 2, vero ad no. IV. refer loca haec: Tit. 1, 12. ubi κρητων προφητης est *vates* h. *pöeta* Cretensium; et Luc. 1, 67. quo loco Ζαχαριας προφητευσαι h. *numine excitas laudes divinas carmine celebrasse*, narratur. Non enim *vaticinio*, sed *laudibus dei celebrandis* praecipuum carminis argumentum contineri, locus omnis docet.

Ab his singulis vero locis differunt II, ea in primis, quibus formulae eaedem προφητης, προφητεια, προφητευειν *de certo quodam hominum Christianorum in ecclesiis publice loqui solitorum genere* adhibitae occurrunt. Pertinent huc inprimis Epistolae ad Romanos Caput XII et prioris ad Corinthios Capp. XI-XIV cum paucis aliis tum Actorum tum caeterarum epistolarum maxime Paullinarum locis. Quid de his, tum aliis interpretibus, tum nobis ipsis, linguae et locorum contextu ratione habita, statuendum videatur, jam breuiter exponemus.

Rationem vulgarem, qua προφητης de *vate*, qui proprie dicitur, s. *fatidico*, et προφητευειν de *vaticinando* s. *futura praedicendo* dici existimatur, plerisque locis maxime Epistolae ad Corinthios non convenire, v. c. cum προφητευειν et προσευχεσθαι invicem junguntur 1 Cor. 11, 4. itemque, cum inprimis studium της προφητειας a Deo precibus efflagitandae permittitur et commendatur Christianis

1 Cor. 14, 1-5. 39. nostro quidem tempore concedunt omnes. De alia igitur interpretatione solliciti viri docti plerique, in his maxime *Erasmus*, *Wolfius*, *Moshemius*, *Heumannus* et nuper S. V. *Semlerus*, alii, discesserunt in sententiam eam, ut προφητας eos potissimum, *qui V. T. oracula caeteris Christianis interpretarentur*, intelligendos existimarent; usi ratione inprimis hac: quod Exodi 4, 16 Aaron נביא משה, προφητης Μωϋσεως, h. *interpres oraculorum Mosis apud populum* dicatur. Enimvero *primum* ex loco illo Mosaico ad constituendam vocis προφητυ significationem vix aliquid effici potest, cum ibi non tam vox προφητυ, quam potius tota formula προφητης Μωϋσεως, omnisque orationis contextus, ejusmodi singularem, non *verbi significationem*, sed *formulae totius sensum* requirat, qui idem tamen ad loca non magis alia transferri posse videtur, quam si, quia in eodem loco, *Moses*, quippe *oracula divina Dei ipsius instar*, *Aaroni revelans*, dicitur אלהי אהרון, hinc in alio contextu etiam *quemquam legatum divinum*, *qui oracula a Deo accepta aliis tradere solet*, אלהים, atque adeo ex hac similitudine *Apostolos* in N. T. simpliciter θεως dici posse, contendere volueris. *Deinde* praeter illum vnum locum Mosaicum nihil est, quantum scimus, in omni vsu loquendi tum hebraico tum graeco, quod hanc τυ προφητευειν pro: *litteras sacras* vel etiam *vaticinia interpretari*, significationem quodammodo confirmet. *Denique* in ipsis illis capitibus epistolae ad Corinthios, non omnibus saltem locis aptam esse hanc singularem formulae significationem, illi ipsi interpretes, saltem plerique, largiuntur; velut: 1 Cor. 11, 5. 14. 24. 32. Unde mirum utique videri debet, Apostolum in uno eodemque capite iisdem formulis sensu maxime diverso usum, nullum tamen hujus mutatae significationis, ne levissimum quidem, indicium addidisse.

Redeamus igitur ad usum loquendi eum, quem supra vocibus hebraeis נביא et התנבא vindicavimus, eum nimirum: quo *quisque singulari quadam et a vulgari hominum ingenio consuetudine aliena ratione divino numine tactus*, *sive ille*

illi vaticinia proferret, sive arcana aliorum hominum consilia retegeret, sive insigni quodam caeterisque hominibus non naturali viso cum mentis impetu et ardore precaretur, sive subito spiritus divini impulsu ad docendum cohortandum consolandumque assurgeret, sive denique carmen, quod vel novitate vel fervore eo, quocum recitabatur, divinam originem prae se ferret, decantaret, προφητης dicebatur; et, annon loca singula utrimque epistolae tum ad Romanos tum ad Corinthios hunc ipsum sensum universum partim *permittere* partim adeo *postulare* videantur, paucis jam videamus.

Et e genere quidem *posteriori* loca insignia quaedam ex nostro sensu videntur haec; 1 Cor. 12, 10. quo loco plerumque non attendunt interpretes, προφητειαν et διακρισεις πνευματων ita arcte esse invicem jungenda, ut mox γενη γλωσσων et ἑρμηνειαν γλωσσων cf. 14, 32. Unde τους πνευματικους s. τα πνευματα et τους προφητας synonyma esse, apparet. cf. 14, 37. πνευματικον vero dici κατ᾽ ἐξοχην *eum, qui singulari afflatu divino perculsus et correptus ad dicendum in ecclesia subito procederet*, dubitari non potest. v. ad 1 Th. 5, 19.

1 Cor. 13, 2. τῃ προφητειᾳ tribuitur hoc; ειδεναι μυστηρια h. *res tales, quales quis suo ipsius ingenio non invenire, suaque ipsius eloquentia non eloqui posse putabatur*. Ergo in *prophetis* singularis quaedam αποκαλυψις accipienda necessario videtur. Idem apparet ex

1 Cor. 14. 6. quo loco αποκαλυψιν et προφητειαν, ut γνωσιν et διδαχην, pro synonymis habenda esse, ad locum ipsum docebitur. cf. v. 26. Ad idem denique genus refer loca haec:

—— v. 24 ubi το: ελεγχειν, ανακρινειν, φανερουν τα κρυπτα της καρδιας, quod profecto sine singulari afflatu divino fieri non poterat, tribuitur τοις προφηταις.

—— v. 29-31 ubi προφηται et ἀλλῳ αποκαλυφθῃ Synonyma esse cuivis apparet; et

1 Th. 5, 20 ad quem ipsum locum vide annotata.

Jam

Jam vero *in locis caeteris* eandem significationem saltem admitti *posse*, ut appareat, singula, in quibus formulae προφητευειν, προφητης, προφητεια occurrunt, ordine enumerata partim vertendo partim breviter enarrando interpretabimur. Igitur

Rom. 12, 6 προφητεια opponitur τη διακονια. Ad illam refer, quae sequuntur, διδασκειν et παρακαλειν; ad hanc, το: μεταδιδοναι et προϊςασθαι. Nempe, quisquis προφητης erat, idem poterat διδασκειν et παρακαλειν; non vero vicissim quaelibet διδαχη aut παρακλησις erat προφητεια. Idem transfer partim ad Act. 13, 1. ubi προφηται et διδασκαλοι invicem junguntur, partim ad 1 Cor. 12, 28 et Eph. 4, 11. ubi διδασκαλοι (puta *eos*, qui magis *tranquilla mente suoque ipsorum ingenio et animo incitati*, quam singulari quodam Spiritus divini impetu abrepti *docebant*) distinguuntur et postponuntur τοις προφηταις, *den hohen Gottbegeisterten*.

1 Cor. 14, 39. προφητευειν et λαλειν γλωσσαις invicem opponuntur. Ad utrumque *afflatus singularis divinus* requirebatur; sed discrimen erat in eo, quod *illi*, in summam licet mentis εκςασιν abrepti, perspicue tamen et ad intelligendum apte sua tradebant; *hi* vero, lingua adstantibus plane peregrina, quicquid Spiritus eos admonuerat, sibi magis quam aliis eloquebantur. cf. idem ad 13, 8. 14, 22.

14, 29. Sententia haec est: *Duo tresve, qui subito vim Spiritus divini in se experiuntur, possunt simul eloqui oracula sua; caeterorum* (sc. προφητων, *qui eodem modo afflatos numine se sentiebant*, non *vulgarium Christianorum*) *sit dijudicare* προφητων *eloquia*. cf. v. 32.

Eph. 2, 20. et 3, 5 junguntur invicem αποςολοι et προφηται, tanquam *duo praecipua doctorum religionis genera*; quippe utrique afflatu numinis singulari, eoque aliquanto majore et vehementiore, quam caeteri doctores aut presbyteri, ad agendum impellebantur; unde etiam ipsorum judicio caeteri doctores suam doctrinam submittere jubebantur. Distinguuntur vero invicem, non, quod Apostoli

non

non ipsi etiam προφηται fuissent, (erant insigni quadam ratione tales;) sed, quod aliquis propheta esse poterat, qui idem non esset Apostolus; ipsi vero Prophetae Apostolorum auctoritati lubenter cedebant. Adde his

Act. 19, 6. ελαλουν τε γλωσσαις και επροφητευον. Quem locum si contuleris cum ep. ad Corinth., vertendus videtur sic: *tum peregrina lingua loquendo tum aliis modis Spiritu divino impulsos se esse monstrabant.*

1 Cor. 11, 4. 5, locus paullo difficilior, maxime, quia pugnare videtur cum 14, 34. De hoc quidem constat inter plerosque, nec *vaticinari*, nec vero etiam *sacras litteras interpretari* esse posse h. l. προφητευειν. Utrumque enim quare potissimum junctum fuerit *precationibus* (τω: προσευχεσθαι), non apparet. Hinc b. *Zacharias**), de *cantu publico* interpretatur το προφητευειν, formula omni προσευχεσθαι και προφητευειν universe *omnem cultum religiosum in ecclesia publice institutum* (*Gebet und Gesang*) describi arbitratus; quo quidem posito utrumque locum facile invicem conciliari posse, per se apparet. Sed nititur interpretatio omnis usu loquendi eo, quo hebr. התנבא simpliciter *de quovis religioso cantu* accipitur; quem nullum esse supra propositis effecisse nobis videmur. Non possum igitur quidem locum aliter intelligere, nisi de *muliere*, *subito quodam Spiritus divini impulsu ac publice sive dicendum sive cantandum* (cantus enim non excluditur, modo sit ex diviniore quodam impetu profectus) *correpta*. Quod enim de donis spiritus divini extraordinariis, ut vocantur; (vid. tamen ad Gal. p. 122.) ad quae utique referenda est in hoc nostro sensu ἡ προφητεια, nondum expresse et copiose hoc capite disputat Ap. sed demum Cap. XIII, id profecto non impedit, quominus etiam hic certo quodam consilio uno alterove των χαρισματων πνευματικων exemplo uti possit. De consensu vero cum loco altero 14, 34 si quaeras, recte sane monuit b. *Zacharias*, vulgari locum utrumque conciliandi rationi, qua tantum, ut sine singulari afflatu divino doceret mulier (quasi vero sine ejusmodi afflatus divini sensu mulierem

*) In programmate Gotting. Pentecostali A. CIƆIƆCCLXVII.

mulierem in ecclesia unquam docere voluisse probari posset) interdixisse Apostolus existimatur, omnem loci 14, 34 contextum, qui ipse de *doctoribus singulari numinis afflatu impulsis* unice agit, adversari. Enimvero, nec opus hac ratione videtur, dummodo in verbis non nimis tenaciter haerere, sed ad popularem potius utriusque loci interpretationem descendere velimus. Nempe res ea fuisse videtur: Sciebat Ap. esse mulieres inter Corinthios, quae numinis afflatum expertae publice in ecclesia loqui auderent: indignabatur de eo Apostolus, praevidens, rem facile paullatim eo progredi posse, ut mulieres etiam aliae, non divino Spiritu concitatae, ad loquendum publice assurgerent; quod si fieret, omnis generis *ακαταστασιαν* necessario metuendam fuisse, quis non videat? Hinc igitur, etsi supra Cap. 11, 4. 5 exemplo mulieris *προφητευουσης*, quia tales esse noverat inter Corinthios, usus fuerat Ap. cum de re prorsus alia, de capite nimirum velando et non velando, exponeret; altero tamen loco 14, 34 expresse et de consilio, non *praeceptum* quidem proponit, a quo discedere plane nefas esset; (quomodo enim, si quis impetum Sp. divini, quo perculsum se sentiebat, reprimere plane non *posset*, impie agere dici potuisset?) sed *consilium* dat, suamque, de eo, quod ipsi e re christianorum dignitateque ecclesiae esse videbatur, animi sententiam Christianis suis libere aperit, in hunc modum: ut nec cum utilitate nec cum dignitate ecclesiae satis convenire profiteatur, si mulieres, etiamsi Sp. divino impulsae, publice loquantur. Cujus quidem consilii, quia Apostoli consilium erat, haec vis necessario esse debuit, ut *partim* illae ipsae mulieres *πνευματικαι* seu *προφητευουσαι* impetum eum, quo alias ad publice dicendum ruere solitae fuerunt, quantum quidem possent, reprimerent; *partim* vero multo magis, caeterae omnes, quae talem Spiritus impulsum prae se ferre non poterant, ab omni oratione in ecclesia habenda excluderentur. Denique

1 Cor. 13, 8. 9. cum *προφητευειν* et *γινωσκειν*, itemque *προφητεια* et *γνωσις* invicem opponuntur; illud est: *dicere*

dicere animo per Sp. divinum singulari ratione commoto; hoc, *tranquilla mente rem cogitare atque perspicere.*

Quibus singulis jam ita constitutis, quicquid de *munere et dignitate τῶν προφητῶν in ecclesia Christiana* ex ipsis N. T. locis intelligi potest, his fere sententiis comprehendi, facile apparebit. 1, Erant προφηται viri tales, qui non tantum perpetua aliqua Sp. divini vi regi se experiebantur, quod quidem omnibus Christianorum doctoribus, atque adeo, quibusvis, etiam de populo, Christianis, erat commune, cf. ad Gal. Ex. 5; sed, qui praeterea subito quodam et inopinato ejusdem Spiritus afflatu ad publice in ecclesia dicendum impellebantur. 2, Quicquid proferebant, id eloquebantur lingua non barbara, sed vel patria, vel saltem ea, quam ipsi humano more didicerant, quaeque adstantibus cognita erat; unde opponuntur προφητευοντες τοις λαλουσι γλωσσαις. 1 Cor. 14, 2-4. 39. 3, certo cuidam orationis, certo quodam tempore et loco instituendae, generi non adstricti fuisse, sed alio tempore docuisse, alio deum carmine celebrasse, alio preces recitavisse, alio populum Christianum ad virtutem graviter admonuisse, alio denique vaticinia etiam protulisse et arcana auditorum cogitata retexisse (1 Cor. 14, 24. 25.) videntur; omnia tempore modoque eo, quo a Sp. divino ad loquendum passim excitabantur, καθως το πνευμα εδιδου αυτοις αποφθεγγεσθαι. 5, dignitate inferiores erant Apostolis; non, quod afflatus divinus ipse in propheta tenuior et infirmior fuisset, quam in Apostolo; nec, quod, vt propheta aliquis esset, manuum Apostolicarum impositione opus fuisset, (quod, etsi nonnunquam factum esse non negatur cf. Act. 8, 14 19, 6. semper tamen usu venisse, ut vulgo putant interpretes, nullo loco probari potest) sed, quod *partim* Apostoli ipsi indubitato et constanter προφηται erant, *partim* Apostolorum munus latius patebat munere prophetarum; illi quidem in omnem terrarum orbem ad propagandam divina vi religionem Christi missi et constituti, hi ad suam quisque singularem ecclesiam adstricti erant; superiores vero habebantur

caeteris

caeteris doctoribus omnibus; evangelistis etiam (quippe hi singuli, etsi universa Sp. divini vi non destituti, subitum tamen et singularem quendam afflatum non experiebantur.) 1 Cor. 12, 28. Eph. 2, 20. 3, 5. 4, 11 atque adeo ipsis τοις λαλουσι γλωσσαις, nisi hi etiam possent διερμηνευειν ea, quae linguis peregrinis antea eloquti fuerant, h. nisi ipsi etiam προφηται essent. 1 Cor. 14, 5. Unde etiam αποστολοι et προφηται junguntur invicem a Paullo; cum commemorare vult eos, qui ad propagandam religionem auctoritate sua quamplurimum contulisse, quique adeo fundamento, cui superstructae dici possent ecclesiae singulae Christianae, similes esse videbantur. Eph. 2, 20. 3, 5. Ex eadem denique ratione, quicquid eloquebatur προφηται, a nemine id dijudicari posse dicitur, nisi vel ab apostolo, vel ab eo, qui ipse propheta esset cf. 1 Cor. 14, 29. ubi post οι αλλοι subintelligendum esse προφηται, ex v. 32 indubitato apparet.

Fuisse vero, quod b. *Zachariae* existimabat, varias των προφητων classes, easque dignitate invicem diversas, nec per se est admodum probabile, cum potius, in quem semel singularis quidam numinis afflatus cadebat, idem etiam diverso tempore ad diversa προφητειας genera eloquenda aptus fuisse videatur; nec ex locis N. T. ulla ratione effici potest. Neque enim, quod fecit Vir beatus, provocari potest ad Eph. 2, 20. cum quemlibet prophetam, etiam eum, qui vel carmina tantum divino cum afflatu caneret, satis cum ratione Apostolis jungi potuisse, ex iis, quae per omnem hunc excursum disputata fuerunt, apparere, existimem.

Atque haec hactenus. Cum quibus, ut de aliorum etiam interpretum argumentum hoc tractandi ratione et modo planius constet, conferri possunt, praeter programma Gottingense supra pag. 157. citatum, *Witsii* inprimis Dissertationes *de Prophetis et Prophetia*, in Miscellan. T. I. et *v. Dale* Diss. *de vera prophetia sub Veteri et N. Testamento*, ejus Dissertationibus *de origine ac progressu Idololatriae* annexa.

PAVLLI
EPISTOLA VTRAQVE AD
THESSALONICENSES.

PROLEGOMENA.

Pauca sunt, quae de urbe Thessalonice, inprimis accommodate ad epistolarum interpretationem adjuvandam, dici possunt. Fuit sub Romanorum imperio metropolis Macedoniae, praesidis Romani et quaestoris sedes, olim quidem Θερμη, Therma, dicta, nomine tamen postea, sive a Cassandro in honorem uxoris Thessalonicae Philippi filiae, secundum Strabonem, Tzezem et Zonaram, sive a Philippo ipso in memoriam victae gentis Thessalicae, secundum Stephanum Byzantinum, in Thessalonicen mutato. Maxima pars incolarum constabat Graecis et Romanis, verum, ut in plerisque imperii Romani urbibus, similiter etiam hic Judaeos quoque, eosque satis multos et in Synagoga sacra sua obeundi libertate donatos, vixisse ex Act. XVII, 1. apparet. In hanc urbem igitur cum venisset Apostolus, Philippis ejectus (Act. XVI), suum morem secutus doctoris Judaici dignitate et auctoritate Judaeorum synagogam adiit, in eaque, quae de Jesu Messia dicenda habebat, exposuit. Persuasit hanc doctrinam suam, etiam Judaeorum nonnullis, pluribus tamen Graecis σεβομενοις h. *verae religionis in synagogis Judaeorum percipiendae et sectandae jam antea studiosis*, in his etiam matronis nec paucis nec vulgaribus (XVII, 4.). Contra Judaeorum plurimi novam hanc doctrinam non tantum rejiciebant, sed ipsum adeo Apostolum quovis modo in tradenda ea impedire, vexa-

re et persequi ita studebant, ut peracto 3 hebdomadum spatio clam urbe exire cogeretur. Quae potissimum caussa hujus Judaeorum Thessalonicensium in ipsum invidiae et odii fuerit, expresse quidem non commemoratur; scimus tamen, Apostolum, ubicunque versabatur, haec Judaeorum potissimum odia experiri debuisse; ejusque rei caussae ex ipsa doctrinarum Paullinarum v. c. *de Messia in crucem acto*, *de legibus Mosaicis per hunc eundem Messiam* ἐςαυρωμένον *abrogatis*, *de gentibus in regni Messiae societatem cum Judaeis receptis*, similiumque, Judaico ingenio multis modis contrariarum natura plures cogitari facile possunt. Nocte aufugerant Paullus et Silas, stipati Christianis nonnullis, in urbem Thessalonicae proximam Beroeam, XVII, 10. ubi liberalissime quidem a Judaeis et gentibus recipiebantur, mox vero a Judaeis Thessalonicensibus iterum vexati, etiam hanc urbem clam relinquere cogebantur. Paullus tamen solus abiit, relictis Beroeae Sila et Timotheo *), hoc, opinor, consilio, ut Timotheus ad Thessalonicenses Apostolo suo orbatos abiret, eosque de Paulli vita et erga ipsos amore ac studio certiores faceret, in doctrina etiam christiana confirmaret 1 Thess. III, 4.,

Si-

*) Cum Timotheus partim in Lucae narratione ea, qua de Paulli commoratione apud Thessalonicenses exponit, prorsus non commemoretur XVII, 1–10.. partim ab Apostolo ipso 1 Th. III, 2. ita commendetur et laudetur, ut prima haec commendatio ejus apud Thessalonicenses videatur; inde conjicio, Timotheum jam in itinere Macedonico (Act. XVI. 3. sqq.) a Paulli latere sejunctum, vel post discessum demum Apostoli a Thessalonicensibus ad eos venisse, vel etiam forte, Thessalonicensibus in hoc itinere plane praetermissis, *primum* auctoritate Apostoli ex urbe Beroea Thessalonicam contendisse.

Silas vero Beroeae Timotheum a Thessalonicensibus reducem exspectaret; quo facto uterque Apostolum sequi jubebatur. Solus igitur Athenis degebat Apostolus, nec Silae nec Timotheo junctus 1 Thess. III, 1. 2.; utrumque quidem mox ad se rediturum esse speraverat Act. XVII, 16. sed Athenis tamen decedendum erat, antequam venissent; redierunt denique, cum Corinthi jam viveret Apostolus. Act. XVIII, 5. coll. 1 Thess. III, 6.

Hunc igitur Timothei ad se in urbem Corinthum reditum cum expresse Apostolus commemoret 1 Ep. III, 6. sequitur utique, *priorem* saltem, quae dicitur, epistolam (cumque *altera* probabiliter posterior tempore sit, etiam *hanc*) ante Apostoli ad Corinthios adventum, (velut Athenis, ut subscriptio Epistolae perhibet;) scriptam esse nullo modo potuisse; cumque porro partim *Apostolum, quo tempore epistolam primam scripsit, non diu a Thessalonicensibus sejunctum fuisse* plura epistolae loca indicent v. c. II, 17 - III, 1. 2. partim e locis et regionibus iis, in quibus de Thessalonicensium fide famam percrebuisse Apostolus ipse videndo et audiendo acceperat, *tantum Macedoniae et Achajae* mentionem fecerit I, 7. 8. partim denique Timotheus, cum epistolam Apostolus scriberet, ΑΡΤΙ ἐλθεῖν, *nuper* ad eum rediisse dicatur III, 6.; hinc fortasse colligi potest, non tantum ipso illo tempore, quo per annum et dimidiam anni partem Corinthi degit Act. XVIII, 11, sed etiam brevi tempore postquam Timotheus Thessalonica ad Apostolum rediisset, ideoque a. C. circiter 54 (14 annis Gal. II, 1. ab itinere Hierosolymitano cum Usserio numeratis) Epistolam priorem ad Thessal. scriptam videri.

 Sed

Sed Epistola altera ad Thessalonicenses, quo tempore et loco scripta sit, multo est obscurius, multoque minus certo constitui potest. Esse quidem *posteriorem* ea, quae in nostris editionibus prima dicitur, (non priorem, ut Grotius volebat, levissimo argumento, ex signo litterarum Apostolicarum, quod in fine epistolae III, 17., ne spuriae litterae nomine suo circumferri apud Thessalonicenses possent, Apostolus apposuit, repetito in eam sententiam adductus) ista priore inprimis epistola, quae primarum Apostoli ad Thessalonicenses post discessum ab iis litterarum vestigia clarissima continere videtur, attente legenda, utique probabile fieri existimamus; verum, num brevi an multo tempore post, num Corinthi, an post discessum a Corinthiis, ex alia quadam Asiae minoris urbe, scripta fuerit, mihi non constat. Mirum quidem alias videbatur, cum in epistola priore Thessalonicenses iterum conveniendi desiderium paullo vehementius locis pluribus significasset Apostolus II, 17. III, 11., ejusdem desiderii in epistola nostra altera ne ullam quidem mentionem fieri; unde pronus eram ad conjiciendum, hanc alteram epistolam forte post secundum Apostoli in Macedoniam iter Act. XX, 1. commemoratum scriptam videri; sed exiguam vim huic argumento inesse ipse sentio, cum caussae multae cogitari possint, cur in litteris primis ad familiares eorum conveniendorum desiderium copiose exprомere, in secundis vero idem desiderium, etsi nondum ei satisfaciendi occasio suppetiit, in pectore reconditum tenere soleamus.

In argumento denique epistolae utriusque, ut plerarumque epistolarum Paulli, ne epistola quidem ad

Romanos excepta, conſtituendo inprimis cavendum eſt hoc: ne ſententiarum ordinem, ſeu, quod vulgo dicere ſolemus, diſpoſitionem, aliquanto ſubtiliorem, qualis in diſputationibus et libris eleganter ſcriptis poſtulari ſolet, anxie quaeramus. Semper meminerimus, *epiſtolas* eſſe, quas Apoſtoli nobis reliquerunt, easque non tam ſcriptas eo conſilio, ut unum certum aliquod argumentum copioſe diſputando exhaurirent, quam potius hoc: ut animis Chriſtianorum, ſive corrigendis et ad honeſta quaevis ſentienda ac agenda excitandis, ſive ſpe felicitatis, Chriſti beneficio olim conſequendae, propoſita exhilarandis, quantum et poſſent, et cuivis eccleſiae opus judicarent, conſulerent. Et in noſtra quidem utraque epiſtola hujusmodi conſilium inprimis elucet. Nempe grata et ingrata, laeta et triſtia de Theſſalonicenſ. partim per Timotheum, partim aliunde acceperat Ap., illa quidem de conſtantia eorum in religione tenenda interque pericula et cruciatus defendenda, de ſtudio et obſequio erga ipſum, ejusque iterum videndi deſiderio inſigni; de liberalitate denique erga pauperes Chriſtianos et ſ. p. haec vero, de vitiis erroribusque variis, quos alere animis quibusque indulgere multi eorum adhuc pergerent; hinc Apoſtolus in *Epiſtola priore, primum* laudes Theſſalonicenſium in lubenter amplectenda conſtanterque tenenda doctrina ſua late exponit; adjuncta partim de ſuis in eos meritis narratione, ut Judaeorum calumniis et obtrectationibus occurrat; partim amoris ſui conteſtatione, et ad Deum, ut iſtam fidei conſtantiam iis conſervet, precatione Cap. I - III, 13. *Deinde*, cum in vitiis, quibus indulgebant Theſſalonicenſes, πορνειαν et πλεονεξιαν, communia civi-

 ta-

tatum opulentarum et mercatura florentium vitia, imprimis frequentia esse intellexisset, ab his potissimum, sed breviter, eos absterret IV, 1 - 8. *porro* ad liberalitatem erga pauperes, (quae virtus eo tempore propter egenos et ubivis vexatos Christianos inprimis necessaria erat), in operisque faciendis industriam, (quam negligere multos, ipsa illa ditiorum liberalitate fretos, Apostolus noverat,) cohortatur IV, 9-12. denique insignem quendam errorem, (vid. ad IV, 13. sqq.) quo turbari in religione posse Apostolo videbantur, eripere eorum animis studet IV, 13-V, 11. tandem variis singularibus nec ulla ratione invicem conjunctis praeceptis et cohortationibus v. c. de colendis doctoribus, corrigendis ignavis et s. p. litterarum omnium finem facit. Similiterque in *Epistola altera* rursus laudat *primum* Thessalonicenses propter constantiam in vexationibus Judaeorum perferendis, eosque spe poenarum, quas olim daturi sint adversarii eorum, consolatur I, 3 - 12. errorem *deinde*, similem ei quem superiore epistola tractaverat ex eoque profectum (vid. ad II, 1. sqq.), iterum refutare, animosque metu et dubitatione, quam erronea ista de adventu Christi cogitandi ratio iis injecerat, liberare annititur II, 1-17. addito denique, extremis litteris, vario genere cohortationum, istis, quas epistola superiore scripserat, prorsus similium.

Caeterum epistolam utramque, non ipsa Apostoli manu sed per amanuensem scriptam esse, partim ex perpetua Apostoli consuetudine colligi potest, partim de altera inprimis epistola ex iis, quae de communi suarum litterarum signo III, 17. ipse sua manu Apostolus apposuit, satis apparet.

ΠΑΥΛΟΥ

ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Η ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΩΤΗ.

Παῦλος καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος, τῇ ἐκκλησίᾳ CAP.
Θεσσαλονικέων ἐν Θεῷ πατρὶ καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ. I. 1
χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη = ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ
Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ:.

A ς Εὐχα-

VARIAE LECTIONES.

v. 1. απο θεου - - χριστου omittunt F. G. 47. *Syr. Aethiop. Arm.* (*Syr.* poster. habet cum aster.) *Vulg. Origen.* interp. f. *Ruff. Ambrosiast. Pelagius*; ἡμων tantum, omitt. D. E. *Theodoret.* πατρος, ἡμων omitt. *clar. germ.* Probat omissionem formulae totius Ven. *Griesbach.* Similiter nobis ex caeterarum epistolarum initiis huc translata videtur, propterea quod, cum semel τῃ Θεσσαλονικεων εν θεω πατρι jungerentur, verba χαρις ὑμιν και ειρηνη formula Apostoli solenni, qua a *Deo et Domino J. C.* felicitatem Christianis apprecari perpetuo solet, destitui non posse videbantur.

Cap. I, 1. Σιλουανος (nomen etiam inter Romanos frequens: Ammian. XXVIII. 4. *Silvani lavacrum*) haud dubie is, qui in Actis, terminatione tantum alia, Σιλας dicitur, comes itinerum Paulli per Asiam minorem et Graeciam, inde ab itinere Hierosolymitano Act. 15. commemorato. cf. Act. 15, 22. 2 Cor. 1, 19. quem eundem apud Thessalonicenses etiam Paullo junctum fuisse, apparet ex Act. 17, 1. 10. coll. 16, 19. Τιμοθεος v. Prolegom. in Ep. I. ad Tim. Utrumque, Silam et Timotheum, in Macedoniam potissimum ideo comites Paullum sibi junxisse, *quia cognatos ibi habuissent*, existimat Grotius, qua auctoritate, nescio. τῃ εκκλησιᾳ Θεσσαλονικεων Quod *presbyterorum* et *diaconorum* nullam in inscriptione hac mentionem fecerit Apostolus, ejus ratio non quaeri potest cum Grotio in eo, quod *recens fuit* Ecclesia Thessal. et *Presbyteris adhuc destituta.* Ad ecclesias enim caeteras fere omnes,

2 Εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ πάντων ὑμῶν, μνείαν ὑμῶν ποιούμενοι ἐπὶ τῶν προσευχῶν ἡμῶν,

omnes, etiamsi plene jam constitutas, prorsus eodem modo scribere solet Paullus. cf. initia Epp. omnium, excepta una ad Philippenses. εκκλησια εν θεῳ κ. κυριῳ, si genuina sunt quae sequuntur απο θεου χριςου, pro ecclesia ΘΕΟΥ κ. ΚΥΡΙΟΥ est accipiendum (ut εν χριςῳ ειναι et χριςου ειναι sunt synonyma, *Christianum esse*. Rom. 8, 1.) cf. 2, 14. εκκλησιαι του θεου ουσαι εν χριςῳ nomine, quo Judaei gloriari solebant, קהל יהוה l. עדת ex Num. 16. 3. ad coetus Christianorum translato, additis tamen his, quibus a Judaeis discernebantur, Κυριῳ Ιησ. Χριςῳ. Quodsi vero απο χριςου omittenda judicantur, (cf. var. lect.) tum post θεσσαλονικεων est commate interpungendum, et εν θεῳ (h. δια θεου) χαρις ὑμιν invicem jungenda, quod praefero. κυριος *nomen proprium* Jesu in N. T. Eo quidem jam tum, cum adhuc in his terris viveret Jesus, discipuli eum appellare consueverant, sensu nullo alio, nisi *doctoris* et *magistri*, verum postquam in coelum abierat, indeque tandem *judicis hominum regisque dignitate* olim rediturus e coelis exspectabatur, ejusdem κυριου nominis usum in oratione Apostolorum multo ampliorem et illustriorem constituendum esse, dubitari non potest. Ιησου Χριςῳ vid. ad Gal. 1, 1. τῃ εκκλησιᾳ χαρις ὑμιν etiam de hac salutandi formula cf. ad Gal. 1, 1. 2.

2. 3. Pluralis in ευχαριςουμεν. ut per omnem epistolam, ad *Paullum* tantum, non ad *Timotheum* et *Silvanum*, ad quos tantum salutatio pertinet, est referendus. cf. 3, 1. 2. ευχαριςουμεν — — επι των προσευχων ἡμων. Eadem sollicitudinem et amorem suum Christianis significandi formula saepius utitur Apost. in initiis Epistolarum. cf. Rom. 1, 8. 9. Eph. 1, 16. Philem. v. 4. αδιαλειπτως et παντοτε ex populari loquendi usu accipienda pro πολλακις. μνημονευοντες pro μνημονευομεν γαρ ex perpetua Ap. consuetudine periodos periodis jungendi participiorum usu. ὑμων ad εργου πιςεως refer. εργου πιςεως (2 Thess. 1, 11.) pro πιςεως simpliciter accipio. Junguntur enim invicem πιςις, αγαπη, ελπις ut 1 Cor. 13, 13. Amat vero hanc periphrasin Apostolus, etiam in nominibus aliis. Eph. 4, 12. Rom. 2, 15. cumque h. l. πιςει inprimis, junxerit εργον, fecisse id

ἡμῶν, ἀδιαλείπτως μνημονεύοντες ὑμῶν τοῦ ἔργου 3
τῆς πίστεως, καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης, καὶ τῆς
ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ
ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν· εἰδότες, 4
ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ Θεοῦ, τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν·
ὅτι

Id videtur contra Judaeos, ἐργοις νομȣ gloriantes. πιϛις *obſequium omne erga doctrinam Apoſtoli de Jeſu Meſſia.* vid. ad Gal. Exc. VI. τȣ κοπȣ της αγαπης (Hebr. 6, 10.) et της ὑπομονης της ελπιδος iterum pro της αγαπης et της ελπιδος ſimpliciter poſita videntur, ut reſponderent τῳ: εργον πιϛεως. Non repugnaverim tamen, ſi quis κοπον *de moleſtiis*, quas quis ſuſcipit, ut liberalis erga alios eſſe poſſit, et ὑπομονην de *conſtantia* ea, quae nullis vexationibus ſpem ſemel animo conceptam eripi ſibi patitur, accipere velit. Tum ὑπομονη της ελπιδος poſita erit pro ελπις ὑπομενȣσα. *ſtandhafte ausdauernde Hofnung.* Rom. 8, 7. tum vero etiam εργον της πιϛεως pro πιϛις ενεργης, *thaetiger, wirkſamer Glaube.* αγαπη *liberalitas in ſuſtentandis quovis modo iis, qui ope noſtra indigeant.* ελπις τȣ κυριȣ ἡ. I. χ. *ſpes de olim redituro ad regnum inſtaurandum Domino noſtro J. C.* εμπροσθεν - ἡμων ad μνημονευοντες paullo durius rejiciuntur. Retulerim ea potius ad πιϛεως, αγαπης, ελπιδος. ex notiſſimo Hebraeorum more, virtutem omnem *ad religionem* referendi, hocque ſenſu nominibus virtutum formulam לפני יהוה addendi. cf. Gen. 10. 9. et ad Gal. Excurſ. IV. p. 113. Hinc verterim ſimpliciter *pia fides* et ſ. p.

4. ειδοτες (iterum Participium pro tempore finito ut v. 3.) ex grammatica ratione ſuperioribus jungendum eſt et ad Paullum referendum, pro οιδαμεν γαρ, *bene enim ſcio, compertum habeo*; ſecundum alios, per ανακολȣθον orationis Paullo non infrequens Coloſſ. 3, 16. refertur ad Theſſalonicenſes, et verſibus ſqq. jungitur pro: οιδατε γαρ ὑμεις *meminiſtis ipſi.* Priorem rationem cum ipſe praeferam, verſus etiam 5ti interpunctionem ſenſumque aliter, quam vulgo fieri ſolet, conſtitui. vide ad eum. ηγαπημενοι ὑπο Θεȣ ſunt jungenda 2 Theſſ. 2, 13. Col. 3, 12. Eſt formula, qua Judaei de ſe gloriabantur, 2 Paral. 20, 7. translata

ad

5 ὅτι τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν οὐκ ἐγενήθη εἰς ὑμᾶς ἐν λό-
γῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει, καὶ ἐν πνεύματι ἁγίῳ,
καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ· καθὼς οἴδατε, οἷοι ἐγενήθη-
μεν

ad Christianos. την εκλογην υμων *vestram singularem quandam in amplectenda tenendaque religione Jesu constantiam.* Verbo εκλεγεσθαι cum derivatis εκλογη, εκλεκτος (ut καλειν vid. ad Gal. 1, 6.) constanter utuntur Apostoli, ad exprimendum *tum* insignem quendam erga certos homines amorem Dei et benevolentiam (Act. 9. 15. Luc. 23, 35), *tum inprimis* beneficium, illud, quo quis ad religionem Jesu cum eaque conjunctam olim in regno Messiae felicitatem adducitur, in eaque servatur Eph. 1, 4; tum εκλογη fere idem est, quod πιστις; quemadmodum Hebraei, quam sibi prae caeteris gentibus contigisse gloriabantur dignitatem, ut essent *populus Deo inprimis carus, veraeque religioni addictus* vocibus בחר et בחיר solent exprimere Es. 44, 1. 2. Ps. 105, 6. Possit vero etiam h. l. vulgaris της εκλογης significatio servari: qua universe est, *praestantia, dignitas*, ut το εκλεκτον i. q. τιμιον, αγαθον. *Ich kenne eure Vortreflichkeit, euren Werth.*

5. 6. Si quidem ειδοτες v. 4. ad *Apostolum* refertur, quod fecimus, post πολλῃ signo majori est interpungendum; et, quae sequuntur, ad verbum 6tum referenda, in hunc modum: *quantam enim mea apud vos doctrina in animos vestros vim habuerit, non ore tantum sed facto declaravistis; secuti enim meum ipsius atque adeo Domini nostri I. C. exemplum, atrocissimas calamitates religionis caussa lubenter suscepistis.* το ευαγγελιον *doctrina ipsa Paulli de Jesu Messia* vid. ad Gal. 1, 6. cf. Rom. 16, 25. 2 Thess. 2, 14. 2 Tim. 2, 8. εις υμας idem quod εν υμιν, παρ' υμιν *inter vos, apud vos.* ουκ εγενηθη εις υμας εν λογῳ μονον: *non ore tantum profitebamini hanc meam doctrinam.* Ei opposita sunt εν δυναμει και εν πληροφορια πολλῃ, quae invicem jungo, et ad *singulas Thessalonicensium virtutes inprimisque in calamitatibus propter religionem subeundis patientiam atque constantiam* refero. δυναμις oppositum τε λογε, *non verbo tantum, sed re ipsa.* εν πν. αγιῳ και εν πληροφ. πν. (cf. v. 6. χαρα πνευματ. αγ. itemque 1 Cor. 2, 4.) pro εν πληροφ. πολλῃ τῃ τε πνευματος αγιου *excitata a spiritu divino,* ad quem quidem quam-

μεν ἐν ὑμῖν δι' ὑμᾶς· καὶ ὑμεῖς μιμηταὶ ἡμῶν ἐγε- 6
νήθητε καὶ τοῦ Κυρίου, δεξάμενοι τὸν λόγον ἐν θλίψει
πολλῇ μετὰ χαρᾶς πνεύματος ἁγίου· ὥστε γενέ- 7
σθαι ὑμᾶς τύπους πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν ἐν τῇ Μα-
κεδο-

quamvis in Christiano homine virtutem ab Ap. referri disputatum vide Exc. V. ad Galatas p. 120. sq. πληροφορια Hesych. βεβαιωσις *insignior quaedam animi fiducia* i. q. χαρα v. 6. Καθως οιδατε - και ὑμεις jungenda pro καθως-ὡτω και ὑμεις. οἱοι (h. εν ποιᾳ δυναμει και πληροφοριᾳ) εγενηθημεν εν ὑμιν *qualem me vidistis cum apud vos essem, vestra caussa omnia perferre paratissimum, tales etiam vos nunc estis.* δι ὑμας *vestri commodi caussa*, nempe ut vos ad religionem Christi adducerem.

Et ita nobis quidem locus hic interpretandus videtur; cum ειδοτες v. 4. ad *Apostolum* referendum esse nobis persuadeamus. Vulgaris tamen ratio illud ipsum ειδοτες pro οιδατε γαρ accipit, unde v. 5ti sententia sic constituitur. *Meministis ipsi, quanta cum vi et quam insigni divinoque spiritu excitata animi παρρησιᾳ vos docuerim.* Tum ευαγγελιον ἡμων (μυ) εγενηθη εις ὑμας pro ευηγγελισαμην ὑμιν accipiendum; λογος autem *de ipsa Apostoli institutione, qualis esse solebat, cum non singulari quodam spiritus divini instinctu ad singulorem quandam in docendo vim et παρρησιας excitatum se sentiebat;* eidem vero opposita εν δυναμει - πολλῃ de illa *ipsa insigniori δεινοτητος laetitiae et fiduciae vi, qua inprimis in docendis Thessalonicensibus concitatum et exhilaratum se Apostolus senserat,* interpretanda, denique post πολλῃ commate, et post δι' ὑμας puncto interpungendum erit, ut v. 6. demum *de Thessalonicensibus ipsis* agi appareat.

6. μιμηται εγενηθ. nempe εν τῃ δυναμει - και πληροφοριᾳ. Ad calamitates inprimis sententia est referenda, quas varias et graves magna cum constantia et in Deum fiducia laeti pertulerant Thessalonicenses. Act. 17, 5 - 9. τυ κυριυ *Jesu* vid. ad v. 1. λογος *doctrina de Jesu Messia.* μετα χαρας πν. αγ. *lubentissime*, adjuncta tamen notione de vi divina, illam hilaritatem in hominibus Christianis excitante. cf. ad Gal. Exc. V. pag. 121.

7. *ut adeo Christiani omnes in Macedonia et Achaja vestrum*

8 κεδονίᾳ καὶ τῇ Ἀχαΐᾳ. ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ Κυρίου οὐ μόνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ Ἀχαΐᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἐξελήλυθεν, ὥστε μὴ χρείαν ἡμᾶς ἔχειν λαλεῖν τι.

strum exemplum imitandum sibi proponant et intueantur. τυπος *exemplum* Philipp. 3, 17. 2 Theſſ. 3, 9. 1 Tim. 4, 12. 1 Cor. 10, 6. 11. οἱ πιστευοντες nomen proprium *Christianorum.* cf. ad Gal. Exc. VI. p. 126. Μακεδονια κ. Αχαια. In has duas partes, ſingulas ſuo praeſide regendas, ſub Romanorum imperio, poſt geſtum inprimis bellum Corinthiacum, omnis Graecia diſpeſcebatur. *Iſta* Macedoniam quae proprie dicitur cum Illyrico, Epiro, Theſſalia, *haec* univerſam Graeciam liberam l. proprie Graeciam dictam, complectitur.

8. *Non enim tantum veſtrum exemplum ſecuti Macedonum et Achaeorum plures doctrinam meam amplexi fuerunt, verum fidei veſtrae fama omnibus locis iſtis ita jam dimanaverat, ut ego quidem vos laudare et commendare non opus haberem.* ΑΦ' ὑμων (non ΠΕΡΙ ὑμων, quae multum invicem differunt) εξηχηται ὁ λογος εν — *a vobis diſcedenti mihi in caeteris etiam Macedoniae et Achajae urbibus* (velut Beroeae, Athenis cf. Proleg.) *evangelium docendi occaſio multa ſuppeditavit.* cf. 1 Cor. 14, 36. ου μονον non ad εν τῃ μακεδον. ſed ad verbum εξηχηται refero cum Grotio, (etſi conſtructio eſt paullo durior, pro: ου μονον εξηχηται; eadem tamen in Paulli epiſtolis non infrequens cf. Rom. 4, 12. Hebr. 11, 3.) Neque enim εν Μακεδονιᾳ και Αχαιᾳ et εν παντι τοπῳ invicem opponuntur; quae ſi voluiſſet opponere Ap. cur mox adderet ἡ πιςις ὑμων εξεληλυθεν non video; praeterea, cum haec ſcriberet Paullus, nullam aliam regionem quam Macedoniam et Achajam peragraſſe videtur, cf. Prolegom. Contra vero, omnia bene procedunt, ſi, quod fecimus, deleto commate poſt κυριου, in formulis his: αφ' ὑμων εξηχηται λογος et πιςις ὑμων εξεληλυθε, ſententiae quodammodo contrariae quaeruntur. εξηχηται (i. q. εξηχησε. Joel. 3 14. Sirac. 40, 13. Utraque forma occurrit) *doctrina Chriſti perſonuit* h. *libere et palam tradita eſt.* εν παντι τοπῳ populariter accipe pro: *quocunque tandem venerim.* Pertinent tamen ſecundum ea, quae modo ſcripſimus,

τι. αὐτοὶ γὰρ περὶ ἡμῶν ἀπαγγέλλουσιν, ὁποίαν 9
εἴσοδον ἔσχομεν πρὸς ὑμᾶς, καὶ πῶς ἐπεστρέψατε
πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων, δουλεύειν Θεῷ ζῶντι
καὶ

VARIAE LECTIONES.

9. εσχομεν A. C. D. E. F. G. 1. 2. 4. 18. 19. 20. 21. 26. 29. 30. 31. 32. 36. 37. 38. 39. 41. 43. 44. 45. 46. 47. 48. Ed. *Complut. Erasm. Colinaei. Steph. I. Plantin. Genev. Bengel. Bogard. Griesbach.* Vers. *Syr. Copt. Vulg. Chrysosth. Theodoret. Theophyl. Ambrosiast. Pelag.* probantibus *Clerico, Millio, Wolf. Wetst.* contextu etiam necessario eam postulante. Vulgaris lectio est εχομεν.

psimus, tantum ad Macedoniam et Achaiam. πιςις ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΘΕΟΝ, np. maxima pars Christianorum Thessalonicensium erat e gentibus cf. v. 9. itemque Proleg. πιςις εξεληλυθεν *fama ejus ita late se divulgavit ut, caet.*

9. αυτοι h. *qui sunt in locis istis omnibus.* περι ἡμων l. idem significat, quod seqq. ὁποιαν εχομεν προς ὑμας: *Sie erzaehlen von mir, wie gut mirs bey euch gegangen*, l. pro ὑπερ ἡμων accipiendum. *Ipsi pro me narrant.* cf. ad Gal. I, 4. V. L. ʼΟΠΟΙΑΝ εισοδον – – *quanta cum laetitia quantoque studio et obsequio me apud vos receperitis* cf. v. 5. et 2, 1. ΠΩΣ επεςρεψατε· *quam promti fueritis in amplectenda religione vera.* επεςρεψατε (vi reciproci επιςρεφεσθαι Luc. 17, 4. Act. 3, 19. alibi) προς τον Θεον απο ειδωλων (Act. 14, 15.) iterum *Christianis e gentibus* dicta, qui hactenus similes facti erant Judaeis. δουλευειν Θεῳ עבר est simpliciter *colere Deum, parere Deo;* neque in *servitutis* notione, ex recentiorum linguarum ratione, est haerendum. Nempe secundum Hebraeos *cives* etiam *populusque omnis* dicitur עבר את המלך. h. *parere, obsequi regi* 1 Reg. 5, 1. saepissime, unde eadem formula ad *hominum etiam obsequium erga Deum*, quem solebant regis inprimis humani similitudine cogitare, translata fuit. Θεος ζων אלהים חי 2 Reg. 19, 4. opp. *idolis vita destitutis.* Θεος αληθινος אלהי אמן *verus Deus* (non אמת quod est, *verax*) Es. 65, 16. Jo. 17, 3. 1 Jo. 5, 20. Philo leg. ad Cuj. p. 599, 30. ικετευειν τον αληθινον Θεον, ινα τας ψευδωνυμας τας οργας επισχῃ.

10 καὶ ἀληθινῷ, καὶ ἀναμένειν τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, Ἰησοῦν, τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης.

CAP. Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ἀδελφοὶ, τὴν εἴσοδον ἡμῶν τὴν
II. 2 πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐ κενὴ γέγονεν· ἀλλὰ, προπαθόν-

τες

VARIAE LECTIONES.

v. 2. καὶ, in edd. vulgg. ante προπαθόντες positum, omitt. A. C. D. E. F. G. 1. 2. 4. 14. 18. 19. 20. 21. 23. 26. 27. 28. 31. 33. 36. 37. 38. 39. 41. 43.

10. και αναμενειν - Ιησϐν (Philipp. 3, 20.) adduntur haec, ut propria Christianorum, quibus discernantur a Judaeis απιϛοις. ϐκ των ϐρανων subint. ελευσομενον *redituram e coelis.* τον ρυομενον (pro fut. ρυσομενον) - - ερχομενης. Sunt ad verbum translata Hebraica באלנו מחרון הבא cf. Gal. 1, 4. οργη deo attributa semper *poenas divinas, easque graves* (quales iratus rex infligere solet) exprimit Rom. 2, 5. 3, 5. 12, 19. 14, 15. 5. 9. Eph. 2. 3. 5. 6. Coloss. 3, 6. Idem usus loquendi nec in scriptoribus profanis alienus est. Demosth. c. Med. p. 391. τῳ δρασαντι δ'ϐκ ισην την οργην ανθ' ἑκων αντ' ακων εταξεν ὁ νομος. Aeschin. cont. Ctesiph. p. 283. μεγαλης οργης αξιοι. Plura collegit Kypke ad Rom. 2, 5. Formula vero omnis nititur persuasione ea, quam inde ab antiquissimis temporibus per prophetas acceperant Hebraei: *cum regnum Messiae instaurabitur, gravissimas simul poenas adversariis hostibusque Messiae inflictum iri.*

Cap. II, 1. γαρ particula transeundi, in vers. germanica non exprimenda, saltem non vertenda: *enim.* cf. Rom. 15, 27. την εισοδον - γεγονεν pro: ὁτι ἡ εισοδος ἡμων, ἡ προς ὑμας, ϐ κενη γεγονεν. Similem structuram vide Col. 4, 17. κενον potest quidem respondere Hebr. שוא tumque *falsum, mendax* significat, ipseque Paullus hoc sensu voce κενος utitur Eph. 5, 6. Col. 2. 8. Sic cohaeret sententia versui 3tio, sensu hoc: *non attuli vobis doctrinam qua et ipse deceptus essem, et vos decipere voluissem;* saepius tamen in Epp. Paulli exprimit Hebr. ריק estque synonymum τϐ: ματαιον, ανωφελες, *quod frustra, temere fit, nullam affert utilitatem.* cf. 3, 5. Tum sententia haec est: *veni ad vos eo consilio et studio ut vobis prodessem, non ut otiose inter vos viverem.*

2. *Immo vero, quantumvis Philippis paullo ante atrocissimis*

τες καὶ ὑβρισθέντες, καθὼς οἴδατε, ἐν Φιλίπποις, ἐπαῤῥησιασάμεθα ἐν τῷ Θεῷ ἡμῶν λαλῆσαι πρὸς ὑμᾶς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἐν πολλῷ ἀγῶνι. ἡ γὰρ πα- 3
ράκλησις ἡμῶν οὐκ ἐκ πλάνης, οὐδὲ ἐξ ἀκαθαρσίας, οὔτε

43. 44. 45. 46. 47. 49. 52. 55. Edd. *Complut. Plantin. Genev. Bengel.* Verss. *Syr. utraque. Arr. Copt. Vulg. Basil. Chrysost. Theodoret. Oecumen. Damascen. Euthal. Theophyl. Ambrosiast. Pelag.* probb. *Millio, Wetsten. Griesbach.*

tis injuriis adflictus, tamen adjutus Deo meo, libere magnoque cum studio et sollicitudine (l. etiam: *inter multas vexationes*) *docui vos religionem nostram vere divinam.* προπαθοντες κ. ὑβρισθεντες. Demosth. adv. Conon. ὑβρισθεις, ω ανδρες δικασαι, και παθων ὑπο Κονωνος ταυτα Thucyd. III, 67. παρηνομησαν ου προπαθοντες ὑφ' ἡμων. ὑβρισθεντες εν Φιλιπποις cf. Act. 16, 22. sqq. Fuerant Paullus et Silas virgis caesi Philippis et in carcerem conjecti. Φιλιπποι vid. Proleg. ep. ad Philipp. επαρρησιασαμεθα εν τω θεω λαλησαι pro: ελαλησαμεν (εδιδαξαμεν) μετα παρρησιας, δια του θεου ενεργουμενης cf. Eph. 6, 20. αγων (ut αγωνιζεσθαι Luc. 13, 24. Coloss. 1, 29. 4, 12.) de omni *studio et cura vehementiore* dicitur Coloss. 2, 1. Potest tamen etiam *de aerumnis et miseria*, cum qua luctandum Apostolo Thessalonicae fuerat, intelligi. cf. Philipp. 1, 30. et Arrian. de exped. Alex. III, 15, 1. ὁτι εν αγωνι ξυνεχεται το κατα σφας, και βοηθειν δει. Caeterum conferatur hic locus ad illustranda et confirmanda ea, quae de vocibus δυναμεως et πληροφοριας et πνευματος notata fuerunt ad 1, 5. 6.

3. παρακλησις *omnem Apostoli institutionem in religione* complectitur Act. 13, 15. 15, 31. ἡ παρακλησις ἡμων ουκ. sc. εστι. hebraica verborum structura pro ου γαρ ἡμεις παρακαλουμεν. *cum doceo religionem et ad eam recipiendam homines cohortor, non facio id* — εκ πλανης l. πλανωμενος αυτος h. ενθουσιαζομενος *ipse Enthusiasmo deceptus, aus Schwaermerey.* Sic enim differre nobis videntur εκ πλανης a sqq. εν δολω, quibuscum vulgo ab interpretibus, tanquam synonyma, jungi solent; contra omnem, opinor, linguae usum. Nunquam enim πλανη *active* dicitur de *fraude* quam quis facit alteri,

4 οὔτε ἐν δόλῳ· ἀλλὰ, καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ
τοῦ Θεοῦ πιστευθῆναι τὸ εὐαγγέλιον, οὕτω λαλοῦ-
μεν· οὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέσκοντες, ἀλλὰ τῷ Θεῷ,
5 τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν. οὔτε γάρ ποτε
ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν, καθὼς οἴδατε, οὔτε

teri, (ne loco quidem eo, ad quem Grotius provocavit Prov. 14, 8.) sed semper *passive* de *errore*, quo decipimur ipsi, εξ ακαθαρσιας *consiliis improbis* v. c. ut opes corraderem, gratiam hominum captarem et s. p. cf. v. 5. 6. Sic ακαθαρσια, quod respondet hebr. partim ממאה partim נבלה, non tantum *de libidine venerea* singulatim, cujus h. l. nullus commodus sensus videtur, sed saepissime de *qualibet animi morumque pravitate et improbitate* dicitur. v. c. 4, 7. cf. Ezech. 39, 24. Mich. 2, 11. Rom. 6, 19. et apud Graecos scriptores; Arrian. in Epict. IV, 11. p. 507. ψυχης ακαθαρσια δογματα πονηρα. ουτε εν δολῳ *nulla fraude adhibita*, nec injuste blandiendo nec calumniando. Attende, quaeso, ad particulas εκ et εν apte delectas, ut *illa* quidem *consilium*, *haec* ipsa *agendi ratio* declaretur.

4. δεδοκιμασμεθα πιστευθηναι το ε. paullo durior constructio pro: εδοκιμασε ὁ θεος ἡμας, ὡστε πιστευειν αυτον ἡμιν το ευαγγ. *dignus judicatus sum a Deo, cui committeret et crederet doctrinam suam*. Hoc sensu δοκιμαζειν τινα occurrit 1 Cor. 16, 3. et cum Infinitivo constructum Rom. 1, 28. καθως - ουτω ad utrumque est referendum: *partim* eo, quod nihil tradere sibi conscius erat Apostolus, nisi quod vere divinitus edoctus fuisset (non εκ πλανης); *partim* eo, quod in tradenda hac vere divina religione omnem ακαθαρσιαν et δολον defugiebat, tantum consiliis et voluntati divinae obsecutus. αρεσκοντες pro ζητουντες αρεσκειν cf. ad Gal. 1, 10. τῳ δοκιμαζοντι ἡμων. Est epitheton Dei in V. et N. T. frequentissimum 1 Sam. 16, 7. 1 Reg. 8, 39. Ps. 7, 10. Jer. 17, 10. 20, 12. Act. 1, 24. 15, 8. Rom. 8, 27. 1 Jo. 3, 20.; unde etiam h. l. eadem universe accipere malim; *animorum humanorum scrutatori et exploratori*. δοκιμαζειν h. l. *explorare* 1 Petr. 1, 7. Hebr. בחן Ps. 17, 3.

5 et 6. sunt jungendi. De sententia totius loci cf. 2 Cor. 2, 17. Verba sic intelligo. Formula omnis ουκ εγενηθημεν

ἐν προφάσει πλεονεξίας (Θεὸς μάρτυς) οὔτε ζητοῦν- 6
τες ἐξ ἀνθρώπων δόξαν, οὔτε ἀφ' ὑμῶν, οὔτε ἀπ'
ἄλλων. δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι, ὡς Χριστοῦ ἀπόστο- 7
λοι, ἀλλ' ἐγενήθημεν ἤπιοι, ἐν μέσῳ ὑμῶν. ὡς ἂν

 τροφὸς

μεν posita videtur pro: ουκ εκολακευσαμεν. *nunquam assuevi sermoni adulatorio.* Nempe, εν λογῳ ειναι i. q. λεγειν Plutarch. conv. 7 sap. p. 148. εν τοιουτοις λογοις γενομενοι καθ' ὁδον Xenoph. Cyrop. IV, 3, 5. οἱ μεν δη εν τουτοις τοις λογοις ησαν. Sic γινεσθαι (l. ειναι) εν τινι πραγματι i. q. πραττειν l. πασχειν τι simpliciter cf. v. 7. Philipp. 2, 7. 1 Tim. 2, 15. εν παραβασει γεγονε pro παρεβαινε. add. Lys. or. 18. p. 308. εκεινου αποδημησαντος και εν διαβολῃ γενομενου Diodor. S. L. XX, c. 33. εν εγκλημασιν οντες. ουτε εν προφασει - ουτε ζητουντες - δοξαν arcte jungenda: *neque lucri faciendi neque gloriolae captandae caussa quicquam feci; erga quemquam adulatorem et assentatorem egi.* προφασις *ratio, caussa.* vid. Hesych. προφασις, αιτια. et Phavorinus: προφασις κυριως ὁ προτεινομενος ευπροσωπος λογος επι κατηγοριᾳ τινος, και απο τουτου ἁπλως και αιτια. Idem vero, προφασις, voci πλεονεξιας sine ulla emphasi per periphrasin junctum videtur pro simplici εν πλεονεξιᾳ, h. εκ πλεονεξιας, πλεονεξιας ἐνεκα ut supra 1, 3. εργον πιστεως pro πιστις, κοπος αγαπης pro αγαπη et s. p. cf. loca similia apud Philonem de Cherubim p. 127. D. de temul. p. 258. καθαπερ τους τα σωματα εκ φυσεως επικηρως εχοντας, οἱς και ἡ τυχουσα νοσου προφασις (pro ἡ τυχουσα νοσος) μεγα εμποδιον προς το σωζεσθαι. Eodem modo vox λογου redundat nonnunquam, velut: Esdr. 3. 4. Nehem. 12, 47. Matth. 5, 28. 1 Th. 2, 13. etsi, quod multi faciunt, *hunc* loquendi usum ad hujus ipsius loci formulam hanc εν λογῳ κολακειας, illustrandam, non transferendum esse arbitror. Aliorum interpretum rationes alias vid. apud Wolfium, Grotium, Hammondum. κολακεια a κολαξ *assentator.* πλεονεξια *avaritia, lucri ex quavis re capiendi desiderium.* θεος μαρτυς עד יהוה 1 Sam. 12. 5.

6. ουτε ζητουντες (participium pro tempore finito εζητησαμεν) δοξαν *neque laudem et gloriam apud quemquam hominum unquam captavi.*

7. δυναμενοι iterum pro εδυνηθημην αν. *potuissem quidem.*

Neque

8 τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα, οὕτως, ᷉ ἱμειρόμε-
νοι ὑμῶν, εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι ὑμῖν, οὐ μόνον τὸ
εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχάς,

᷉ ὁμειρόμενοι διότι

VARIAE LECTIONES.

v. 8. Pro ἱμειρομενοι legunt ὁμειρομενοι A. C. D. E. F. G. 1. 7. 14. 18. ex emendatione. 20. et Scholium. 21. 23. 26. 28. 30. 32. 36. 37. 39. 41. 45. 46. 47. 52. Ed. *Erasmi* I. *Ald. Chrysost. Hesych. Damasc.* Ms. *Theophyl. Euthal. Glossar. N. T.* probante *Millio.* Quae lectio si est vitium scripturae, (ut criticis plerisque videtur, quia nullo alio loco in scriptoribus Graecis occurrit) mirum tamen videri debet, quomodo eadem in Codices non aliquos, sed plures eosque praestantissimos et ex utraque Codicum recensione profe-

ctos

Neque est jungendum superioribus, sed his, quae jam sequuntur, αλλ' εγενηθημεν — —. εν βαρει ειναι (sc. ὑμιν quod repetendum est ex formula εν μεσῳ ὑμων) i. q. βαρυν ειναι, επιβαρειν v. 9. cf. ad v. 5. l. *potuissem vobis molestus esse*, np. stipendio aut donariis accipiendis. cf. 2 Cor. 11, 9. 2 Thess. 3, 7 - 9. 1 Tim. 5, 16. l. *multa mihi arrogare potuissem inter vos*, cum βαρος pro *arrogantia fastu* ponatur. Dicaearchus de Thebanis δια το βαρος η την ὑπερηφανειαν των κατοικουντων. Interpretes alii βαρος de *honore* interpretantur, quod dubito, an linguae rationes permittant. Saltem 2 Cor. 4, 17. nihil efficere potest. cum aliud profecto sit βαρος ΤΗΣ ΔΟΞΗΣ (maxime cum idem eo loco positum sit, ut respon-deret τω: ΕΛΑΦΡΟΝ της θλιψεως) aliud βαρος simpliciter positum; Analogia vero hebr. כבוד et latinorum *gravitatis* (pro *auctoritate, dignitate* positae) tum demum vim habeat, cum similis loquendi usus in voce βαρος exemplis quodammodo jam est confirmatus. ηπιος nomen parentibus proprium Odyss. β, 47. πατηρ δ' ὡς ηπιος ηεν. *benignus*. h. l. *qui de jure suo cedit, ut parcat aliis, quos amat.* εν μεσῳ ὑμων hebr. בתוככם pro simplici εν ὑμιν *inter vos*.

8. Ad hunc versum transferenda esse extrema versus 7. ὡς εν - τεκνα, et sequentibus ὀυτως jungenda, interpunctione mutata jam indicavimus. τροφος *nutrix* (eademque h. l. *mater*) Sic Symmachus hebr.

מנקת

διότι ἀγαπητοὶ ἡμῖν γεγένησθε: μνημονεύετε γὰρ, 9
ἀδελ-

ctos irrepere potuerit. Unde me quidem in judicium Millii propendere non diffiteor.

Ibid. Pro γεγενησθε legunt εγενηθητε A. C. D. E. F. G. 17. 23. 31. 37. 39. 47. *Basilius. Theophyl. Chrysost.* probabile idem judicante *Griesbach*.

מנקה Gen. 24, 59. vertit similiter τροφος. cf. Philo de temul. p. 248 (ȣ γαρ εξ ὑλης τῆς αισθητȣ συνισαμενης αει και λυομενης, ἡν μητερα και τροφον και τιθηνην των ποιητων εφασαν. θαλπειν proprie *calefacere* (inprimisque de *avibus ovo incubantibus* adhibetur Job. 39. 14. itemque de *puellae amplexibus, quibus fovetur senex.* Joseph. Ant. XIV, 3. τȣτο γαρ αυτῳ προςτο ῥιγος εσεσθαι βοηθημα, θαλπȣσης αυτον της κορης.) tum vero translate dicitur, pro: *fovere, benignitate et tenerrimo amore aliquem prosequi, ejusque curam diligentissime gerere.* Eph. 5, 29. Joseph. de b. J. IV, 3, 14. θαλπομενοι ελπιδι *qui spe aluntur atque sustentantur.* ἱμειρεσθαι (ab ἱμειρος l. ἱμερος) proprie *desiderio alicujus flagrare*, Job. 3, 21. LXX. Ps. 62, 2. Symmachus. Aristoxenus Pythagoreus ap. Stob. serm. 10. p. 132. τȣτων ȣκ ἱμειρεται το σκηνος. Polyb. p. 469 της ειρηνης ἱμειροντες μετασχειν. tum vero simpliciter *amare* vid. Hesych. ἱμειρεται, ερᾳ. ἱμειρος, ερωτες. ἱμερρευτα, επερασα. ἱμεροι, ερασοι, αγαπητοι. Similiter h. l. accipio, ut sit ἱμειρομενοι ὑμων i. q. versu extremo repetitur: διοτι αγαπητοι γεγενησθε. *amore vestri compulsus.* ευδοκειν cum Infinit. constructum, est: *lubenter aliquid facere, promtum esse ad aliquid* Rom. 15, 26. 2 Cor. 5, 8. ἑαυτων pro ἡμων αυτων – ἑαυτων ψυχας hebr. בנפשותינו i. q. ἑαυτȣς *me ipsum* vobis tradidi, omnes vires, studia, vitam denique meam omnem vestris commodis usibusque impendi. Sic etiam μεταδȣναι aptius translatum ad ἑαυτων ψυχας videbitur; nam ψυχην μεταδȣναι ex vulgari ratione non commode dixeris.

9. cf. 2 Thess. 3, 7-9. *Memineritis ipsi, quanto cum studio et labore, inter perpetuas operas subsecivas, quas, ne vobis molestius essem, in me receperam, divinam religionem vos docuerim.* κοπος et μοχθος plane Synonyma. νυκτος και ἡμερας populariter dictum pro: *assidue, studio indefesso.* cf. 3. 10. εργαζεσθαι *opera mercenaria fungi.* cf. Act. 18, 3.

ἀδελφοὶ, τὸν κόπον ἡμῶν καὶ τὸν μόχθον· νυκτὸς = γὰρ:
καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι, πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα
ὑμῶν, ἐκηρύξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ.
10 ὑμεῖς μάρτυρες καὶ ὁ Θεὸς, ὡς ὁσίως καὶ δικαίως καὶ
11 ἀμέμπτως ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐγενήθημεν· καθά-
περ οἴδατε, ὡς ἕνα ἕκαστον ὑμῶν, ὡς πατὴρ τέκνα ἑαυ-
12 τοῦ, παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι καὶ
μαρτυρούμενοι εἰς τὸ περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Θεοῦ

τοῦ

VARIAE LECTIONES.

9. γαρ posterius omitt. A. D. a pr. manu F. G. 21. 23. 26. Codd. plurimi teste *Millio.* Editio *Haultini.* Vers. *Vulg. Syr. Copt. Theophyl.* probb. *Bengel. Millio*, *Griesbach.*

3, 1 Cor. 4, 12. επιβαρησαι cf. v. 7. et 2 Cor. 12, 16. εις υμας cf. ad 1, 5.

10. In discrimine vocum οσιως δικαιως et αμεμπτως constituendo non est argutandum. Sunt plane Synonyma, eaque, ut in oratione vehementiore fieri solet, ad vim ejus augendam, invicem juncta. Nos forte eodem modo: *wie gewissenhaft und rechtschaffen und untadelich ich mich gegen euch betragen habe.* Atque δικαιως quidem et αμεμπτως nihil invicem differre, quisque videt; similiter vero neque οσιως et δικαιως. cf. Deut. 32. 4. Amos 5, 10. Voces hebraeae, quibus respondet οσιον, sunt ישר, תם, תמים; quae singulae de *virtute omni*, non sola, quam nos dicimus, *pietate in Deum* dicuntur; etsi haec pietas, secundum morem Hebraeorum, virtutem omnem ex religione metiendi, semper includitur. cf. ad Gal. Exc. IV. p. 113.

11. 12. junge. ως παρακαλουντες caett. iterum pro ως παρεκαλεσαμεν και παρεμυθησαμεθα και εμαρτυρησαμεθα. cf. ad 1, 3. παρακαλειν, παραμυθεισθαι et μαρτυρεισθαι rursus pro mere synonymis habenda. In omnibus inest vis *cohortandi*, *admonendi* etiam in παραμυθεισθαι cf. Il. ι, 417. και δ'αν τοις αλλοισιν εγω παραμυθησαιμην, οικαδ' αποπλειειν.); cohaerentque omnia sequentibus εις το περιπατησαι.

12. μαρτυρεισθαι Hebr. העיד *obtestari aliquem* h. *vehementius rogare et cohortari* Deut. 32, 46. εις το περιπατησαι

αξιως

τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ δό-
ξαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ 13
ἀδιαλείπτως, ὅτι παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ'
ἡμῶν τοῦ Θεοῦ, ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλά,
καθώς ἐστιν ἀληθῶς, λόγον Θεοῦ, ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν
ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν. ὑμεῖς γὰρ μιμηταὶ ἐγενήθητε, 14
ἀδελφοί, τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ τῶν οὐσῶν ἐν τῇ
Ἰουδαίᾳ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι ταῦτα ἐπάθετε καὶ

αξιως τ. Θεȣ Col. 1, 10. *ut vitam agatis probatam Deo.* τȣ καλȣντος — δοξαν. *qui adscivit vos regni sui sollenniter olim inaugurandi cives.* De verbo καλειν vid. ad Gal. 1, 6. βασιλεια ϑ. non tantum *religio Christiana*, sed *universum*, ad quod per religionem C. adducendi homines erant, *regnum Messiae* cf. Exc. I. βασιλεια και δοξα Hendyad. pro βασιλεια δοξαςη, ενδοξος. δοξα hebr. כבוד omnem *regiam majestatem* exprimit.

13. παραλαβοντες λογον παρ' ἡμων τȣ ϑεȣ *edocti a me religionem divinam.* Non enim παραλαβοντες et εδεξασϑε pro Synonymis habenda esse, res ipsa docet. cf. etiam 4, 1. λογον ακοης τ. ϑεȣ (h. λογον ϑειον παραδοϑεντα παρ' ἡμων) sunt jungenda. ακοη *doctrina* cf. ad Gal. 3, 2. λογος ακοης pro λογος vel ακοη simpliciter, altero redundante, cf. Hebr. 4, 2. ὃς ad ϑεȣ refero, non ad λογου. ενεργειται εν ὑμιν ad χαρισματα, quae vulgo dicuntur, *extraordinaria* v. c. miraculorum patrandorum vim, similiaque, hoc loco *tantum* respexisse Apostolum dubito, etsi etiam haec insigniora χαρισματα non defuisse multis Thessalonicensium, apparet ex 5, 19. 20. Saltem, si ex loci contextu judicium est ferendum, ad *patientiam* potissimum *in perferendis calamitatibus* illud ενεργεισϑαι erit referendum, quam quidem etiam, cum omni Christianorum hominum virtute, ενεργημα ϑεȣ l. πνευματος ἁγιȣ dici solere docuisse nobis videmur ad Gal. Exc. V. ενεργεισϑαι active accipiendum, *agere, operari*, Eph. 3, 20. Gal. 5, 6. Rom. 7, 5. εν ὑμιν τοις πις. *in vobis, ex quo tempore religionem suscepistis.*

14. Ut omnino *Judaei*, non Graeci et Romani, (in quibusvis potius religionibus ferendis

ὑμεῖς ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ
15 *ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων· τῶν καὶ τὸν Κύριον ἀποκτεινάν-*
των Ἰησοῦν καὶ τοὺς ἰδίους προφήτας, καὶ ἡμᾶς ἐκ-
διωξάντων, καὶ Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων, καὶ πᾶσιν ἀν-

θρώ-

VARIAE LECTIONES.

v. 15. *ιδιας* omittunt A. D. a pr. m. E. F. G. 17. Verss. *Copt. Aeth. Vulg.* *Origen.* Dial. cont. Marc. *Tertull.* (qui a Marcione adjectum narrat) *Ambrosiast.* *Pelag.* probb. *Millio* et *Griesbach.* Si est spuria, hominis esse videtur, qui prophetas V. T. ad Christianos nihil pertinere arbitrabatur.

dis et tolerandis aequissimi;) ii erant, qui Christianos persequebantur; sic inprimis coetus Christianorum *Judaici* s. *Palaestinenses* haec Judaeorum odia magis, quam regionum caeterarum Asiaticarum et Europaearum ecclesiae experiri debuerunt. *εκκλησιαι τȣ θεȣ εν χριςῳ* I. vid. ad 1, 1. *εν Ιȣδαιᾳ* tum Hierosolymis, tum in caeteris Judaeae et Samariae (Phoenices etiam Syriaeque) urbibus, in quas post Stephani inprimis mortem multos doctorum Christianorum Hierosolymis aufugientes, secessisse, ibique ecclesias condidisse, edocemur Act. 8, 1-4. 11, 19. *ιδιων* pro *ὑμετερων*. *συμφυλεται* *populares*. Synonyma sunt *φυλετης*, *ὁμοφυλος*, *ὁμοεθνος*. vid. Hesych. *συμφυλετων*, *ὁμοεθνων* Suid. *συμφυλετων*, *εκ της αυτης φυλης*, *ὁ εςιν ὁμοφυλος*. Non vero intelligendos esse Judaeos, sed a Judaeis concitatos magistratus et plebem Thessalonicensium ethnicam, ex opposito *Ιουδαιων* apparet.

15. *ιδιας*, (si vera lectio est, vid. var. lect.) pro *ἑαυτων* accipio, nec ullam emphasin ei inesse puto. *τȣς προφητας*. *Prophetae Vet. Test.* videntur intelligendi, quibus persequendis et necandis inde a longo tempore poenas divinas sibi contraxisse Judaei a Jesu ipso saepius arguebantur. Matth. 5, 12. 23, 31. 37. *ἡμας* *me ipsum* meique similes Evangelii doctores. *εκδιωκειν* i. q. simplex *διωκειν*. *θεῳ μη αρεσκοντων, και* — — *ut Deo probentur non solliciti, ergaque homines omnes infesti.* *αρεσκειν* accipio pro *ζητειν αρεσκειν* cf. ad 2, 4. Gal. 1, 10. Possunt tamen etiam *οἱ θεῳ μη αρεσκοντες* esse *θεοςυγεις*, *Deo invisi*. *πασιν ανθ. εναντιων*. De hostili hoc Judaeorum adversus omnes alios homines odio vid. Tacit. Histor. V, 5. Diodor. Sic. XXXIV, p. 524. *μονȣς γαρ*

άπαν-

θρώποις ἐναντίων· κωλυόντων ἡμᾶς τοῖς ἔθνεσι λα- 16
λῆσαι, ἵνα σωθῶσιν· εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας πάντοτε. ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος.

ἁπαντων εθνων ακοινωνητες ειναι της προς αλλο εθνος επιμιξιας και πολεμιες ὑπολαμβανειν παντας. Similiter apud Joſeph. c. Apion. II, 14. ab Apollonio Molone vocantur αθεοι και μισανθρωποι και αφυεςατοι των βαρβαρων. cf. Philoſtrati Apollon. l. V, c. 33. Ιυδαιοι μεν γαρ παλαι αφεςασιν ου μονον Ρωμαιων, αλλα και παντων ανθρωπων· οἱ γαρ βιον αμικτον εὑροντες, και οἱς μητε κοινη προς ανθρωπυς τραπεζα, μητε σπονδαι, μητε ευχαι, μητε θυσιαι, πλεον αφεςασιν ἡμων η Συσα και Βακτρα, και οἱ ὑπερ ταυτα Ινδοι. et Juven. Satyr. XIV, 103. 104. Judaei

Non monſtrare vias eadem nisi ſacra colenti

Quaeſitum ad fontem ſolos deducere verpos.

16. cf. Luc. 11, 52. τοις εθνεσι λαλησαι pro τα εθνη διδαξαι. ἱνα σωθωσιν ad *felicitatem omnem in regno Meſſiae exſpectandam* eſt referendum. εις το — (ut ἱνα) ſaepius eſt mere εκβατικον, ad imitationem hebr. ל cum Infinit. vel למען, non vertendum: *eo conſilio ut*, ſed: *quo fit, ut*. εις το αναπληρωσαι παντοτε. *ita fit, ut peccatorum ſuorum vim ſemper magis magisque augeant; eorumque poenas eo atrociores ſibi contrahant.* Nempe regnat in V. T. haec de peccatis eorumque poenis divinis opinio: *permittere quidem Deum, ut prave factorum certum quendam numerum homines repleant, et usque eo parcere et poenas differre; ſed, ſi iſte numerus confectus fuerit, tum poenas eſſe inevitabiles.* cf. Gen. 15, 26. ανεπληρεν τας ἁμαρτιας h. πληρεν μετρον ἁμαρτιων Matth. 23, 32. δε *verumtamen, enimvero.* εφθασε επ' αυτυς *mox eveniet iis.* Eccleſ. 8, 14. Dem. 7, 22. Matth. 12, 28. Rom. 9, 31. Il. λ, 451. φθη σε τελος θανατοιο κιχημενον ουδ' ὑπαλυξας. ἡ οργη vid. ad 1, 10. εις τελος. ad οργην refero, ut ſit vel ſynonymum οργης μελλυσης, ſupplicia *extrema*, h. extremo mundi tempore exſtitura, vel ſecundum Hebr. עד כלה *poenas graviſſimas, nec niſi cum ipſo hominum interitu ceſſaturas.* Dan. 9, 27. cf. Num. 17, 13. Joſ. 8, 24. 10, 20.

17 Ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν
πρὸς καιρὸν ὥρας, προσώπῳ οὐ καρδίᾳ, περισσοτέ-
ρως ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν ἐν πολλῇ
18 ἐπιθυμίᾳ. διὸ ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς (ἐγὼ
μὲν Παῦλος) καὶ ἅπαξ καὶ δίς· καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ
Σατα-

17. Redit jam Ap. ad Thessalonicenses suos, a quibus loco aliquanto vehementiore de Judaeis, eorum improbitate et miseria futura, paullulum deflexerat; suumque eos iterum videndi desiderium copiose expromit. *απορφανισθεντες* efficacissime, pro: *απαχθεντες*. *ereptus ego vobis, ut pater filiolis*. Parentes enim dicuntur *απορφανιζεσθαι* cum *liberorum amplexibus eripiuntur*. *προς καιρον ωρας* i. q. *προς ωραν* l. *προς καιρον* (alterutro redundante. cf. LXX ad Gen. 18, 10.) *ad tempus*. Theodoret. *προς ολιγον* cf. 1 Cor. 7, 5. Luc. 8, 13. 2 Cor. 7, 8. Gal. 2, 5. Philem. v. 15. *εσπουδασαμεν εν πολλῃ επιθυμιᾳ* jungenda sunt; pro: *εκτενως επεθυμησαμεν*, *και εσπουδασαμεν*. *περισσοτερως* forma frequens Apostolo 2 Cor. 1, 12. 2, 4. 7, 13. 15. 11, 23. 12, 15. Gal. 1, 14. Phil. 1, 14.

18. *εγω μεν* Παυλος. Hoc interpretamentum numeri pluralis, quo per omnem epistolam, etsi de se solo loquens, Apostolus utitur, est ubique memoriae tenendum. cf. ad 1, a. *απαξ και δις* h. *saepius*. hebr. פעם ושתים Nehem. 13, 20. Philipp. 4, 16. *και* ante *ενεκοψεν* *sed*, *enimvero*, hebr. ו. De voce *εγκοπτειν* vid. ad Gal. 5, 7. ὁ *Σατανας* hebr. שטן cum terminatione Syriaca. Prima quidem origine sua voc. hebr. *quemlibet adversarium* significat, cf. 1 Reg. 11, 14. 25. deinde vero, (isque usus perpetuus fuit tempore Jesu et Apostolorum, Matth. 4, 10.) *κατ' εξοχην* dici coepit de *principe daemonum improborum*, quod is inprimis Dei hominumque adversarius credebatur. Ut vero religio ipsa Christiana, omneque virtutis Christianae studium, et quicquid ei inter homines excitando et confirmando ulla ratione prodest, *πνευματι ἁγιῳ* tribui constanter ab Apostolo solet, cf. ad Gal. Exc. V.; sic contra, quicquid hanc religionem et virtutem impediebat, eique adversabatur, vel ad *daemones improbos* universe, Eph. 6, 12, vel ad *eorum principem* refertur 1 Cor. 7, 5. Eph. 2, 2. Apocal. 20, 3. 7. 8.

Σατανᾶς. τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς ἢ χαρὰ ἢ στέφανος 19
καυχήσεως; ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς, ἔμπροσθεν τοῦ Κυρίου
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ; ὑμεῖς 20
γάρ ἐστε ἡ δόξα ἡμῶν καὶ ἡ χαρά. Διὸ μηκέτι CAP. III. 1
στέγοντες, εὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι ἐν Ἀθήναις μό-
νοι,

19. 20. *Vos enim, cum caeteris Christianis, estis potissimum ii, quibus ipse olim in regno Domini nostri J. C. gloriari, et ad quos omnem meam felicitatem et gaudium et praemia olim reportanda referre velim.* Constructio haec: τις - καυχησεως εμπροσθεν - παρȣσια; η ȣχι και ὑμεις; Vocabula ελπις, καυχησις, χαρα, ςεφανος non sunt anxie distinguenda. Exprimunt omnia *felicitatem, qua gloriamur, laetamur, nobis gratulamur.* ελπιδα de *felicitate* positam vid. ad Gal. 5, 5. De formula ipsa ὑμεις εςε ελπις ἡμων cf. Col. 1, 27. 1 Tim. 1, 1. add. Liv. XXIIX, 39. *Scipionem, spem omnem salutemque nostram.* ςεφανος, *praemium.* Nempe *coronis*, capitibus Christianorum olim imponendis, sollenne est in S. comparari *felicitatem in regno Messiae* 2 Timoth. 4, 8. ςεφανος καυχησεως h. ςεφανος, εν ᾡ καυχησομαι. και post ȣχι includit caeteros etiam Christianos, Thessalonicensium constantia et virtute similes. εν τῃ παρȣσιᾳ Ιησȣ. De adventu Jesu *extremo* intelligenda haec esse, nemo dubitat. Qui locus notetur et conferatur ad 2 Th. 2, 1.

20. γαρ particula transeundi cf. ad v. 1. δοξα i. q. καυχησις. *Vos utique estis ii, quos laetandi gloriandique materiem multam mihi olim praebituros esse, certo spero.* Macrob. Somn. Scip. I, 1. *Eustathi fili, vitae mihi pariter dulcedo et gloria.*

Cap. III, 1. Male hic novi capitis initium constituitur. Arcte cohaerent superioribus. ςεγειν inter significationes plures alias *tegendi, capiendi, portandi* (vid. Wetst. ad 1 Cor. 9, 12.) etiam hanc habet τȣ: ὑπομενειν *sustinendi*, quae est hujus loci. cf. v. 5. 1 Cor. 9, 12. 13, 6. hebr. סבל. μηκετι ςεγοντες, iterum Pluralem ad Paullum tantum refer. Is enim solus erat Athenis, nec Silae nec Timotheo junctus. vid. Proleg. Sententia haec: *cum non ferre diutius possem, tantis intervallis nos invicem disjungi.* ευδοκησαμεν καταλειφθηναι. — *malui solus ipse manere Athenis.* cf. ad 2, 8.

νον, καὶ ἐπέμψαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ διάκονον τοῦ Θεοῦ καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς καὶ παρακαλέσαι
3 ὑμᾶς περὶ τῆς πίστεως ὑμῶν, τῷ μηδένα σαίνεσθαι

VARIAE LECTIONES.

v. 3. Pro τῷ leg. τὸ A. D. E. 1. 7. 14. 19. 20. 21. 26. 37. 39. Ed. Complut. Colin. Basil. Oecumen. — τοῦ leg. 2. 3. 32. ἵνα F. G. ad versionem lat. Lectio τοῦ haud dubie ad grammaticam rationem proxime accedit, eademque etiam in altera illa ΤΟ inesse videri potest, cum utrumque τῳ et του in antiquissimis codicibus uno eodemque modo, sine diphtongo, scribi solitum fuisse, constet. Unde etiam lectio recepta τῳ ex ipsa illa scriptura vetere, male intellecta, originem traxisse videri posset. Si tamen ex difficultate lectionis judicium est ferendum, τῳ utique intactum maneat necesse erit.

2. επεμψαμεν Τιμοθεον non Athenis, quo venisse ad Apostolum Timotheus nullibi legitur, sed Beroea, quorsum mandata ab Apostolo, ut inde Thessalonicam rediret, attulisse Timotheo videntur Christiani ii, qui Athenas Paullum deduxerant. cf. Act. 17, 15. et Prolegom. pag. 4. seq. τον αδελφον — χριϛȣ *in tradenda religione Jesu Deique ministrum mihique adjutorem inprimis carum*. αδελφος h. l. merum nomen amoris significandi. διακονος Θεȣ *de quovis ministro religionis*, ipsis etiam Apostolis, dicitur 1 Cor. 3, 5. ευαγγελιον vid. ad Gal. 1, 6. εις το - υμων. *ut confirmaret vos in fide vestra, ejusque vi et natura* (v. c. quibus illa argumentis nitatur, quantaque praemia ei olim sint a Deo constituta) *plenius explicanda vos consolaretur*. Nempe παρακαλειν vel simpliciter est διδασκειν (vid. ad 2, 3. cf. Act. 15, 20. ubi etiam παρακαλειν et ϛηριζειν junguntur, 20, 2.) vel παραμυθεισθαι ut v. 7. Secundum utramque rationem verba: περι της πιϛεως commodum sensum habent. Contra, in *cohortandi* significatione si haereas, περι της, paullo durius dicta videntur pro εν τη πιϛει υμων. De πιϛεως voc. vid. ad Gal. Exc. VI. Etiam hic est universe *obsequium erga omnem de Jesu Christo doctrinam*; cujus una tamen gravissima pars *fiducia in reditu Christi*, ad beandos Christianos suos olim extituro, continebatur.

3. τῳ pro εις το est accipiendum, ut sit gerundium hebraeorum, Infinitivus cum

σθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις· αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ὅτι
εἰς τοῦτο κείμεθα. καὶ γὰρ ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦμεν, 4
προελέγομεν ὑμῖν, ὅτι μέλλομεν θλίβεσθαι, καθὼς
καὶ

ν, quoad litteram expressum; nisi ex Codd. nonnullorum auctoritate τε praetuleris, quod utique est magis graecum. vid. var. lect. σαινειν proprie de *motu caudae* in canibus dicitur, indeque ad *adulationem* transfertur, estque synon. τε: κολακευειν, sensu tamen h. l. satis incommodo. Hinc etiam omnes fere interpretes universe accipiunt pro σειεσθαι, κινεισθαι *moveri*, h. pro hujus loci contextu *perturbari*. Chrysost. θορυβεισθαι. *ne quis vestrum se turbari patiatur*. Nec exempla similia desunt in scriptoribus Graecis. cf. Diog. Laert. in Pythagor. segm. 41. οἱ δε σαινομενοι τοις λεγομενοις εδακρυον τε και ῳμωζον. *commovebantur et contristabantur iis, quae Pythagoras apud inferos sibi accidisse narrabat.* Eurip. Rhes. v. 55. σαινει μ' εννυχος φρυκτωρια. Jon. 669. ου γαρ με σαινει θεσφατα, μη τιν' εχῃ δολον. Hesych. σαινει — κινειται, σαλευεται, ταραττεται. Unde non opus est Reiskii conjectura, qui in Animadv. ad Graec. Auctt. IV. p. 67 sqq. σιαινεσθαι, *taedio molestia affici*, rescribere tentabat. Nempe significationis origines sic videntur constituendae. Verbum antiquum fuit σαω, unde partim σαω, σαινω, partim σεω, σειω, σευω, partim denique σοω formata fuerunt, significatione in omnibus universe eadem, tantum in nonnullis (ut in nostro σαινω itemque in σοω, *in fugam conjicio*) seriore loquendi usu magis definita et circumscripta. ἐν ταις θλιψεσι ταυταις. Ad calamitates tum Apostoli ipsius, tum Thessalonicensium, haec retulerim: utrisque enim ne perturbarentur Christiani, verendum erat. κειμεθα εις τουτο sc. το υπομενειν θλιψεις, *sors haec nostra est, quam effugere nobis non licet.* Philipp. 1, 17. Nempe κεισθαι est synon. τε: ειναι cf. 2 Macc. 4, 11. 31. et κεισθαι εις τι est: *constitutum, destinatum esse ad aliquid* cf. Luc. 2, 34. In significatione *jacendi* non est haerendum. In κειμεθα Pluralis iterum de Paullo et Thessalonicensibus simul videtur interpretandus, similiter in εμελλομεν v. 4.

4. προς ὑμας *apud vos* Jo. 1, 1. οιδατε; nimirum, *de me videndo et audiendo, in vobis ipsis experiendo.*

5 καὶ ἐγένετο καὶ οἴδατε· διὰ τοῦτο κἀγὼ, μηκέτι στέ-
γων, ἔπεμψα εἰς τὸ γνῶναι τὴν πίστιν ὑμῶν, μή πως
ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων, καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ
κόπος ἡμῶν.

6 Ἄρτι δὲ, ἐλθόντος Τιμοθέου πρὸς ἡμᾶς ἀφ' ὑμῶν,
καὶ εὐαγγελισαμένου ἡμῖν τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην
ὑμῶν, καὶ ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε,
ἐπιποθοῦντες ἡμᾶς ἰδεῖν, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς·

διὰ

5. κἀγω (mutato semel plurali ἡμεις in singularem) *μηκετι στεγων*, *non diutius ferens ignarus esse rerum vestrarum.* εις το γνωναι subintell. με. *ut cognoscerem, quomodo adhuc persisteretis in religione; verebar enim, ne calamitatum perferendarum impatientia ad deserendam religionem omnem, quam inter tot labores vobis tradideram, vos sollicitaret.* μη πως subintellige φοβεμενος. est ellipsis, ante particulas *si* et *ne* in omnibus linguis usitata. cf. Rom. 11, 21. πειραζειν universe est *explorare*, v. c. ἑαυτους πειραζειν 2 Cor. 13, 5. saepius tamen in V. T. adhibetur in malam partem, pro *calumnias struere* Matth. 16, 1. *irritando* (*maxime per adflictiones*) *patientiae periculum facere* 1 Cor. 10, 13. denique, ut h. l. ad *peccandum sollicitare.* 1 Cor. 7, 5. Gal. 6, 1. ὁ πειραζων (pro ὁ πειραστης: Hebr. המנסה) nomen proprium *Satanae* Matth. 4, 1. 3. 1 Cor. 7, 5. De sententia ipsa, qua defectio inprimis a religione ad Satanam refertur, cf. ad 2, 18. εις κενον לריק vid. ad Gal. 2, 2. 2 Cor. 6, 1. 1 Cor. 15, 10. 58. ὁ κοπος εγενηθη εις κενον pro εγενηθη κενος h. κενως (ματην) κεκοπιακα. κοπος *opera Paulli in Thessalonicc. instituendis.*

6. αρτι particula, tempori vel *praesenti* vel *proxime praeterito* designando propria; quae igitur sive jungatur τῳ ελθοντος, sive, quod fecimus, commate post δε posito, ad v. 7mum referatur, ex utraque ratione utique indicare videtur, id quod in Prolegom. posuimus, *epistolam brevi tempore post reditum Timothei ad Apostolum scriptam fuisse.* cf. Act. 18, 1. 5. ευαγγελιζεσθαι h. l. non sensu religioso (vid. ad Gal. 1, 6.) sed communi dicitur: *laetum nuncium afferre*, ut hebr. בִּשֵּׂר 1 Sam. 31, 9. 1 Sam. 1, 20.

διὰ τοῦτο παρεκλήθημεν, ἀδελφοί, ἐφ' ὑμῖν, ἐπὶ πά- 7
σῃ τῇ θλίψει καὶ ἀνάγκῃ ἡμῶν, διὰ τῆς ὑμῶν πί-
στεως· ὅτι νῦν ζῶμεν, ἐὰν ὑμεῖς στήκητε ἐν Κυρίῳ. 8
τίνα γὰρ εὐχαριστίαν δυνάμεθα τῷ Θεῷ ἀνταποδοῦ- 9
ναι περὶ ὑμῶν, ἐπὶ πάσῃ τῇ χαρᾷ ᾗ χαίρομεν δι'
[illegible] ὑμᾶς [illegible]

20. 18. 19. 31. ἀγάπην *erga egenos et adflictos Christianos liberalitatem*, quae infra dicitur φιλαδελφία 4, 9. ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν, *vos semper adhuc cum benevolentia et amore mei memores esse*. 2 Tim. 1, 3. καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς pp. ἐπιποθοῦντες ἰδεῖν. cf. v. 12.

7. διὰ τοῦτο ἐφ' ὑμῖν. *Jam vero ista omnia, quae laeta de vobis acceperam, magnum mihi calamitatum mearum solamen attulerunt.* 2 Cor. 7, 4. 3 Jo. 3, 4. ἐφ' ὑμῖν quoad sensum redundat. cf. cap. 1, 9. Idem enim dicitur mox planius διὰ τῆς ὑμῶν πίστεως. ἀνάγκη hebr. צר de *afflictione*, Job. 15, 24. Tob. 3, 6. Ep. Jer. v. 37. 1 Cor. 7, 26. Luc. 21, 23. Etiam Graecis ἀνάγκη nonnunquam est βάσανος, cum eoque ad mala omnia, inprimis graviora, refertur.

8. *In hoc enim pono omnem felicitatem meam, si vos constantes manseritis in religione Christi*. cf. 3 Jo. 3, 4. ζῆν *vivere*, ex populari omnium linguarum usu pro: *vitam laetam et felicem agere*. cf. Ps. 22, 7. Martial. VI, 70. *Non est vivere sed valere vita.* Senec. ep. 99. *Hoc, quod aetatem vocamus humanam, compara tempori universo, videbis quam exiguum sit. Ex hoc quantum lacrymae, sollicitudines occupant, mors antequam veniat optata, valetudo, timor, teneri aut rudes aut inutiles anni: adjice labores, luctus, pericula; et intelliges, etiam in longissima vita minimum esse quod vivitur.* στήκειν v. ad Gal. 5, 1. cf. Rom. 14, 4. 1 Cor. 16, 13. ἐν κυρίῳ h. ἐν πίστει τοῦ κυρίου. Philipp. 4, 1.

9. γὰρ mera particula transeundi ut 2, 1. 20. τίνα εὐχαριστίαν δυνάμεθα ἀνταπ. pro πῶς δυνάμεθα εὐχαριστεῖν ἀξίως. cf. Ps. 116, 12. ἐπὶ πάσῃ pro ὑπὲρ πάσης l. π. χαρᾶς ἕνεκα. πᾶσα χαρὰ l. *varia laetandi materia* cf. 1 Cor. 1, 5. l. *gaudium vehementissimum*. cf. 1 Cor. 13, 2. ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ ἡμῶν junge superioribus τῇ χαρᾷ. *laetitia pia*. cf. ad 1, 3. ᾗ χαίρομεν δι' ὑμᾶς, *quam vos mihi praebuistis, quam capio e vobis.*

10 ὑμᾶς ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν; νυκτὸς καὶ ἡμέ-
ρας ὑπερεκπερισσοῦ δεόμενοι εἰς τὸ ἰδεῖν ὑμῶν τὸ πρόσ-
8 ωπον, καὶ καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως
11 ὑμῶν. Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν καὶ ὁ Κύ-
ριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν
12 πρὸς ὑμᾶς. ὑμᾶς δὲ ὁ Κύριος πλεονάσαι καὶ περισ-
σεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας, καθά-

πεϱ

10. δεομενοι (subint. προς θεον; quod saepius post δεισθαι omittitur Rom. 1, 10.) rursus participium pro: ὡϛε και δεομαι. νυκτος και ἡμερας *indefinenter* vid. ad 2, 9. ὑπερεκπερισσυ. *precibus ardentissimis.* Est vox αυξητικη, qua amat uti Apostolus. 5, 13. Eph. 3, 20. καταρτισαι - ὑμων *ut, si quid adhuc desit fidei vestrae, supplere illud, et instituendo ac cohortando perficere possim.* De voce καταρτιζειν (ab αρτιος *integer, talis, qualis esse debet, perfectus* 2 Tim. 3, 17.) vid. ad Gal. 6, 1. cf. 2 Cor. 13, 11. Hoc loco est i. q. alibi προσαναπληρυν 2 Cor. 9, 12. Col. 1, 24. ὑϛερημα, (ab ὑϛερεισθαι *rebus necessariis destitui* Phil. 4, 12.) πραγματος τινος, *id quod deest in aliqua re, ut tanta non sit, quanta esse debebat*, cf. Col. 1, 24. ὑϛερηματα των θλιψεων.

11. δε mera transeundi particula, ut γαρ in hac epistola saepius. θεος και - *Deus idemque pater noster.* κατευθυναι την ὁδον ἡμ. π. ὑ. symbolica loquendi formula pro: ποιησαι ταχεως ελθειν με προς ὑμας.

12. ὁ κυριος *Dominus noster J. C.* πλεονασαι κ. περισσευσαι pro περισσως πλεονασαι. πλεοναζειν et περισσευειν alias verba neutra (i. q. *abundare*, quo sensu etiam mox supplenda erunt in istis: καθαπερ και ἡμεις εις ὑμας. cf. etiam 4, 1.) h. l. active dicta pro: *augere.* cf. 2 Cor. 9, 8. Similiter LXX hebr. רבה in Kal et Hiphil vertunt πλεοναζειν. cf. Num. 26, 53. Ps. 71, 21. και εις παντας. videri possent verbis his, superiora εις αλληλυς magis explicari et accuratius constitui, hoc sensu: *erga vos invicem, et quidem omnes, nullo discrimine, nulla cupiditatis ratione habita*; potest vero etiam εις παντας ad *caeterarum ecclesiarum Christianos* referri, quos ditiores Thessalonicenses sua liberalitate adjuvare debebant. cf. 4, 9; possunt denique παντες *omnes omnino*

περ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς· εἰς τὸ στηρίξαι ὑμῶν τὰς καρ- 13
δίας ἀμέμπτους ἐν ἁγιωσύνῃ ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ καὶ
πατρὸς ἡμῶν, ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ
Χριστοῦ μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ.

Τὸ λοιπὸν οὖν, ἀδελφοὶ, ἐρωτῶμεν ὑμᾶς καὶ πα- Cap.
ρακαλοῦμεν ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ, καθὼς παρελάβετε παρ' IV. 1
ἡμῶν

VARIAE LECTIONES.

v. 1. το omitt. A. D. E. F. G. 1. 2. 3. 17. 21. 23. 26. 37. 46. 52. Codd. plurimi teste *Millio*, *Damascenus* probb. *Millio* et *Griesbach*. Ex voce proxime praecedente αυτου (secundum veterem scripturam ΑΥΤΟ) aeque facile explicari posse videtur syllabae το vel omissio, vel temere facta repetitio.

omnino homines intelligi, quae interpretatio est communis. καθαπερ - ὑμας suppl. αγαπη πλεοναζομεν κ. περισσευομεν. ἡμεις *ipse ego*.

13. εις το στηριξαι accipio simpliciter pro: και στηριξαι ex constructione Hebraeis frequentissima periodos nectendi per gerundia, loco praefixi ו tempori finito juncti. 1 Sam. 19, 5. ἁγιωσυνη i. q. alias ἁγιασμος, hebr קֹדֶשׁ, *innocentia*, *virtus omnis*. cf. 2 Cor. 7, 1. Optime Theodoret. ἁγιωσυνη κυριως λεγεται ἡ σωφροσυνη, καθολικως δε πασα αρετη. αμεμπτους grammatice et quoad sensum ad καρδιας est referendum: *ut sint animi vestri innocentes*. αμεμπτοι εν ἁγιωσυνη h. αμεμπτοι και ἁγιοι cf. 5, 23 ὁλοκληρον - αμεμπτως. Eph. 5, 27. Col. 1, 22. εμπροσθεν του Θεου commate deleto, praecedenti εν ἁγιωσυνῃ junximus, ut sit: *pia virtus* vid. ad 1, 3. (cf. 4, 3. 2 Cor. 7, 1. ἁγιωσυνη εν φοβῳ Θεου. Col. 1, 22. ἁγιος ενωπιον του Θεου.) εν τῃ παρουσιᾳ etiam haec, ut supra 2, 19 *de adventu Christi extremo* intelligenda esse nemo dubitat. ἁγιοι Θεου קְדשֵׁי יהוה (h. non *sancti Jehovae*, sed *intimi ministri Dei*, seine Lieblinge, seine vertrauten Diener) vel etiam simpliciter ἁγιοι קְדשִׁים est nomen proprium *angelorum*. Dan. 4, 10. 14. 20. 8, 13. Ps. 89, 5. 6. Hosque angelos Christo olim redituro comites futuros esse, perpetua est Jesu et Apostolorum doctrina. Matth. 16, 27. 25, 31. 2 Th. 1, 7.

Cap. IV, 1. λοιπον. Formula properantis ad finem, ut 2 Cor. 13. 11. Gal. 6, 17. Eph. 6, 10. Philipp. 4, 8. ερωταν in N. T.

ἡμῶν τὸ πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν καὶ ἀρέσκειν Θεῷ,
2 ἵνα περισσεύητε μᾶλλον· οἴδατε γὰρ, τίνας παραγ-
3 γελίας ἐδώκαμεν ὑμῖν διὰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. τοῦτο
γάρ ἐστι θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὁ ἁγιασμὸς ὑμῶν· ἀπέ-
4 χεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς πορνείας, εἰδέναι ἕκαστον
ὑμῶν

N. T. (ut latin. *rogare*) saepius est *precari*. 5, 12. Jo. 14, 16. 2 Th. 2, 1. Act. 3, 3. παρακαλεμεν εν κυρ. *obtestor vos* vel *per Dominum J. C.* vel *ex auctoritate D. J. C.* Ad sensum posteriorem illustrandum cf. 1 Cor. 7, 6. 10. 12. 40. Philem. 8. 9. καθως-μαλλον construe sic: ινα, καθως παρελαβετε — — ουτως περισσευητε μαλλον. cf. v. 10. *ut in praeceptis vitae morumque, quae vobis tradidi, servandis semper diligentiores sitis et constantiores.* περιπατειν και αρεσκειν θεω. Potest αρεσκειν idem esse quod ζητειν αρεσκειν cf. ad 2, 4. potest vero etiam formula omnis posita videri pro περιπατειν ὡστε (l. εις το) αρεσκειν θεω hoc est, περιπατειν αξιως θεȣ 2, 12. περιπατειν התהלך pro ζην.

2. γαρ cf. ad 2, 1. παραγγελιαι מִצְוֹת *praecepta* Act. 16, 24. δια τȣ κυριȣ *ex auctoritate J. C.* cf. ad v. 1.

3. γαρ rursus mera particula transeundi, ut v. 2. ἁγιασμος ὑμων pro: ἁγιȣς ειναι ὑμας *ut omni modo irreprehensi sitis.* ἁγιασμον, ut 3, 13. ἁγιωσυνην, *animi vitaeque innocentiam omnem* significare, comparatis locis Rom. 6, 19. 22. dubitari non potest.

4. 5. Jam incipit Apostolus commemorare exempla vitiorum, quae ἁγιασμῳ sunt contraria; in quibus tamen seligendis nullam aliam rationem tenuisse videtur, nisi hanc: ut ab iis potissimum flagitiis absterreret, quibus prae ceteris indulgere Thessalonicenses solere cognoverat, h. πορνειᾳ et πλεονεξιᾳ. cf. Prolegom. Verba απεχεσθαι-πορνειας male versui superiori juncta ad hunc 4tum et 5tum vers. necessario sunt rejicienda; utroque enim versu a scortatione dehortatur Ap. et ad conjugia legitima ac honesta cohortatur. ειδεναι-θεον, *curam agat quisque, ut comparet sibi (ducat) uxorem, cum qua honeste atque decenter vivere possit; non vero pravae libidini indulgeat, ethnicorum hominum instar, qui deum non colunt.* cf. 1 Cor. 7, 2. Hebr. 13, 4. ειδεναι i. q. φροντιδα εχειν *curam gerere.* 5, 12.

ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τι-
μῇ, μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, καθάπερ καὶ τὰ 5

 ἔθνη

5, 12. 1 Cor. 16, 15. το σκευος ἑαυτȣ cum Augustino e Veteribus aliisque apud Theodoretum (τινες το ἑαυτȣ σκευος την ὁμοζυγα ἡρμηνευσαν) e recentioribus cum Heinsio, Schoettgenio, Wetstenio *uxorem* intelligo, quam scriptoribus Judaicis כלי σκευος (non quidem simpliciter et per se, qualis locus nec est, nec esse debet, verum addito mariti nomine, σκευος ανδρος, quod idem loco nostro latet in ἑκαςος ἑαυτȣ.) dici solere, post loca a Schoettgenio ad h. l. proposita dubitari non potest. Loca sunt: Megillah Esther, 1, 11. *In convivio dixerunt aliqui: mulieres Medicae sunt pulchriores, alii: Persicae sunt pulchriores. Dixit ad eos Ahasverus. Vas meum, quo ego utor*, כלי שאני משתמש בו, *nec Persicum est nec Medicum sed Chaldaeum.* Sohar, Levit. fol. 38, col. 152. *Quivis Deum roget, ut ipsi vas bonum destinet.* דיזמין ליה מאנא דכשרא. Addi solet his, locus 1 Petr. 3, 7. nostro tamen sensu non satis idoneus, cum ibi notio *uxoris* non tam in voce σκευος quam in epitheto γυναικειον quaerenda videatur, etsi hoc dici fortasse potest: Petrum periphrasi hac γυναικος per σκευος γυναικειον vix usurum fuisse, nisi vocabuli σκευος ανδρος de *uxore* usus eo tempore satis frequens fuisset. κτασθαι perpetuo significat *acquirere, comparare sibi aliquid*, estque formula loquendi propria κτασθαι γυναικα pro: *ducere uxorem* Ruth. 4, 10. Sir. 36, 24. Xenoph. Conviv. 1, 2. ταυτην (Ξανθιππην) κεκτημαι. ἁγιασμος ut v. 3. *innocentiam* et τιμη *honestatem* exprimit; utrumque tamen propter loci contextum (non quod verbis ipsis ea significatio propria sit, quod profecto non est) ad *castitatem* erit referendum. Rom. 1, 24. 26. Hebr. 13, 4. παθος et επιθυμια rursus communia sunt *omnibus cupiditatibus pravis* ut παθηματα et επιθυμιαι Gal. 5, 20. παθος tamen inprimis dici solet de *lascivia* Col. 3, 5. unde παθικοι *nefandae libidini indulgentes*. εν ἁγιασμῳ et εν παθει επιθυμιας ad ἑκαςον refero, subintellecto οντα pro: ἁγιον, ευσχημονα, μη παθικον. cf. 1 Tim. 2, 7. 3, 4. 1 Cor. 2, 7. καθαπερ τα ἐθνη Graecos et Romanos, hoc quidem tempore, quo luxu et mollitie diffluere omnia jam dudum coeperant, de scortationum inprimis et adulteriorum flagitiis leniter admodum et indulgenter sensisse, constat.

Atque

6 ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα τὸν Θεόν· τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεο-

Atque hunc, quem jam exposuimus, *de castitate servanda*, loci sensum universe esse, consentiunt interpretes omnes, tantum in voce σκευος interpretanda invicem diversi. Nempe sunt, qui σκευος *pudenda* intelligunt, sine omni, etiam probabili tantum, ratione; plerique vero *corpus* interpretantur. Provocant hi *tum* ad 1 Sam. 21, 5. *tum* ad vocem σκηνος, simili modo a Philosophis graecis de *corpore* adhiberi solitam, *tum* denique ad locum Barnabae, qui σκευος πνευματος *corpus* dixerat. Verum 1, loco Samuelis כלי male de *corpore* intelligi, ipse Grotius, ejusdem alias sententiae defensor, confitetur. 2, Graecorum σκηνος nulla ratione comparari potest nostro σκευος, cum sint vocabula et origine et significatione prorsus diversa. 3, Barnabas denique suum σκευος πνευματος nonne ex ipso loco nostro de *corpore* intellecto desumsisse videri potest? Itaque multo quidem felicius ornasse sententiam hanc videtur Loesnerus in Obsvv. Philonianis, cum exempla e Philone affert, quibus αγγειον (synon. τε: כלי σκευος) haud dubie corpus dicitur, v. c. de migrat. Abrah. p. 418. E. ὁ τοις αγγειοις της ψυχης σωματι και αισθησει διατριβων. et, quod deter. pot. insid. p. 186 A. το της ψυχης αγγειον το σωμα. Enimvero vel his ipsis locis negari non potest, in addito ψυχης vocabulo insigne quoddam tropi lenimentum inesse, quod quidem in nostro το ἑαυτε σκευος vix continetur. Caeterum, quam praeterea difficultatem in priori libri editione ex verbo κτασθαι repetieram, quod quidem non sit illud simpliciter i. q. εχειν *tenere*, (multo minus, quod Lutherus voluit, *conservare*, aut secundum alios, *imperare*,) sed tantum *acquirere, comparare sibi*; (unde, quem sensum formula haec: *corpus sibi acquirere* habere possit, non intelligatur;) nunc tantam ei vim non amplius tribuo; cum, etsi ex puriori graece loquendi usu vere haec dicuntur, in scriptoribus tamen incultis et ad istam in scribendo elegantiae laudem nulla ratione adspirantibus eundem loquendi usum saepius migrare et κτασθαι simpliciter pro εχειν, χρασθαι poni solere, negari non possit.

6. Sequitur cohortatio alia, a superiore plane diversa, haec: a πλεονεξια h. ab *opum corradendarum aviditate*, indeque vulgo oriri solitis fraudibus et injuriis erga alios esse

πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· διότι ἔκδικος ὁ Κύριος περὶ πάντων τούτων, καθὼς

VARIAE LECTIONES.

v. 6. Quod τῳ edidimus pro vulgari τῷ, apud viros doctos, qui accentuum, libris N. T. adscriptorum, origines non inde ab Apostolorum tempore repetendas sed ad seculum demum Vtum p. C. proferendas esse meminerint, excusatione vix opus habebit. Idem quoque vt partim loco nostro partim 1 Cor. 15, 8. ederetur, jam auctores fuerunt Rittershusius in Lect. ss. p. 540. et Leyserus in Differt. de noviter adornanda N. T. editione p. 12.

esse abstinendum. το μη ὑπερβαινειν - αὐτου *ne quis in ullo negotio lucri faciendi caussa alterum violet, ei fraudem faciat, injuriam inferat.* ὑπερβαινειν τον ἀδελφον jungo. cf. hebr. התעבר Prov. 20, 2. quod LXX quidem παροξυνειν, Aquila vero Symmachus et Theodotion ὑπερβαινειν interpretantur. Similia Graecc. scriptorum loca conf. haec: Plutarch. *de amore prolis* p. 496. ουχ ὑπερεβη το νηπιον ουδ' εφυγεν. Demosth. adv. Aristocrat. p. 439. ετι τοινυν πεμπτον δικαστηριον αλλο θεασασθε οἱον ὑπερβεβηκε. Add. Hom. Odyss. γ, 206. τισασθαι μνηστηρας ὑπερβασιης αλεγεινης. cf. Hesych. qui ὑπερβασιν interpretatur ὑβριν, αδικιαν. Potest vero etiam, si cui loca ista non sufficere videntur, ὑπερβαινειν per se positum accipi pro ἁμαρτανειν, iterum ex hebraea et graeca ratione cf. Prov. 14, 16. itemque loca Scriptt. GG. Eurip. Alcest. v. 1077. μη νυν ὑπερβαιν' αλλ' εναισιμως φερε. πλεονεκτειν vero (quaestus faciendi caussa inique agere a πλεον εχειν) et ἀδελφον jungi invicem posse, nemo dubitat. cf. 2 Cor. 7, 2. 12, 17. 18. et loca graeca: Thucyd. I, p. 18. ει απο πρωτοις αποθεμενοι τον νομον φανερως επλεονεκτεμεν, et mox: δοκει τις απο του ισου πλεονεκτεισθαι Demosth. cont. Spudiam p. 652. και φασκῃ πλεονεκτεισθαι ταις χιλιαις δραχμαις. Testam. 12 patriach. p. 625. Vir bonus τον πλησιον ου πλεονεκτει. πραγμα, *res, negotium,* Rom. 16, 2. neque enim ad *commercium* tantum, quae esset πραγματεια non πραγμα, sed ad *rem quamlibet, quam alter cum altero habere possit,* sententiam retulerim. τῳ pro τινι. μη εν τῳ πραγματι pro εν μηδενι πραγματι. τον ἀδελφον αὐτου *Christianum alium.*

Atque ita sensu quidem nostro, ex linguae rationibus, locus

καὶ προείπομεν ὑμῖν καὶ διεμαρτυράμεθα. οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ᾽ ἐν ἁγιασ-
8 μῷ· τοιγαροῦν, ὁ ἀθετῶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ

locus omnis explicandus videtur. Maluerunt tamen viri docti plures sequi rationem eam, ut versum hunc 6tum superioribus 3tio et 4to conjungerent, omnemque omnino locum de *adulterio* et *qualibet nefanda venere* interpretarentur, vid. Wetsten. ad h. l. Enimvero ut argumentum ipsum, quo ea sententia nititur, tantum in etymologica vocum ακαθαρσιας et ἁγιασμα v. 7. de *impuritate venerea* et *castitate* intellectarum interpretatione continetur, sic singularum fere versus nostri particularum interpretatio usu loquendi plane destituitur. Neque enim ὑπερβαινειν per se (cave ne conferas ὑπερβαινειν γυναικα, l. ὑπερβ. λεκτρον l. επιβαιν. αρρησιν et s. p. quae sunt profecto ex genere longe alio) neque πλεονεκτειν neque πραγμα (male enim ad 2 Cor. 7, 11. provocatur, quem locum vide) de re venerea cum aliqua conjunctis flagitiis unquam dicitur.

ibid. εκδικος ὁ κυρ. περι ΠΑΝΤΩΝ ΤΟΥΤΩΝ. Etiam haec, superiore loco non de uno πορνειας, sed de pluribus flagitiis invicem diversis, expositum fuisse, quodammodo indicare videntur. εκδικος ὁ κυριος subint. εσεται h. εκδικησει מנקם. Confer Graecorum illud — εχει θεὸς εκδικον ομμα. διαμαρτυρεσθαι i. q. μαρτυρεισθαι 2, 12. *obtestari, graviter, additaque poenarum divinarum comminatione admonere.*

7. *Cum enim Deus regni sui cives nos adscisceret, non permisit nobis, ut vitiis et sceleribus quibusvis amplius inquinari nos pateremur, sed voluit, ut sancte et caste et honeste viveremus.* De voce καλειν vid. ad Gal. 1, 6. ακαθαρσιαν non de *Venere* tantum, sed de *omni improbitate* dici vidimus ad 2, 3. Similiter ἁγιασμον de *omni vitae honestate*. cf. v. 3. 4. επι et εν Dativo juncta *legem* l. *conditionem* exprimunt.

8. τοιγαρουν *atqui*. ὁ αθετων np. *istam* του ἁγιασμου *legem*, v. 7. commemoratam. De verbo αθετειν vid. ad Gal. 2, 21. ουκ ανθρωπον h. *non me, qui hanc vobis legem praescripsi*; αλλα τον θεον nempe, *quia Deus ipse est is, ad quem Christiani* το κληθηναι αυτους *referre* perpetuo ab Apostolo jubentur. cf. v. 7. Similem, *Deum*

ἀλλὰ τὸν Θεὸν, τὸν καὶ δόντα τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον εἰς ὑμᾶς.

Περὶ δὲ τῆς φιλαδελφίας, οὐ χρείαν ἔχετε: γρά- 9
φειν

VARIAE LECTIONES.

v. 8. ὑμας pro vulgari ἡμας leg. D. E. F. C. 1. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13 19. 20. 21. 23. 27. 28. 33. 36. 37. 38. 39. 41. 43. 47. 52. 55. 61. Ed. *Erasmi. Ald. Colin. Steph.* I. *Wechel. Bengel. Bogard.* Verſ. *Syr. Arr. Syr. p.* in marg. *Codd. latini. Didymus. Ambrosiast. Clemens.* prob. *Wetstenio.*

v. 9 Pro εχετε leg. εχομεν D. a pr. man. F. G. 6. 31. 47. Verſ. *Vulg. Chrysost. Theophyl. Ambrosiast. Hieron. Acta martyr.* ſ. *Agap.* probb. *Bengel.* et

Deum et *Apostolos* invicem opponendi formulam vid. Act. 5, 4. τον και δοντα - ὑμας. Ineſt in verbis his ratio, qua ſuperiorem ſententiam *de Deo ipſo felicitatis in Christianis auctore* Theſſalonicenſibus confirmat Apoſtolus, haec nimirum: *quod Theſſalonicenſes, ex quo Christiani erant, ſpiritus vere divini impulſibus variis regi et ad agendum impelli, ipſi ſe ſentiebant.* cf. 1 Cor. 6, 19. Eph. 4, 30. Quid ſit πνευμα, πν. θεȣ, πν. ἁγιον explicatum vide ad Gal. Exc. VI. εις ὑμας ad verbum translata Hebraica לכם pro ὑμιν. Quae lectio ὑμας hactenus explicata, et a Bengelio in textum recepta, ſi vera eſt (vid. var. lect.) ſequitur utique ex hoc loco, magis vero etiam ex 5, 19; varia et inſignia χαρισματων πνευματος genera, qualia non omnibus eccleſiis, inter eas vero de quibus nobis conſtat, Corinthiacae potiſſimum contigiſſe videntur, etiam inter Theſſalonicenſes exſtitiſſe; ad haec vero ipſa χαρισματα non *tantum* προφητειαν, 5, 20. et ſi qua alia fuerint dona inſigniora et ad percellendum aptiora; verum etiam χαραν in amplectenda religione, παρρησιαν et conſtantiam in eadem tenenda et defendenda, multarum denique inſigniorum virtutum Chriſtianarum ſtudium et ſ. p. referenda eſſe, tum ad 1, 5. 6. tum maxime ad Gal. Exc. VI. notavimus. Quodſi vero malis ſervari lectionem vulgarium editionum ἡμας, tum και ante δοντα redundat ut v. 13. omnisque formula τον και δοντα - ἡμας ad *vim illam divini numinis, quam perpetuo inter docendum ſibi adeſſe, et in ſe agere, ſibi conſcius erat Apoſtolus,* eſt referenda.

9. Sequitur cohortatio ad *liberalitatem erga Christianos,* vitae

φειν ὑμῖν· αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε εἰς τὸ
10 ἀγαπᾷν ἀλλήλους. καὶ γὰρ ποιεῖτε αὐτὸ εἰς πάν-
τας τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἐν ὅλῃ τῇ Μακεδονίᾳ· παρα-
καλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, περισσεύειν μᾶλλον,
11 καὶ φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν, καὶ πράσσειν τὰ ἴδια,
καὶ

et *Millia*. Sed qua ratione lectio facilior et cum linguae rationibus unice conveniens ἐχομεν, in difficiliorem et quodammodo καλοικωδη, ἐχετε, corrigi potuerit vix ratio modusque patet; in contrariam vero partem cogitari et explicari res facillime potest.

vitae tranquillitatem et in opere faciundo industriam. φιλαδελφια non est h. l. *amor s. benevolentia erga alios*, ambitu eo, quo in morum doctrina de ea (nostro: *Menschen-Liebe*) praecipi solet; (ad hanc enim utique pertinent etiam ea, quae vv. 4-8. propofita fuerant) sed *beneficentia* potissimum *ea*, quae *liberalitate in sublevanda aliorum Christianorum* (*hi* enim sunt αδελφοι, non *omnes homines* cf. v. 10.) *inopia et miseria* continetur. cf. Hebr. 13. 1. περι της φιλαδελφιας γραφειν sunt jungenda et supplendum: ἡμας pro: ου χρειαν εχετε γραφεσθαι ὑμιν. ut legit etiam sed haud dubie ex correctione, cod. 43. θεοδιδακτοι idem quod ὑπο πνευματος ἁγιου φερομενοι l. θεοπνευστοι *ipsi divino quodam afflatu ad benefaciendum compulsi.* Nempe erat haec ipsa Thessalonicensium ad beneficia egenis Christianis praestanda animi propensio, εργον πνευματος εν αυτοις. πνευμα vero θεου et θεος sunt idem. cf. ad Gal. Exc. VI.

10. εις παντας - Μακεδονια. *non eos tantum qui inter vos sunt, Christianos, sed exteros quoque, velut: Berroeenses.* παρακαλουμεν δε - - *tantum rogo et cohortor vos, ut in hoc liberalitatis studio magis magisque proficiatis.* περισσευειν μαλλον pr. εν τῃ φιλαδελφιᾳ s. αγαπῃ. cf. 3, 12.

11. Arcte jungendus est versus hic superiori: *Ut possitis sublevare alios, ipsi vero aliorum liberalitate non opus habeatis, hinc laborando necessaria quaevis vobismet ipsi comparate.* φιλοτιμεισθαι *lubenter et contentiose aliquid agere, ita quidem, ut in agendo honori tibi ducas, si perficere illud possis*. cf. Aelian. Var. Hist. IX, 39. εφιλοτιμησατο Αλκιβιαδης δωρα πολλα πεμψας Σωκρατει, et rursus Socrates εφιλο-

καὶ ἐργάζεσθαι ταῖς ἰδίαις χερσὶν ὑμῶν, καθὼς ὑμῖν
παρηγγείλαμεν· ἵνα περιπατῆτε εὐσχημόνως πρὸς 12
τοὺς ἔξω, καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε.

Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, περὶ 13
θέλομεν τῶν

VARIAE LECTIONES.

v. 13. θελομεν leg. A. D. E. F. G. 2. 4. 5. 6. 9. 10. 17. 18. ex emend. 21. 23. 26. 29. 30. 31. 32. 33. 37. 38. 39. 41. 43. 44. 49. 52. 61. 66. in marg. Apostol. I. Ed. *Complut. Plantin. Genev. Colin.* Verf. *Vulg. Aethiop. Ar.* pol. *Origen. Hippol. Chryfoft. Theodoret. Damascen. Theophyl. Cyrill. Cyprian. Fulgent. Hilar. Ambrof. Zeno. Pelag.* probb. *Whitby. Bengel. Wolf. Mill. Wetften. Griesbachio.*

εφιλοτιμησατο μη λαβειν τα πεμφθεντα. cf. Rom. 15, 20. 2 Cor. 5, 9. *Honorem et laudem veftram in eo ponite ut vitam agatis tranquillam et laboriofam.* cf. 2 Theff. 3, 12. 1 Timoth. 2, 2. ἡσυχαζειν, non πολυπραγμονα l. περιεργαζομενον esse. Quaenam vero illa Theffalonicenfium περιεργασια fuerit, cui contrarius commendatur βιος ἡσυχαζων, utrum ad *vitam mere otiofam, hocque ipfo otio et mollitie cumque his conjuncto rerum alienarum curiofe cognofcendarum defiderio, aliis moleftam*, an ad *feditiones adverfus magiftratus Romanos*, illas quidem Judaicis ingeniis valde frequentes, referenda fit, cum Apoftolus ipse nihil conftituerit, definire non aufim. τα ιδια h. τα ἑαυτων, τα ὑμετερα. *agite quae funt veftri officii.* Hefych. jungit 3 illa: ιδιοπραγειν, ιδια πραττειν, ἡσυχαζειν. εργαζεσθαι ταις ιδιαις χ. *non ex aliorum hominum labore lucrum quaerere.* καθως παρηγγειλαμεν np. *cum ipfe apud vos viverem.*

12. οἱ εξω np. της εκκλησιας οντες *profani, non-Chriftiani*, Judaei aeque ac gentiles 1 Cor. 5, 12. 13. Col. 4, 5. περιπατειν ευσχημ. προς τες εξω. *ita vivite ut etiam profanis hominibus probemini*; μηδενος fubint. vel πραγματος, *ne ulla re deftituamini*; vel ανθρωπε, *ne ullius hominis ope indigeatis; ipfi potius vobis acquiratis, unde vitam fuftentare et ornare poffitis.*

13. De loci, qui fequitur, confilio et occafione teneantur haec: acceperat Apoftolus per Timotheum, fpem quam de regno Meffiae mox affu-

τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς καὶ οἱ λοι-

affuturo, cum Judaeis Christiani etiam mentibus concepetant, in eorum animos hanc vim habuisse, ut eos amicorum suorum, qui interea, dum Messias nondum venisset, morerentur, tanquam miserandae sortis homines lugerent atque deplorarent. Caussa ejus luctus 2plex fuisse videtur, *altera*, quod nonnulli eorum de ipsa corporum resurrectione dubitantes, mortuos hos ante adventum Christi Christianos omni spe felicitatis aeternae hac ipsa morte sua orbatos existimabant, *altera*, quod caeteri, resuscitatum quidem iri mortuos sperabant, sed serius k. etiam in inferiore quodam dignitatis gradu constitutos, hac felicitate potituros esse anxie sibi persuadebant. Quorsum vero illa omnia tandem exire debuerint, quisque videt. Neque enim, si his erroribus turbari perrexissent Thessalonicenses, unquam mortem, inprimisque subitam et violentam, intrepido laetoque animo perferre; neque, si interea, dum Christus redire cunctabatur, optimos quosque Christianos praemiis speratis exclusos e vita decedere porro vidissent, omnino ad religionem Jesu constanter tenendam animum servare diutius potuissent. Itaque de his omnibus magnopere sollicitus Apostolus, utrumque dubitationum genus animis suorum loco nostro sic eripere studet, ut *primum* ipsam mortuorum Christianorum resurrectionem certo sperandam esse, exemplo Christi e mortuis resuscitati confirmet v. 14; *deinde* vero hos ipsos pie defunctos Christianos, in regno Christi futuro, nullo modo deteriori sorte futuros, sed una cum iis, qui superstites manserint, prorsus eadem felicitate fruituros esse expresse doceat v. 15. sqq.; libere caeterum professus, de tempore, quo illa omnia eventura sint, nihil sibi constare, tantum hoc unum certum esse, quod subito et repente et improviso dies ille sollennis sit affuturus. οὐ θέλομεν ἐλπίδα. *De mortuis vero inter vos*, (de quorum sorte errores fidei vestrae periculosos alere vos animis vestris cognovi) *opus est ut vos admoneam; ne caeterorum hominum omni spe destitutorum instar tristitiae et aegritudini vos committatis.* κεκοιμημένοι per euphemismum νεκροί. cf. Matth. 9, 24. Jo. 11, 11. Menander: κατέδαρθεν εὐδαιμον. ἵνα μη λυπησθε. Similiter doctores Judaici: Ikkarim 4, 40. *Israelitas suorum mortem non oportet impensius lugere, quandoqui-*

λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. εἰ γὰρ πιστεύο- 14
μεν, ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, οὕτω καὶ ὁ
Θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ.
τοῦτο

doquidem, *cum populus sint Deo sanctus*, *non dubium est*, *quin post mortem eorum animae cum Deo vivant*. Quae vero caussa Apostolum moverit, ut non *ad hanc animi post mortem felicitatem*, sed *ad ipsam* potius *hominum resurrectionem futuram*, sollicitos Christianos ablegaret, mihi non constat; neque in locis iis, quibus Apostoli sententiam planius declarare dubitarunt, conjecturis indulgendum esse existimo. και ante οι λοιποι redundat. Similiter supra v. 5. οι λοιποι (sp. λυπουνται) qui v. 12. οι εξω dicebantur; *Judaei et gentes*. Eph. 2, 3. 4, 17. οι μη εχοντες ελπιδα. *qui omni spe felicioris post mortem vitae destituuntur*. Nempe sperabant quidem, et omni tempore sperarunt, Judaei et gentiles, (populus saltem, sapientium etiam plurimi, exceptis inter Judaeos Sadducaeis, inter Graecos et Romanos Epicureis) non minus beatam post mortem vitam, quam Christiani; sed quia spes eorum, Graecorum inprimis et Romanorum, nullo certo fundamento, nulla auctoritate et promissione vere divina, ut spes Christianorum hominum, nitebatur, hinc *spem fallacem* jure suo dicere Apostolus poterat *nullam*.

14. ει ουτως. Aut ει pro ως est accipiendum, aut per ουτω simpliciter apodosin exprimi statuendum. γαρ mera particula transeundi. ει πιστευομεν — και αξει constructio paullo difficilior pro: ει πιστευομεν — — και δει πιστευειν ημας, οτι αξει — — *Cum Jesum ipsum e mortuis resurrexisse certo nobis persuadeamus*, *similiter etiam mortuos Christi sectatores olim resuscitatum iri*, *credere oportet*. cf 1 Cor. 15, ubi idem argumentum copiosius tractatur. Scripta autem haec potissimum videri *iis e* Thessalonicensibus, *qui de omni mortuorum resurrectione dubitabant*, ad v. 13. jam monuimus. απεθανε και ανεστη pro αποθανων ανεστη. κοιμηθεντες ΔΙΑ Ιησ. χρισ. iidem qui v. 16. νεκροι ΕΝ χριστῳ dicuntur (nempe utrumque est hebr. ב, quod mox per δια mox per εν exprimi ab Apostolo solet. Rom. 4. 11.) *mortui Christiani*. cf. 1 Cor. 15, 18. Apoc. 14, 13. Interpretes alii construere malunt δια Ιησου αξει, paullo durius, cum statim sequatur συν αυτῳ.
αξει

15 τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ
ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυ-
16 ρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας. ὅτι αὐτὸς
ὁ

αξει nimirum *εκ των νεκρων*. *αγειν* hebr. העלה h. l. pro *αναςησαι* *e mortuis resuscitare*. *συν αυτῳ* l. *ὡς αυτον*.

15. *Praeterea vero ex ipsa Domini nostri auctoritate vobis confirmo* - *γαρ* vid. ad 14. et passim per omnem epistolam. H. l. vertendum *praeterea*. Qui enim jam sequitur locus, argumentum continet a superiore, v. 14. explicato, plane diversum, oppositum nimirum dubitationi alteri: *deterioris conditionis in regno Christi fore eos, quos non superstites in vita deprehensurus sit dies iste sollennis*. *εν λογῳ κυριȣ* בדבר ארני *expresso mandato Christi*, qualia sibi contingere solere saepius gloriatur Ap. 1 Cor. 7. ΗΜΕΙΣ *οἱ ζωντες*, pro *οἱ ζωντες* simpliciter, haud dubie scripsit Apostolus, ut indicaret: *fieri saltem posse*, (quid probabiliter aut certo futurum sit, nesciebat cf. 5, 1.) *ut se ipso, multisque Christianis aliis* (omnes enim hi continentur voce *ἡμεις*, non Apostolus tantum,) *adhuc viventibus Christus redeat*. cf. 1 Cor. 15, 51. Qui illud *ἡμεις* ex figura Rhetorica *κοινωσει* interpretantur, ne tes invicem diversissimas comparare videantur, magnopere vereor. *περιλειπομενοι* i. q. *περιγινομενοι* *superstites*. *Φθανειν τινα* Hesych. et Etymol. *προηκειν*, *προλαμβανειν* *antecedere aliquem*. *ȣ μη* *nulla in re, nullo modo, nec tempore, nec felicitatis gradu*.

16. Descriptio sollennis adventus Christi, expressa imaginibus vel signis, e regis humani, regnum armata manu occupantis, triumphante ingressu repetitis. *ὁ κυριος* *Jesus ipse*. *εν κελευσματι* - *θεȣ* sunt jungenda pro: *εν κελευσματι δια φωνης αρχαγγ.* *και σαλπιγγος θ. γενομενῳ*. *κελευσμα* *hortatus*, voc. proprium signis iis, quibus exercitus ad coeundum, vasa colligenda, castra dejicienda, iter suscipiendum clamore ducis tubaeque sono provocatur, *Das Zeichen zum Aufbruch*. Thucyd. II, 92. *απο ἑνος κελευσματος εμβοησαντες επ' αυτȣς ὡρμησαν*. Liban. Or. XI. p. 339 A. *βλεπειν* - *Φερομενας ὁλκαδας*, *και κελευσματων ακȣειν* - *μεταβαλλει δε τοις ναυταις οιμογας τα κελευσματα*. *Φωνη αρχαγγελȣ*. Quod regi triumphanti est exercitus, quo stipatus incedere solet triumphator, id

ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ οἱ νε-

κροὶ

id in Dei et Christi apparitionibus *angelorum ministerio* perpetuo tribuitur. cf. Matth. 13, 41. 24, 31. 25, 31. Itaque ut exercitus, ducis (a rege ipso diversi) imperio obsequitur, sic angelorum copiae parent αρχαγγελῳ; non *Christo*, sed *principi ejus ministro*. αρχαγγελος is, qui Daniel 12, 1. השר הגדול dicitur. cf. Judae v. 9. Nempe post reditum inprimis Judaeorum ex Chaldaea vulgaris erat inter Judaeos, eademque scriptt. divinorum auctoritate confirmata, opinio haec: esse angelorum agmina, similia exercitibus humanis, quibus Deus tum ad mandata exsequenda, tum ad dignitatem et majestatem ostentandam, more regum humanorum, utatur; eademque, iterum ad similitudinem agminum bellicorum in his terris, in suos ordines et classes esse divisa; quibus singulis sui duces praesint; ipsi quidem principi cuidam duci h. αρχαγγελῳ subjecti. σαλπιγξ θεȣ. Possint, si velis, *tonitrua* intelligi: malim tamen simpliciter de *tuba qualibet* cogitari, translato nimirum vulgari aliquo regis triumphantis inter homines signo, ad adventum Christi, simili majestate e coelis tandem redituri. Similis tubae (שופר) usus legitur fuisse tum in legum Moss. promulgatione Exod. 19, 16. tum in singulis apparitionibus divinis. Ps. 47, 5. Es. 27, 13. Zach. 9, 14. οἱ - αναςησονται πρωτον. h. *post resuscitatos demum Christianos mortuos, non ante eos, etiam nos, qui in vita superstites deprehendimur, felicitate nostra potiemur*. Schemoth R. XXXII. *Qui in terra Israelis moriuntur, reviviscent primi in diebus Messiae*. οἱ νεκροι εν χριςῳ sunt jungenda, ut supra οἱ κοιμηθεντες δια τȣ I. v, 14. h. *mortui Christiani*.

Caeterum ex hoc loco contra *universam* quandam, hominum *omnium* resurrectionem, locis aliis satis confirmatam, disputari non potest; cum ipsum hujus loci tractandi consilium, quo *tantum Christiani de Christianorum morte consolandi erant*, horum etiam *tantum*, non hominum quorumvis, resurrectionis mentionem fieri necessario postularet. Concedendum tamen etiam hoc est: si Apostolum de *resurrectione quadam prima*, quam soli Christi sectatores experturi sint, quamque multo demum

tempore

17 καὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον· ἔπειτα ἡμεῖς
οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγη-
σόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα·
18 καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα. ὥστε παρα-
καλεῖτε ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις τούτοις.
Cap. V. 1 Περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν, ἀδελφοί,
οὐ

tempore post, *universa mortuorum resuscitatio* sit insecutura, sibi persuasisse aliunde probari posset; tum utique eandem sententiam etiam ad hunc locum jure posse accommodari. cf. ad 1 Cor. 15. Phil. 3, 10. 11.

17. ἡμεις οἱ ζωντες np. *Christiani*. Ad *hos* enim tantum, non ad *homines omnes*, pertinent quae sequuntur. De ἡμεις vid. ad v. 15. αρπαγησομεθα — — εις αερα, *vecti nubibus obviam Domino nostro rapiemur in aerem*. εις αερα ad verbum ἁρπαγησομεθα est referendum. εν νεφελαις np. οχησαντες. Nubes in quibusvis apparitionibus Dei, quadrigarum velut triumphalium loco poni, sollenne est scriptoribus ss. Ps. 104, 3. Dan. 7, 13. Matth. 24, 30. Act. 1, 9. 11. εις απαντησιν τυ κυριυ plane Hebraica לקראת ארני pro: απαντησαντες τῳ κυριῳ. και ὑτω *quibus ita perfectis*, pro: και τοτε. παντοτε συν κυριῳ εσομεθα. *perpetuo consortes erimus dignitatis et felicitatis ejus, qua fruitur Dominus noster J. C.* Jo. 14, 2. 3. 17, 24. Rom. 8, 17. 2 Tim. 2, 12. De *loco* vero s. *regione*, in qua hoc regnum Christi sollenne olim inaugurabitur, utrum in *his terris* cum Christo mansuros nos esse, an in *aliam quandam mundi partem* transmigraturos, Apostolus sibi persuaserit; ex hoc uno saltem loco effici vix posse videtur.

18. *Hoc igitur solamine erigatis et consolemini vos invicem opto*. λογος h. l. *ipsa illa solatia, quae modo proposuerat Apost*. παρακαλειν *consolari* vid. ad 3, 3.

Cap. V, 1. περι των χρονων και καιρων. quomodo haec invicem distinguenda sint, anxie quaerunt interpretes. Nec negari potest, χρονον et καιρον apud scriptores graecos utique differre; illud esse *spatium ipsum in annis aut anni parte spectatum*, hoc *opportunitatem*, ευκαιριαν; verum a scriptoribus N. T. και-
ρον

οὐ χρείαν ἔχετε ὑμῖν γράφεσθαι· αὐτοὶ γὰρ ἀκρι- 2
βῶς οἴδατε, ὅτι ἡ ἡμέρα Κυρίου, ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ,
οὕτως ἔρχεται. ὅταν γὰρ λέγωσιν, εἰρήνη καὶ ἀσφά- 3
λεια, τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος, ὥσπερ
ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, καὶ οὐ μὴ ἐκφύγωσιν.
ὑμεῖς

ρον pro mere synonymo *τε χρονε* adhiberi aeque est certum cf. Rom. 3, 26. 9, 9. 1 Tim. 4, 1. similiterque in locis iis statuendum videtur, in quibus *χρονος* et *καιρος* invicem junguntur; velut l. nostro et Act. 1, 7. cf. LXX Eccles. 3, 1. Dan. 2, 21. 7, 12. Nehem 10, 34, quibus iisdem locis etiam pluralis numeri *καιρων* et *χρονων* loco *καιρε* et *χρονε* usus (ex hebr. עתים) illustrari poterit. cf. Matth. 16, 3. Luc. 21, 24. Act. 3, 21. 1 Tim. 6, 15. Eph. 1, 10. Latine igitur omnem formulam *περι των χρονων και καιρων* simpliciter verterim: *Ad tempus ipsum quod attinet.*

2. *ακριβως οιδατε. accurate jam tum, cum apud vos essem, a me edocti fuistis. ημερα κυριε dies sollennis extremi adventus Christi*, quem, ut per omnem epistolam, similiter etiam hic intelligendum esse, interpretes, exceptis paucis iis, qui magis ex difficultatis dogmaticae tollendae studio, quam verborum et contextus ratione habita, de *Hierosolymarum eversione* cogitare maluerunt, velut Hammondo et Schoettgenio, fere omnes consentiunt. *ως κλεπτης εν νυκτι*. h. e. partim, *tempore incerto*, partim *subito et inopinato* cf. Luc. 12, 39. *ερχεται* pro *ελευσεται*.

3. Cum hoc extremo Christi adventu, necessario conjunctus fore credebatur hostium ejus interitus; similitudine iterum a rege humano sumta, qui regno feliciter occupato imperii sui rebelles poenis ac suppliciis multare solet. cf. ad 1, 10. *ειρηνη κ. ασφαλεια*, sc. *εςι*. (*ασφαλεια* Hebr. בטח *securitas* Levit. 26, 5. Deut. 12, 10) *nihil nobis metuendum, salvae res nostrae sunt.* Ezech. 13, 10. De sententia ipsa cf. Matth. 24, 38. *ωσπερ η ωδιν εχεσῃ*. חבלים כיולדה Jer. 49, 24. Est similitudo in V. T. frequens Es. 13, 8. Jer. 13, 21. Os. 13, 13. eaque ad poenarum tum *gravitatem*, tum *subitum et repentinum sensum referenda*. *ολεθρος αιφνιδιος* שאון פתאם *αιφνιδιον* h. *απροσδοκητον* Sapient. 17, 15. Luc. 21, 34. Dionys. Hal. A. V, 44. *πολυς εγενετο*

4 ὑμεῖς δὲ, ἀδελφοὶ, οὐκ ἐστὲ ἐν σκότει, ἵνα ἡ ἡμέρα
5 ὑμᾶς, ὡς κλέπτης, καταλάβῃ· πάντες ὑμεῖς υἱοὶ
φωτός ἐστε καὶ υἱοὶ ἡμέρας· οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς οὐδὲ σκό-
6 τους. ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ,
ἀλλὰ

εγενετο Ῥωμαιων Φονος, ου μονον των γεωργων, οἱς ἐδεν προσδεχομενοις αιΦνιδιως επεςη το δεινον. εΦιςαται *adſtat* h. *imminet.* και pro ἰνα l. ὡςε μη εκΦυγειν αυτες, ου μη h. μηδαμως.

4. 5. Quod ſubitum Chriſti adventum nocturnae furis irruptioni comparaverat Ap. v. 2. idem jam occaſionem praebuiſſe videtur, ut *animum chriſtianorum, ipſa Apoſtoli inſtitutione ad hunc ſollennem diem bene paratum et diſpoſitum* formulis a *luminis* et *diei* ſplendore deſumtis exprimeret. ὑμεις δε opp. *religionis Chriſti adverſariis,* quos poenas daturos eſſe modo dixerat. ουκ εςε εν σκοτει - καταλαβῃ. *Vos non ſimiles eſtis hominibus nocte ſomnoque oppreſſis, ut verendum ſit, improviſo et imparatis vobis, ut fur noctu opprimere ſolet dormientes, adfuturum eſſe diem illum extremum:* hoc eſt, ſymbolicis loquendi formulis remotis: *ſatis edocti eſtis omnia ea, quae ſentire et agere debeatis, ut digni deprehendamini felicitate in regno Meſſiae vobis parata.* cf. Rom. 13. 12. Caeterum ειναι εν σκοτει et v. 5. ειναι νυκτος και σκοτες et denique υἱον ειναι Φωτος και ἡμερας ſunt prorſus ſynonyma, ad vim ſententiae augendam invicem cumulata et repetita; formula ipſa vero υἱον ειναι Φωτος l. ἡμερας ex Hebraicae linguae, ut veteris cujusque, *conjunctionem et ſimilitudinem quamvis* nominibus *filii* et *patris* exprimendi, conſuetudine eſt interpretanda. Similiter υἱοι απειθειας Eph. 2, 2. *homines impii.* υἱος απωλειας *homo perditus, poenis dignus.* 2 Theſſ. 2, 3. quem locum vide.

6. 7. Inhaeret Apoſtolus Allegoriae ſemel inchoatae. *Nocturna, non diurna, ſolet eſſe ſomnolentia et commeſſatio.* Illi, *ſomnolentiae* (h. e. *ignaviae, negligentiae,* quo ſenſu *ſtertere* aliquis dicitur etiam Romanis, ſimiliterque Hebraeis; cf. Eſ. 5, 27. Nah. 3, 18. Prov. 10, 5. 4, 13.) opponitur το: γρηγορειν - (l. αγρυπνειν Luc. 21, 36.); huic, *commeſſationi,* τῳ μεθυσκεσθαι, (h. *intemperantiae omnique pravae libidini*) το: νηΦειν

ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν· οἱ γὰρ καθεύδον- 7
τες, νυκτὸς καθεύδουσι· καὶ οἱ μεθυσκόμενοι, νυκτὸς
μεθύουσιν. ἡμεῖς δὲ, ἡμέρας ὄντες, νήφωμεν, ἐνδυ- 8
σάμενοι θώρακα πίστεως καὶ ἀγάπης, καὶ περικεφα-
λαίαν

φειν. M. Anton. I, 16. νηφε εν πασι. Thomas. νηφει τις, ὁταν εκτος μεθης ῃ· σωφρονει, ὁταν εκτος μανιας ῃ· γρηγορει, ὁταν εκτος ὑπνȣ ῃ. Plut. ad Praef. indoct. p. 841. νηφειν λεγων και αγρυπνειν, ὁπως ἑξῃ τοις αλλοις μεθυειν και καθευδειν. Unde illud, si a tropo discesseris, erit: *sollertem et strenuum esse in bene honesteque agendo*: hoc contra, *in devitandis vitiis ac sceleribus quibusvis esse diligentem*. Utrumque verbum, ut loco nostro, junctum similiter vide 1 Petr. 5, 8.

7. οἱ καθευδοντες νυκτος καθ. pro: το γαρ καθευδειν και μεθυσκεσθαι νυκτος εςι. Sententia haec est: *Negligentem esse in recte agendo, vitiisque indulgere, homines tantum eos decet, qui dei voluntatem de eo, quod agendum aut omittendum sit, non fuerunt edocti.*

8. Transit subito Ap. ad metaphoram aliam, (qua uti saepius amat. cf. Eph. 6, 14. Eadem in V. T. maxime apud Esaiam pluribus locis occurrit Es. 11, 5. 59, 17.) *de armatura, qua indutus, paratusque ad proelium committendum miles, omnia sustinet, donec victor evadat.* πιςις, αγαπη, ελπις. hac velut summa *omnem virtutem Christianam* comprehendi sollenne est Apostolo cf. ad 1, 3. 1 Cor. 13, 13. πιςις *persuasio, Jesum esse Messiam, in eaque tenenda, et inter calamitates etiam defendenda constantia.* cf. ad Gal. Exc. VI. αγαπη *benevolentia erga alios.* ελπις σωτηριας *spes firma et invicta, quicquid in his terris bene agas et patiaris, ut homo christianus, ejus praemia insignia in regno Messiae te esse reportaturum.* Hebr. 6, 19. Jam hae singulae virtutes fere comparantur totidem partibus armaturae, velut: πιςις et αγαπη *thoraci*, ελπις σωτηριας *galeae.* In quo non est argutandum, nec anxie caussa quaerenda, cur ελπιδα *galeae* potissimum, non *thoraci* vel *clypeo*, et rursus πιςιν, iterum non *galeae*, sed *thoraci* comparaverit Ap. verum in omni comparatione haec una sententia spectanda: ut *armis quibusvis* (sunt enim galea et thorax *mera exempla armorum,*

9 λαίαν ἐλπίδα σωτηρίας· ὅτι οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ Θεὸς
εἰς ὀργὴν, ἀλλ᾽ εἰς περιποίησιν σωτηρίας, διὰ τοῦ Κυ-
10 ρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀποθανόντος ὑπὲρ
ἡμῶν· ἵνα, εἴτε γρηγορῶμεν, εἴτε καθεύδωμεν, ἅμα
11 σὺν αὐτῷ ζήσωμεν. διὸ παρακαλεῖτε ἀλλήλους, καὶ
οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε.

Ἐρω-

rum, posita, prout in mentem venerant Apostolo. Potuisset, sensu prorsus eodem, universo ὁπλων vocabulo omnia 3. ista comprehendere, potuisset etiam πιϛιν clypeo comparare quod fecit Eph. 6, 16. potuisset denique ocreas aliaque armaturae genera addere cf. iterum Eph. 6, et s. p. neque tamen sententia ullo modo aucta fuisset aut mutata) *vis inest militem tuendi et defendendi, similiter in his maxime virtutibus Christianis vim aliquam insignem contineri, qua calamitates partim repelli earumque sensus debilitari* (inprimis δια της αγαπης, *mutua, qua Christiani se invicem prosequebantur, fide, caritate, liberalitate*) *partim* (per πιϛιν et ελπιδα σωτηριας) *animosius perferri possint.*

9. 10. Versus uterque inprimis ad ελπιδα σωτηριας extremo v. 8. est referendus. *spe futurae felicitatis vere et jure suo possunt Christiani animum inter calamitates erigere, quippe voluntate et promissis divinis eadem nitatur.* ουκ εθετο σωτηριας δια τ. κ. sunt ad verbum Hebraica. לא שם אתנו לחרון כי אם לסגלת תשועתה באדנינו: *Non metuendae nobis sunt poenae divinae, sed propositam habemus felicitatem, partam nobis per J. C. nostra causa mortuum.* Οργην de poenis dici, notatum vide ad 1, 10. τιθεναι τινα εις οργ. h. *velle ut aliquis puniatur.* εις περιποιησιν σωτηρ. pro εις το περιποιεισθαι, (h κτασθαι, ευρισκειν) την σωτηρ. *ut felicitate hac olim potiamur.* cf. 2 Thess. 2, 14. Hebr. 10, 39 σωτηρια δια τȣ κυριȣ — *cujus auctor nobis est J. C.*

10. γρηγορειν et καθευδειν hic non eo sensu esse accipienda, quo v. 6., res ipsa declarat. Sunt synonyma τȣ: ζην et αποθνησκειν, *sive superstites sive mortui deprehendamur die illo extremo* cf. 4 15 18 Rom. 14, 8. Luc. 8, 52. ἁμα συν αυτῳ ζησωμεν cf. 4, 17.

11. οικοδομειν, verbum, (cum derivato οικοδομη,) Paulo admodum familiare, sensu

Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, εἰδέναι τοὺς κο- 12
πιῶντας ἐν ὑμῖν, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ,

D 2 καὶ

ſenſu ampliſſimo hoc: *ad utilitatem aliorum, quocunque modo quis poſſit, docendo, cohortando, caſtigando, conſolando, infirmitati aliorum indulgendo* et *ſ. p. ſuum conferre.* cf. 1 Cor. 8, 1. 10, 23. 14, 17. Loco noſtro eſt prorſus idem quod παρακαλειν, et partim *cohortationes* partim *ſolatia* complectitur. εις τον ἑνα pro αλληλες. Rara haec loquendi formula apud Graecos, occurrit tamen: Dionyſ. Hal. A. II, p. 134. ὁποτε ὑπερ αμαρτυρε συναλλαγματος αμφιλογον τι γενοιτο ἑνι προς ἑνα. καθως και ποιειτε. *Nec opus quidem eſt, talia vos admoneri, cum eadem ſponte vos facere ſolere bene ſciam.*

12. Denuo Paraeneſes ſequuntur, quibus potiſſimum opus videri Theſſalonicenſibus, Timotheus Apoſtolo indicaverat. ερωτωμεν 4, 1. *Ego Paullus rogo et cohortor vos.* ειδεναι τινα *rationem alicujus habere.* ut latin. *reſpicere.* cf. 4, 4. κοπιωντες ſc. εν λογῳ, 1 Tim. 5. 17. προϊσαμενοι (cujus ſynonyma ſunt προεςωτες, επισκοποι, πρεσβυτεροι, ποιμενες פרנסים cf. 1 Tim. 5, 17. ibid. 3, 2. Eph. 4, 11.) *ii in ſingulis eccleſiis Chriſtiani, quorum auctoritati, ſive illa ſit ſenectutis, ſive doctrinae, ſive externae conditionis, ex mandato Apoſtoli, parent caeteri*; ſimiles fere *Judaeorum Archiſynagogis.* Et hoc quidem loco potiſſimum ad *diſciplinam* et *curam eccleſiae externam* videtur το: προϊςασθαι referendum: cum *doctrina* et *inſtitutio* contineatur iis, quae proxime ſequuntur, νεθετεντες ὑμας. Caeterum utrumque, νεθετειν et προϊςασθαι non de *variis presbyterorum generibus*, (quaſi alii fuerint ab Apoſtolis conſtituti *epiſcopi*, alii *doctores* eccleſiae, quod profecto non eſt. cf. Act. 20, 17. coll. 28. Philipp. 1, 1. 1 Tim. 3, 2. ſeq.) ſed de *eorundem hominum*, voce generaliore κοπιωντες hoc ipſo verſu comprehenſorum, *muneribus tantum diverſis* eſt interpretandum. Fuiſſe vero inter Theſſalonicenſes, etſi tantum per 3 hebdomades ab Apoſtolo inſtitutos, quos praeficere caeteris *doctores* poſſet, nemo mirabitur, niſi qui ex doctrinae chriſtianae, qualis noſtro tempore tradenda eſt, partim amplitudine, partim in eadem confirmanda ſubtilitate, veteris Apoſtolicae doctrinae ſimplicitatem metiatur;

13 καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπερεκ-
περισσοῦ ἐν ἀγάπῃ διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν.
Εἰρηνεύετε ἐν ~ ἑαυτοῖς.

~ αὐτοῖς

Παρα-

VARIAE LECTIONES.

v. 13. Pro ἑαυτοις legunt αὐτοις D, a. pr. man. E, G. 2. 28 29. 30 34. 41. 44. 47. 56 61. Ed. *Erasmi* 2. 3. 4. 5. *Colinaei*, *Schmidii* Vers. *Vulg. Syr. Erpen. Aeth. Chrysost. Theodoret. Theophyl. Oecumen. Ambrosiast.* in ed. Romana. Recte, opinor, ΑΥΤΟΙΣ scribitur, idem vero cum spiritu aspero (spiritus enim mutare religioni vix sibi aliquis duxerit, cum antiquissima graecae scripturae exempla omni spiritu tum aspero tum leni saepe destitui solere constet) pronunciandum est αὑτοις. conf. 2, 16. Joh. 17, 13. Act. 27, 27. pro quo deinde substituta lectio facilior et usitatior ἑαυτοις. Nam αὐτοις cum spiritu leni, quod ad τȣς κοπιωντας sit referendum, commodum sensum vix inferre loco videtur.

tur; cum potius Apostolorum tempore omnis religio Christiana *tum* paucis admodum sententiis contineretur, (maxime his: *idololatriam esse fugiendam*, *vitiis abstinendum*, *Jesum Messiam habendum*, *resurrectionem mortuorum sperandam* et s. p.) *tum* vero in his iisdem animo suo aliorumque persuadendis non tam doctrinae historicae aut grammaticae copia, quam potius cum naturali quadam ingenii sollertia, sensuque communi conjuncta, in Apostolorum effatis, tanquam divinis oraculis, acquiescendi voluntas unice requireretur. Unde etiam non dubito, quin e gentibus quoque, non tantum e Judaeis, *ejusmodi doctores* ab Apostolo fuerint constituti; maxime, cum omni modo cavisse Apostolum sciamus: ne Judaei gentibus dignitate quadam superiores se esse suspicarentur. προϊςαμενοι εν κυριῳ *nomine et auctoritate D. J. C.* νȣθετειν (τον νȣν ενθετειν) *cohortando, etiam castigando, alterum emendare*. 1 Cor. 4, 14. Eph. 6, 4. vid. ad v. 14.

13. ἡγεισθαι ὑπερεκπ. τινα *honore insigni aliquem prosequi*. Graeci alias dicunt: περι πλειονος ἡγεισθαι. εν αγαπῃ potest universe ad *amorem* referri, ut oppositum sit το: εν φοβῳ. *Honor quem iis habetis, ne sit ex timore profectus, sed ex ipso animorum erga eos studio.* Potest vero etiam *liberalitas in alendis*

presby-

Παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους, ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας. 14

presbyteris s. doctoribus intelligi; tum totius formulae ἡγεισθαι εν αγαπῃ sensus hic erit: *liberalitati erga eos inprimis studete.* cf. 1 Tim. 5, 17. ubi τιμαν τον προεστωτα, formula plane similis nostrae, est: *praemiis s. stipendiis ornare doctores.* cf. etiam ad Matth 15, 4 το εργον αυτων h. διακονια *opera, quam in vobis instituendis et gubernandis ponunt.* ειρηνευετε εν αὐτοις (vid. var. lect) pro: εν αλληλοις. (Sophocl. Antig. v. 153. καθ' ἀυτοιν. Schol. αντι τε, κατ' αλληλων) *pacem et concordiam invicem colite.* Marc. 9, 50.

14. Presbyteris tantum scripta esse, quae sequuntur, statui vix potest; cum in alloquendis iis prorsus eadem formula Ap. utatur, qua v. 12. in alloquendis Christianis omnibus. Nec est cohortatio ipsa ejusmodi, quin Christianis singulis proposita videri possit; quid? quod prorsus eadem, haud dubie Christianis omnibus scripta redibit 2 Th. 3, 6. sqq. δε *porro.* νεθετειν (τον νεν ευθετειν, επανορθεν.) *emendare corrigere, tum adhortando tum castigando.* Hinc junguntur νεθετειν et εγκαλειν (*reprehendere*) apud *Plutarchum* discr. adul. et am. p. 60. νεθ. et ελεγχειν ap. *eund.* de prof. virt. p. 82. denique etiam μαστιξιν νεθετειν dicitur Josepho A. VIII, 3. p. 285. ατακτοι, quales in militia aut republica dicantur, h. l. quaerere nil attinet. Latius deinde vox ατακτος patere coepit, *hominemque quemvis, qui officio non fungitur, vitamque mollem, male otiosam, voluptatibus diffluentem agit,* significat. Plut. de inst. puer. p. 5. A. τε μεν ὑγιαινοντος και τεταγμενε βιε καταφρονησωσιν, επι δε τας ατακτες και ανδραποδωδεις ἡδονας ἑαυτες κρημνισωσι. Unde etiam ακολαςος et ατακτος invicem junguntur. Plutarch. de def. oracul. p. 420. D. επει και των ζωων πολλα δυσκωλητα και νωθρα ταις ψυχαις οντα, πολλα δε ακολαςα και ατακτα. — cf. 2 Thess. 3, 6. 7. 11. ολιγοψυχοι *qui sunt in calamitatibus inopes et pusilli animi.* Respondet, ex vers. LXX, vocabulis hebraeis דכא ושפל רוח Es. 57, 15. קצר רוח Prov. 14, 29.

15 Ὁρᾶτε, μή τις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινὶ ἀποδῷ· ἀλλὰ πάντοτε τὸ ἀγαθὸν διώκετε καὶ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας.

16 Πάντοτε χαίρετε.

17. 18 Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε· τοῦτο γὰρ θέλημα Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εἰς ὑμᾶς.

29. נכאה Prov. 18, 14. cf. Sirac. 7, 10. αντεχεσθαι τινος *rationem habere alterius, ejus commodis inservire*, quocunque tandem modo id fiat. cf. Matth. 6, 24. ασθενεις *infirmi in religione* Rom. 14, 1. 2. 1 Cor. 8, 7. 11. 12. μακροθυμειτε προς παντας. refero ad omnia superiora inde a νεθετειτε. indulgenter vos gerite erga omnes. παντες h. ατακτοι, ολιγοψυχοι, ασθενεις et s. p. Grotius: *quantum fieri potest, de omnibus sperate meliora*. 1 Cor. 13, 4. Est hebr. האריך אף. cf. Prov. 19, 11.

15. cf. Rom. 12, 17-19. ορατε pro φυλαττεσθε *cavete vobis*. το αγαθον h. l. non tam *honestum*, quam quod *utile est, et jucundum alteri*, significare videtur, (cf. Gal. 6, 10. ut το καλον 1 Cor. 7, 1. 26) ut κακον non est *vitium quodvis*, sed *injuria illata*. διωκειν τι de *quolibet studio intentiore* etiam scriptoribus Graecis dicitur. cf. Lucian. Hermotim. 77. εις παντας ad *non-Christianos* est referendum, ut εις αλληλες ad *Christianos ipsos*.

16. παντοτε χαιρετε. Ex communi interpretum sententia solent haec ad animi hilaritatem, quam inter gravissimas calamitates constanter prae se ferre Christiani jubentur, referri. *Semper, quicquid tandem vobis contigerit, aequo et hilari animo illud ferte*. cf. Rom. 12, 12. 2 Cor. 6, 10. 1 Petr. 4, 13 Matth. 5, 12. Potest tamen χαιρετε etiam sensu vulgari accipi pro *valete*; ut sit interposita cohortationibus felicitatis apprecatio. *Semper bene valere vos jubeat Deus*. Cui interpretationi non obstat, quod litterae ipsae hac formula nondum finiuntur; poterat Ap. inter valedicendum rursus memor fieri variarum admonitionum, quae necessariae Thessalonicensibus videbantur, quasque ideo, antequam finem litterarum faceret, subjiciendas adhuc esse existimabat.

17. 18. jung. *Constantes estote in precando; quicquid vero*

ὑμᾶς. τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε· προφητείας μὴ 19.20
D 4 ἐξου-

vero vobis acciderit, semper gratias agite deo. Hoc enim est, quod Deum fieri a vobis velle per Christum edocti estis. cf. Philipp. 4. 6. αδιαλειπτως. Potest sententia haec esse: *non abstinendum esse a precibus faciendis, si non statim obtineas, quod petiisti* (Luc. 18. 1.); potest vero etiam simpliciter *assiduitatem* in precando significare. Nam in vocis etymo non haerendum esse, ut vertas: *sine intermissione*, tumque quaeras, quomodo *sine intermissione* precari possimus, saepius jam notavimus v. c. ad 1, 3. cf. etiam ad Eph. 6, 18. Col. 1, 3. εν παντι pro ὑπερ παντος, παντος ἑνεκα, *etiam pro rebus adversis.* τετο γαρ θελημα ὑμας inprimis ad το: ευχαριςειν εν παντι retulerim. θελημα *id, quod Deus a nobis exigit* Eph. 6, 6. Col. 4, 12. θελ. εν χρ. Ιησ. εις ὑμας *voluntas per Christum ejusque doctrinam vobis significata.* Exempla pietatis hujus, quae in precando ad Deum hoc potissimum spectat, ut *gratias agat numini pro beneficiis vel perceptis vel nunc percipiendis*, in vita Christi insignia vide Matth. 15, 36. 26, 27. Joh. 11, 41. similiterque in formula precum discipulis praescripta Matth. 6, 9.

Vs. 19-22. inde a verbis το πνευμα usque ad απεχεσθε invicem junximus; locus enim omnis ad προΦητειαν aliaque ejus generis spiritus divini dona, inter Thessalonicenses, ut ex pluribus epistolae locis 1. 5. 4. 8. apparet, non infrequentia referendus videtur. το πνευμα μη σβεννυτε. *Nolite committere ut extinguatur inter vos* (h. pereat, evanescat) *vis illa mirabilis Sp. divini.* πνευμα ad χαρισματα *insigniora*, inprimis, quae mox sequitur, προΦητειαν, etsi hanc non tantum, cum varia eorum genera essent, est referendum. cf. ad Galat. Exc. V. μη σβεννυτε. Nempe, quisquis singulari afflatu divino impulsus docebat, precabatur, cohortabatur, non id fecisse existimandus est *mente animoque tranquillo, sed cum vi et ardore singulari*, qui vultus etiam gestuumque concitatiore motu se exserebat. Hinc illa similitudo cum flamma spirante et ex animo oreque hominis, sic divino numine afflati, erumpente est interpretanda. Hinc Paullus jubet αναζωπυρειν πν. *alere somitem spiritus divini, ut erumpat in flammam.* 2 Timoth. 1, 6.; indidemque nostrum etiam est, σβεννυειν. cf. Plut. Pyth. p. 402 B. τε πνευματος παντατασιν απεσβεσμενε, και της δυναμεως εκλελοιπυιας.

προ-

21 ἐξουθενεῖτε· πάντα † δοκιμάζετε· τὸ καλὸν κατ-
22 έχετε· ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε.
† δὲ Αὐ-

VARIAE LECTIONES.

21. δε post παντα addunt D. E. F. G. 3. 4. 18. ex emend. 21. 23. 26. 29. 30. 33. 35. 36. 37. 39. 41. 44. 47. 52. 61. Apost. 2. Ed. *Colin.* Vers. *Vulg. Aeth. Clemens Al. Chrysost. Basil. Damascen. Theophyl. Pelag.* prob. *Griesbach.*

προφητειαι sunt effectus τȣ πνευματος. *orationes hominis, divino spiritu insigniore quodam modo afflati;* sive illae fuerint, quae proprie dicuntur, *oracula prophetica,* sive *cohortationes* sive *precationes* et s. p. cf. ad Eph. Exc. III. πρ. μη εξȣθενειτε. admonitio scripta *iis, qui, ut ipsi singulari hujusmodi spiritus divini afflatu destituebantur, omniaque ex deliberandi et cogitandi subtilitate metiebantur, ita alios divinae religionis veritatem magis sentiendo quam tranquille ratiocinando intelligentes contemnere, irridere, Fanaticorum nomine contumeliose appellare non verebantur.* παντα δοκιμαζετε – etiam hoc ad διακρισεις πνευματων refero. 1 Cor. 12, 10. 14, 29. ideoque τα παντα de *ipsis* προφητων *eloquiis*, intelligo. Nempe erant inter Thessalonicenses: (cf. 2 Th. 2, 2.) qui spiritus divini afflatum prae se ferentes, errorum, forte etiam vitiorum, contagione alios inficerent; hinc explorandi erant, quisquis πνευματικον s. προφητην se esse profitebatur, utrum *vere divino spiritu* ad docendum impellerentur, an *suo ipsorum ingenio fanatica quadam ratione excitati*, ea omnia eloquerentur. cf. 1 Cor. 14, 29 sqq. το καλον - απεχεσθε. *si bonum fuerit et honestum, quod* πνευματικοι *isti vos docent, ad quod vos cohortantur, sequimini illud; contra vero ab omni improbitatis et vitiorum genere vos abstinete.* ειδος πονηρȣ (ita est resolvendum, non ειδος πονηρον, multoque minus vertendum: *böser Schein*, quod linguae rationes vix permittunt.) ειδος est *genus* cf. Joseph. Antiq. X, 3. 1. παν ειδος πονηριας επιδειξαμενος εν τω τροπω, και μηδεν ασεβες παραλιπων. Liban. O. 35. p. 688. B. απεχοντος ȣδενος δια παντος ειδȣς χρηστων τε και πονηρων εργων η ευ ποιειν η κακως. vid. Wetsten. Similiter loci nostri sententiam jam constituerant Chrysostomus et Theophyl. μη τȣτȣ η εκεινȣ, αλλ' απλως παντος προφητȣ ψευδȣς και αμαρ-

Αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς· 23
καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶ-

ἁμαρτηματος. το πονηρον (pro ἡ πονηρια, κακια Rom. 12, 9.) pro hujus loci contextu inprimis ad *rixas* et *odia Christianorum mutua*, quibus ipsa adeo χαρισματα vario modo occasionem praebere et poterant et solebant (cf. 1 Cor. 12.), referendum videtur.

23. ὁ Θεος της ειρηνης. Posset commode h. l. ειρηνη de *concordia* accipi, ut arcte cohaererent haec superioribus. cf. etiam 1 Cor. 14, 33. 2 Cor. 13, 11. *Deus qui concordiam et pacem amat.* Neque tamen dubitari potest, ειρηνην ex hebr. שלום de *favore* etiam et *gratia* dici. cf. Jerem. 16, 5. ubi שלום, חסד, et רחמים haud dubie pro Synonymis adhibentur. Tum Θεος της ειρηνης vertendum erit: *Deus benignissimus* cf. Rom. 15, 33. 16, 20 Philipp. 4, 9. ἁγιαζειν (Hebr. קדש) vocabulum proprium *lustrationibus leviticis*; quod translatum deinde fuit ad animum, sensu hoc: *ab omni vitiorum contagione liberum animum servare.* ὑμας ὁλοτελεις vulgo junguntur, sensu hoc: *vos totos* animo et corpore; (ut idem sit ὁλοτελης quod ὁλος simpliciter; voce τελος, unde compositum est, vim significationis nihil augente. cf. quod mox sequitur ὁλοκληρον.) quo eodem sensu ipsum quoque ὁλοκληρον accepi alias pro ὁλον το πν. κ. ψ. κ. σ. *vos totos et mente et animo et corpore.* Malim tamen nunc jungere ἁγιασαι ὁλοτελεις (pro ἁγιους ποιησαι ὑμας κ. ὁλοτελεις) et accipere hoc ὁλοτελεις pro ἀμωμους, αμεμπτους, ἁγιους, τελειους, cum sint ὁλοτελης et ὁλοκληρος aperte synonyma, hoc vero ὁλοκληρος, ex constanti Hellenistarum loquendi usu, pro τελειος, σωος, καθαρος, ἁγιος poni certum sit; quemadmodum respondet hebr. תמים Ezech. 15, 5. Levit. 23, 15. itemque שלם Jos. 8, 31. cf. Jac. 1, 4. ubi τελειοι et ὁλοκληροι invicem junguntur. Act. 3, 16. Joseph. A. III, 12, 2. αφελεις δε ειναι πασαν αφελειαν· τον δε μη ὁλοκληρον των ἱερεων νεμεσθαι προς τους ἱερεις εκελευσε το γερα, αναβαινειν δε επι τον βωμον και εισιεναι εις τον ναον εκωλυσεν μη μονον περι τας ἱερουργιας καθαρους ειναι, σπουδαζειν δε και περι την αυτων διαιταν, ὡς αυτην αμεμπτον ειναι και δια ταυτην την αιτιαν οἱ την ἱερατικην στολην φορουντες αμωμοι τε εισιν και περι παντα καθαροι και νηφαλιοι — ετι δε και τα ἱερεια θυουσι ὁλοκληρα

μα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ

και κατα μηδεν λελωβημενα. Adde Lucian. καθ' ἡν ἡλικιαν (*virilem* intelligit,) ἡ τεος ΑΤΕΛΗΣ φρονησις ΟΛΟΚΛΗΡΟΝ ειχε τον λογισμον. Jam vero etiam quae ſequuntur και ὁλοκληρον referrem non ad το πνευμα ſed ad verbum τηρηθειη *ſerveturque **animus mens corpus veſtrum, purum caſtum ſanctum**,* (αμεμπτως) ***ut reprehendi non poſſit*** et ſ. p. πνευμα poteſt utique accipi pro ſynonymo τε νοος (τον νεν enim ſimpliciter πνευμα dici Apoſtolo ſolere, vidimus ad Gal. Exc. V. no. 2.) quem ſimiliter τῃ ψυχῃ jungere et utrumque σωματι opponere ſolent Graeci, (velut: Marc. Antonin. 3, 16. σωμα, ψυχη, νες: σωματος αισθησεις· ψυχης ὁρμαι νε δογματα.) ita quidem, ut νες ad ***intelligendi facultatem***, ψυχη ad ***cupiditates animi*** referantur. Similem loquendi uſum reperies apud Judaeos, qui non tantum רוח et נפש ſed praeterea etiam נשמה *corpori* opponunt. vid. Jalkut Ruben. fol. 15. 2. „In homi„ne eſt רוח נפש ונשמה; ſed „quando peccat, נשמה ab eo „abit et aſcendit, נפש autem „et רוח manent ita ut homo „adhuc vivere poſſit." Unde ſimul apparet, ex hoc uſu loquendi רוח (*der Odem*) et נפש ad ***vim hominis animalem*** eſſe referenda, נשמה vero Graecorum νεν et Pauli πνευμα exprimere. Adde Joſeph. A. 1, 2. επλασεν ὁ θεος τον ανθρωπον χεν απο της γης λαβων· και πνευμα ενηκεν αυτῳ και ψυχην. et Philon. de migr. Abrah. p. 398. Αβεληθεντες ὁλον το της ψυχης αλογον εκζωπυρησαι μερος, τον δε νεν διαφθειραι. Caeterum in Paullo quidem neſcio an de diſcrimine illo inter πνευμα et ψυχην cogitari poſſit. Saltem pro mere ſynonymis videntur adhibita Hebr. 4, 12. Quicquid vero ſit, de hoc certe dubitari non debet, omnem iſtam hominis partitionem in πνευμα, ψυχην et σωμα non eſſe ad ſubtilitatem metaphyſicam revocandam, quaſi totidem humanae naturae partes conſtituere Apoſtolus h. l. voluiſſet, ſed ex legibus orationis cujusque vehementioris, in qua ſolemus, quae ſunt in re quodammodo diverſa, invicem ea cumulare ut totam rem exhauriamus, interpretandam. ***Daß ihr ganz mit Geiſt und Herz und Leib heilig und unſträflich erfunden werdet bey der Ankunft unſers Herrn J. C.*** Cum Chryſoſtomo vero, Theophyl. aliis, πνευμα ad χαρισματα ***Spiritus divini***, v. 16. commemorata, referre, paullo durius videtur,

Χριστοῦ τηρηθείη. πιστὸς ὁ καλῶν ὑμᾶς, ὃς καὶ 24
ποιήσει.

Ἀδελφοὶ, προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν. ἀσπάσα- 25. 26
σθε τοὺς ἀδελφοὺς πάντας ἐν φιλήματι ἁγίῳ. ὁρ- 27
κίζω ὑμᾶς τὸν Κύριον, ἀναγνωσθῆναι τὴν ἐπιστολὴν

πᾶσι

tur, cum junctum fit vocibus ψυχη et σωμα, in quibus quidem *naturales hominis partes* intelligendas esse nemo dubitat. Accedit, quod supra monuimus, similiter jungi πνευμα et ψυχην Hebr. 4, 12. sensu prorsus eodem.

24. ὁ καλων pro ὁ καλεσας. Sequitur Ap. linguae Hebraeae in temporibus exprimendis penuriam. De voce καλειν vid. ad Galat. 1, 6. πιστος-ὃς ποιησει iterum ad verbum hebraica: נאמן הקרא אתכם אשר אף יעשה *confidere potestis, Deum etiam his desideriis meis esse satisfacturum.* Formula πιστος ὁ θεος sollennis Apostolo. 1 Cor. 1, 9. 10, 13. 2 Thess. 3, 3.

vv. 25-27. scripti potissimum iis videntur, quibus primum in manus tradebatur epistola, προεστωσι s. πρεσβυτεροις, quibus salutem caeteris dicendam injungit, quosque, ne sibi solis epistolam servent, sed cum reliquis de plebe Christianis praelegendo communicent, monet Apostolus.

25. προσευχ. περι (ὑπερ cf. Col. 1, 3. it. ad Gal. 1, 4. var. l.) ἡμων ad Paullum refero. cf. Col. 4, 3. Rom. 15, 30. 2 Thess. 3, 1.

26. ασπασασθε εν φιληματι praeceptum consuetudini istorum temporum, qua cuilibet amicorum salutationi oscula jungebantur, accommodatum. Rom. 16, 16. 1 Cor. 16, 20. 2 Cor. 13, 12. 1 Petr. 5, 14. Addit tamen ἁγιον φιλ np. quia *Christiani* erant, qui hoc modo erant salutandi.

27. ὁρκιζω-κυριον, *Domini nostri J. C. nomine et auctoritate interposita vos adhortor.* Sic ὁρκιζειν τινα; non quidem apud Graecos, (quibus potius est: *jusjurandum ab aliquo exigere,*) sed apud Alexand. int. tamen saepius occurrit, velut: Cantic. 5, 8. 1 Reg. 22, 16. Exprimit Hebr. השביע. τον κυριον subint. νη. Cum simili particulae jurandi ellipsi ὁρκιζειν occurrit Marc. 5, 7. Act. 19, 13 αναγνωσθηναι — — ut *praelegatur* Christianis quibusvis. Haec enim perpetua

28 πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἀδελφοῖς. ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. ἀμήν.

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν.

VARIAE LECTIONES.

Subſcriptionem epiſtolae omittunt codd. vetuſti. Pro απο αθηνων D. ex emendat. *ſcribens a Ladicia.* δια τιμοθεε add. *Syr.* δια σιλβανε και τιμοθεε 38. *Copt.* cf. ad finem Ep. ad Galat.

petua vis eſt τε: αναγινωσκεσθαι. Caeterum apparet ex hoc loco, Apoſtolum plures tum jam epiſtolas ſcripſiſſe, quae tantum presbyteris ſ. epiſcopis fuerant deſtinatae; vel ſaltem eum ſciviſſe, presbyteros litteras ſuas, etſi eo conſilio ſcriptas, ut coram omnibus Chriſtianis recitarentur, reconditas apud ſe ſervaſſe, nec niſi ea, quae populo utilia videbantur, cum eo communicaſſe. Niſi enim alterutrum jam antea accidiſſet, inutilis profecto fuiſſet adjuratio omnis ἅγιοι ἀδελφοι mera periphraſis *Chriſtianorum.*

28. vid. ad Gal. 6, 18.

ΠΑΥΛΟΥ

ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ Η ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΔΕΥΤΕΡΑ.

Παῦλος καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος, τῇ ἐκκλησίᾳ Cap.
Θεσσαλονικέων ἐν Θεῷ πατρὶ ἡμῶν καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ I. 1
Χριστῷ. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς 2
ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.
Εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν, 3
ἀδελφοὶ, καθὼς ἄξιόν ἐστιν· ὅτι ὑπεραυξάνει ἡ πί-
στις ὑμῶν, καὶ πλεονάζει ἡ ἀγάπη ἑνὸς ἑκάστου πάν-
των

I, v. 1. et 2. explicatos vide initio Epist. prioris ad Thess.

3. cf. Rom. 1, 8. 1 Cor. 1, 4. 5. Phil. 1, 3. 4. ευχαριστειν raro Graeci dicunt pro χαριν εχειν, χαριν ειδεναι. Occurrit tamen apud *Phalarid.* Ep. 119, p. 96. ed. Ox. *Arrian.* Epictet. I, 4, in fine ουκ ευχαριστησομεν τω θεω. *Joseph.* saepius v. c. A. I, 10, 5. Αβραμος μεν επι τετοις ευχαριστησας τω θεω. *Philon.* de plant. Noë p. 231 D. θεω δ' εκ εστι γνησιως ευχαριστησαι δι' ὡν νομιζεσιν οἱ πολλοι κατασκευων. locisque pluribus vid. Loesnerum ad Rom. I, 8. οφειλομεν, Pluralis, hic et per omnem epistolam, *tantum* de Paullo interpretandus. Idem passim notatum vide ad ep. priorem. οφειλω ευχαριστειν populariter intellige pro: αιτιαν εχω τε ευχαριστειν. καθως αξιον εστι. est formula plane synonyma τω: οφειλομεν. Nempe αξιον h. l. idem quod καθηκον, *quod decet, aequum est.* Similiter fere occurrit Matth. 3, 8. Act. 26, 20. Locum similem ex Demosthene affert Grotius: αξιον εστι σιωπαν. ὁτι ὑπεραυξανει - εις αλληλες *in dies enim majorem fieri audio fidei vestrae constantiam et vehementiorem liberalioremque mutuum vestri invicem amorem.* De voce πιστις vid. ad Gal. Exc. VI. αγαπη – αλληλ. etiam hic, ut fere semper, *ad officia quaevis, quibus Christiani Christianorum inopiam sublevare,* cala-

4 τῶν ὑμῶν εἰς ἀλλήλους, ὥστε ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν ὑμῖν
καυχᾶσθαι, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, ὑπὲρ τῆς
ὑπομονῆς ὑμῶν καὶ πίστεως, ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς
5 ὑμῶν καὶ ταῖς θλίψεσιν, αἷς ἀνέχεσθε· ἔνδειγμα
τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ καταξιω-
θῆ-

calamitatumque, quibus premebantur, sensum, si non exstinguere, lenire tamen animumque iis oppressum consolari et exhilarare debebant, referenda videtur. cf. ad Gal. 5, 6. 1 Th. 1, 3. 3. 6. 12. 5, 8. πιστιν et αγαπην simili ratione juncta vide Eph. 1. 15. 16. 1 Thess. 3, 6. πλεοναζειν et ὑπεραυξανειν h. l. quoad sensum mere synonyma.

4. ἡμας αυτους pro εμαυτον. καυχασθαι εν τινι παρ' ἑτέρῳ. *ita virtute alterius exsultare, ut eam exemplo proponas aliis.* εν ταις εκκλησιαις θεου pro παρα τοις του χριστου. vid. ad I, 1. 1. ὑπομονη et πιστις h. l. synonyma, *perseverantia et constantia in religione etiam inter calamitates tenenda et defendenda.* πιστεως enim et του πιστευειν vocibus saepius *constantiae* notionem adhaerere vide supra pag. 109. 110. Aliis ὑπομονη και πιστις est ἓν δια δυοιν pro: ὑπομονη εν πιστει, paullo durius, etsi ab usu loquendi S. S. non sit alienum. διωγμοι et θλιψεις, mere synonyma, ad vim sententiae augendam invicem cumulata. αἱς pro ἁς ex Graecismo cuilibet noto.

5. Ut solet calamitatum in his terris ferendarum sensus vehementior in quovis viro bono et sapienti excitare non desiderium tantum sed spem etiam futurae felicitatis; sic eodem modo Ap. in calamitatibus, quas Judaeorum invidia perferebant Thessalonicenses, pignus quasi certumque futurae felicitatis argumentum contineri, iis persuadet. cf. locum huic plane similem Phil. 1, 28 Exprimitur vero *illa vitae futurae conditio* per κρισιν θεου, משפט יהוה, (formulam loquendi, quae tum *praemia* tum *poenas* bonis pravisque hominibus olim attribuendas complectitur) quia cum felicitate a Christianis eo tempore speranda hostium quoque ipsorum poenae et supplicia conjuncta fore existimabantur. ενδειγμα (pro εις ενδειγμα) jungendum est proxime superioribus αἱς θλιψεσι ανεχεσθε. *Quod vos jam infelices estis, et vicissim adversarii vestri, qui vos cruciant et affli-*

θῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ὑπὲρ ἧς καὶ πά-
σχετε. εἴπερ δίκαιον παρὰ Θεῷ, ἀνταποδοῦναι τοῖς 6
θλίβουσιν ὑμᾶς θλίψιν, καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις 7
ἄνεσιν μεθ' ἡμῶν, ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ
ἀπ'

affligunt, felices, ex eo argumentum firmum peti potest vitae alterius, vobis melioris, istis deterioris futurae. ενδειγμα i. q. ενδειξις Phil. 1. 28. *argumentum ipsum, unde aliquid colligitur.* κρισις δικαια, *judicium ab omni cupiditate alienum, ein unpartheyisch Gericht.* εις το καταξιωθηναι ex hebr. Gerundii usu pro: εν ῃ (κρισει θεου) καταξιωθησεσθε. καταξιουσθαι τινος *dignum judicari aliqua re,* tumque simpliciter, nulla του: αξιος ratione habita, *nancisci aliquid.* cf. Philon quod det. insid. pot. p. 174 A. ὁτι μερων των προς γονας ηξιωθης. de vit. Mos. I. p. 605 D. τροφης ουν ηδη βασιλικης και θεραπειας αξιουμενος. unde καταξιωθ. της βασιλ. θ. est: *participem fieri felicitatis in regno Messiae.* βασιλεια θεου *regnum divinum Messiae, olim inaugurandum, in quo civis conditione olim vivere, vel adeo partem imperii nancisci, in maxima felicitate a Judaeis ponebatur;* confirmante idem Christo cum Apostolis. Luc. 22, 30. 2 Tim. 2, 12 cf. Exc. I. ὑπερ ἡς — — *cujus felicitatis ratione habita* — —

6. ειπερ δικαιον pro: δικαιον γαρ εστι ex perpetua Apostoli consuetudine, periodos periodis jungendi ope particularum ὁς, καθως, ὡστε, ειπερ et s. p. ειπερ non *dubitanter* sed *affirmative* accipiendum, pro επει. δικαιον παρα θεῳ ישר לפני־יהוה pro: δικαιος εστι θεος, ὡστε ανταπ. ανταποδουναι גמל in utramque partem dicitur, *in meliorem* Ps. 18, 21. *in deteriorem* Ps. 103, 10.

7. ανεσις l. αναπαυσις Hebr. מנוחה *requies ab aerumnis* h. *summa felicitas.* Nempe sollennis est Judaeis, ut quibusvis Orientis gentibus, *magnae cujusdam felicitatis* descriptio, imagine *quietis ab omni aerumna, labore, calamitate,* expressa. cf. Hebr. 4, 9. 11. Apocal. 14, 11. 13. Philo de merc. meretr. p. 862. C. Voluptas promittit sectatoribus suis: ανεσις εστι παρ' εμοι και αδεια και εκεχειρια, κ. τ. λ. μεθ' ἡμων pro ὡσπερ εμοι.

Quae jam sequitur, descriptio apparitionis Jesu Christi, talis est, qualis inter omnes gentes quaevis apparitio Dei sollennis, angelorum tonitruumque et fulminum comitatu

8 ἀπ' οὐρανοῦ μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ, ἐν πυρὶ φλογὸς:, διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι Θεὸν, καὶ τοῖς μὴ ὑπακούουσι τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ

VARIAE LECTIONES.

8. ἐν φλογὶ πυρὸς leg. D. a. pr. m. E. F. G. Verss. *Vulg. Syr.* utraque (posterior habet editam in margine) *Aethiop. Copt. Iren.* IV, 33, 27. *Tertull.* c. Marc. V, 16. *Theodoret. Macar.* H. 25. *Oecumen.*

mitatu cincta, solet cogitari et exprimi. μετ' αγγελων δυναμ. αυτȣ. Aut μετα δυναμεως sunt jungenda et δυναμις hebr. צבא *de exercitu* explicanda, (cf. LXX Judic. 8, 6. locisque innumeris vid. Trommium.) sensu hoc: *stipatus angelorum exercitu, mit seinem Engel-Heer;* aut, si μετ' αγγελων juncta manent, δυναμις, ut Hebr. גבורה et עז, simpliciter de *majestate divina* intelligenda, *begleitet von seiner Gottheit Boten.* Utraque ratio facilior saltem videtur vulgari illa, qua αγγελοι δυναμεως pro αγγελοι δυνατοι accipiuntur.

Quinam vero hic adventus Christi sollennis sit intelligendus, comparatis epistolae prioris locis pluribus 1, 10. 3, 13. 4, 15. seq. 5, 2, 23. dubitari non potest. Quodsi enim ista loca *de extremo Christi adventu* interpretanda esse, omnes interpretes consentiunt, cupide profecto agere videntur, qui, ut Capitis Ildi inprimis difficultates effugere possint, in hac epistola, qua mutatae significationis ne vestigium quidem formulis αποκαλυψεως l. παρȣσιας χ. ab Apostolo impressum est, de *alio quodam, inprimis ad Hierosolyma evertenda, adventu Messiae* cogitandum esse praecipiant. cf. ad cap. 2, 1. seqq. itemque Exc. II.

8. εν πυρι Φλογος (אש להט Ps. 104, 4. Vers. Graec. πυρ Φλεγον adde. πυρος Φλογα. אש להבה Es. 4. 5.) vel εν Φλογι πυρος (להבות אש Ps. 29, 7. Es. 29, 6. Joel 2, 5. Apocal. 19, 12.) quae est lectio Codd. nonnullorum; sed, ut videtur, ex correctione orta. Sensus utriusque lectionis est idem: *inter fulmina et tonitrua.* διδοντος ad κυριȣ Ιησ. ref. διδοναι εκδικησιν נתן נקמה Ezech. 25, 14. i. q. εκδικειν vel ποιεισθαι εκδικησιν Luc. 18, 7. 8. Act. 7, 24. *ulcisci*, hocque ex vetere, divina humanis affectibus comparandi more, si de Deo dicitur, simpliciter est, *poenis* adfi-

Ἰησοῦ Χριστοῦ· οἵτινες δίκην τίσουσιν, ὄλεθρον αἰώ- 9
νιον, ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης

adficere. τοις μη ειδοσι - χριστȣ. Locus omnis, ex versuum 5 - 7. contextu, non universe de omnibus non - Christianis, sed *de iis, qui doctrinam Apostoli respuebant, Christianosque vexabant et persequebantur, Ethnicis et Judaeis,* videtur intelligendus. οἱ μη ειδοτες θεον, periphrasis *Ethnicorum* (cf. 1 Th. 4, 5. Gal. 4, 8.) ut οἱ μη ὑπακȣοντες χριστȣ *Judaeorum;* qui partim ipsi Christianos persequebantur, partim Ethnicos ad simile eorum odium quovis modo inflammabant. De voce ευαγγελιȣ vid. ad Gal. 1, 6. ὑπακȣειν τῳ ευαγγ. Rom. 10, 16. *recipere doctrinam de Jesu Messia, et secundum eam vitae rationem instituere.* τȣ κυριȣ. vid. ad 1 Th. 1, 1.

9. δικην τισȣσι *poenas injuriarum Christianis illatarum luent.* Exempla formulae δικην (s. ποινας, τιμωριαν, ζημιαν) τινειν apud Graecos scriptores hoc sensu admodum frequentis vid. apud Wetsten. De sententia ipsa, in aliis etiam scriptoribus Judaicis passim obvia cf. Bereschith R. sect. 6, fol. 7, 3. *Tempore futuro Deus traducet solem ex narthece suo, eoque impios inflammabit* q. d. Mal. III, 19. Et *inflammabit eos dies venturus.* ολεθρος (κολασις) αιωνιος h. τȣ αιωνος μελλοντος opp. τῳ επιγειῳ, τοις παθημασι τȣ νυν καιρȣ Rom. 8, 18. *poenae imminentes hominibus improbis in vita altera.* Similes formulae sunt: πυρ αιωνιον. Matth. 18, 8. κρισις αιων. Marc. 3, 29. απο προσωπȣ τȣ κυρ. - της ισχυος αυτȣ. Est locus verbis fere iisdem ex Es. 2, 10. 19. expressus. מפני פחד יהוה ומהדר גאונו Graec. απο προσωπȣ τȣ ΦΟΒΟΥ κυριȣ και α. τ. δ. τ. ι. α. το προσωπον κυριȣ simpliciter idem quod ὁ κυριος. δοξα et ισχυς הדר et גאון (ut supra δυναμις v. 7.) sunt voces plane synonymae, et *majestatem numinis regnique inaugurandi splendorem* exprimunt. απο vero dupliciter accipi potest, vel sensu hoc: *procul a Domino nostro regnique ejus majestate remoti,* qui fere sensus loci est apud Esaiam (cf. Gen. 4, 14.) et sententiam continet, huic nostro loco inprimis aptam. Exclusos enim fore improbos regno Messiae, et in plane alia terrarum parte miseram vitam suam esse peracturos, perpetua est Jesu et Apostolorum doctrina. cf. Matth. 8, 12. 22, 13. 25. 41. vel sic, ut *vis divina ipsa, quae*

10 τῆς ἰσχύος αὐτοῦ· ὅταν ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς
ἁγίοις αὐτοῦ, καὶ θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύ-
σασιν·

VARIAE LECTIONES.

v. 10. πιςευσασιν (quam lectionem Bengelius in textum iam receperat pro vulg. πιςευȣσιν) leg. A. D. E. F. G. 1. 2. 4. 6. 8. 10. 11. 19. 20. ex emend. 21. 22. 23. 26. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 39. 41. 44. 45. 46. 47. 55. Ed. *Complut. Plantin. Genev.* Verf. *Vulg. Syr.* poster. *Iren. Chryfoft. Ephrem. Theodo-*

poenas infliget, exprimatur, tum απο προσωπȣ (hebr. מפני) accipiendum eft pro ὑπο, παρα, εκ, δια, et fententia conftituenda fic: *poenas dabunt, a Domino ipfo, ejusque divina vi infligendas.* cf. Dan. 11, 22. Pf. 9, 4. Act. 3, 19. Priorem tamen rationem utique praefero: nam απο in tali conftructione pro ὑπο pofitum vix alibi reperies. Loca quidem affert Grotius Rom. 1, 7. 2 Cor. 1, 2. Act. 3, 19. fed funt haec e genere longe alio.

10. ενδοξασθηναι εν τοις ἁγιοις αὐτȣ et θαυμασθηναι εν πασι τοις πιςευσασι funt membra prorfus parallela, alterumque ex altero interpretandum. ενδοξαζεσθαι εν τινι Hebr. נכבד l. התפאר cum ב conftructum ex perpetuo loquendi ufu eft: *ex alterius l. felicitate l. miferia, quia utriusque auctores ipfi fumus, laudem nobis et gloriam parare.* cf. Exod. 14, 4. Ezech. 28, 22. Ef. 49, 3. itemque hebr. נערץ Pf. 89, 8. Idem igitur erit θαυμαζεσθαι εν τινι; cf. Ef. 61, 6. Sap. 8, 11. εν οψει δυναςων θαυμασθησομαι. unde fenfum utriusque membri germanice fic exprimerem: *wann er einft kommen wird, zu beglücken zu feiner Ehre feine Lieblinge, alle feine Anhaenger, zu feinem Ruhm.* ἁγιοι αὐτȣ: קדושיו l. חסידיו *populus fibi carus.* cf. ad 1 Th. 3, 13. οἱ πιςευσαντες; periphrafis *Chriftianorum.* vid. ad Gal. Exc. VI. Caeterum alium totius loci fenfum notatum vide in var. lect. ὁτι επιςευθη - εφ ὑμας. *certo enim evenient tempore ifto, quaecunque vobis de ea re alias jam confirmavimus.* επιςευθη Aoriftus pro Fut. πιςευθησεται. Verbum ipfum vero πιςευεσθαι pofitum pro πιςȣσθαι (επιςωθη leg. etiam Cod. 31. fed haud dubie ex correctione) vel πιςον ειναι. Nempe eft hebr. נאמן quod Graeci interpp. triplici illa ratione exprimere folent. cf. Gen. 42, 20. 1 Sam. 27, 12. Pf. 19, 8. 93, 5. add. Polyb. Hift. VIII, 19. επιςευοντο παρα τοις ταρεντινοις *fidem fuam probarunt Tarentinis.* μαρτυ-

ριον

σασιν· ὅτι ἐπιστεύθη τὸ μαρτύριον ἡμῶν ἐφ' ὑμᾶς ἐν
τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. εἰς ὃ καὶ προσευχόμεθα πάντοτε 11
περὶ ὑμῶν, ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ Θεὸς

Theodoret. Damascen. Oecumen. Theophyl. Ambrosiast. Pelag. probb. *Mill. Wetsten.* V. *Griesbach.* Theodoretus ante πιστευσασι addit μη, quae lectio non contemnenda videtur. Nempe tum το: ενδοξασθηναι ad *laudes divinas ex felicitate Christianorum*, contra vero το θαυμασθηναι ad *easdem laudes ex hostium Christi suppliciis* capiendas (cf. Exod. 14, 4.) esset referendum.

ριον εφ' ὑμας sunt jungenda: ά, εμαρτυρησαμεν ὑμιν. μαρτυριον hebr. עדה l. עדות *de quavis oratione* sive, *praeceptis* sive *promissis* ea contineatur, dici solet. cf. Ps. 119, 31. saepius. 93, 5. Similiter in N. T. *omnem institutionem Christianam* exprimit 1 Cor. 1, 6. 2, 1. h. l. tamen potissimum ad *promissum Apostoli de Christo aliquando e coelis redituro*, est restringendum. επιςευθη εν τη ἡμ. εκεινη ex interpretatione jam proposita commode jungi posse, quisque videt. Junxit similiter Bengelius. In edd. vulgg. contra referuntur verba εν τ. ἡμ. εκειν. ad ὁταν ελθη, durissime, si quid sentio; verbaque ὁτι - ὑμας parenthesi includuntur, sensu hoc: *fidem habuistis doctrinae meae vobis traditae.*

11. εις ὁ mera particula transeundi. *Itaque.* περι pro ὑπερ, ἑνεκα Luc. 4, 38. Jo. 17, 9. Eph. 6, 18. Col. 1, 3. κλησις. vocabulum, *omnem felicitatem, Christianis, maxime in regno Christi futuro, promissam et paratam* complectens cf. ad Gal. 1, 5. 1 Cor. 1, 26. Eph. 1, 18. 4, 1. 4. αξιωση ὑμας vel ex signific. τȣ αξιȣν vulgari: *dignum reddere, dignum servare: daß er euch würdig erhalte eurer hohen Bestimmung.* vel, *ut participes vos reddat felicitatis huius promissae Christianis et paratae;* quod praefero vid. ad 1, 5. και πληρωση — εν δυναμει. Sensus varie constitui potest. Si αγαθωσυνη est *virtus universa* (cf. ad Gal. 5, 22.) tum ευδοκια αγαθωσυνης (רצון טובה pro αγαθωσυνη, εν ᾗ ευδοκει ὁ θεος, ευαρεςος τῳ θεῳ) et εργον πιςεως accipiendum περιφραςικως (etsi in ευδοκια quodammodo adjunctum της αγαθωσυνης esse modo diximus) pro αγαθωσυνη et πιςις simpliciter cf. 1 Th. 1, 3. sententia hac: *velitque adeo pro vi sua divina* (εν δυναμει ad πληρω-

ἡμῶν, καὶ πληρώσῃ πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης καὶ
12 ἔργον πίστεως ἐν δυνάμει· ὅπως ἐνδοξασθῇ τὸ ὄνο-
μα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς
ἐν αὐτῷ, κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ Κυρίου
Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ἐρωτῶ-

πληρωσῃ ref. pro δυνατως Col. 1, 29.) *fidem vestram omneque verae et deo acceptae virtutis genus in vobis perficere.* Nescio tamen, an propius ad grammaticam rationem usumque loquendi communem interpretatio loci accedat, si ευδοκια αγαθωσυνης (utrumque synonymum χαριτος v. 12. cf. ad Rom. 15, 14.) ad *Deum* referatur, et εργον πιςεως de effectu της αγαθωσυνης θεȣ accipiatur, πληρȣν vero pro significationis verborum αγαθωσυνη et πιςις varietate varie vertatur: πληρωσῃ (sc. εν ὑμιν) πασ. ευδ. αγαθ. *summa sua benignitate vos amplectatur* (Schol. Graec. πληρωσῃ πασαν αγαθην βȣλην εις ὑμας ὁ θεος) contra vero πληρωσῃ εργον πιςεως *fidem in vobis sua vi excitatam servet, alat, augeat.* Germanice locum omnem sic reddiderim: *Und so seine ganze Gnade und Liebe an euch reichlich erweise, und kräftig vollende das in euch angefangene Werk eueres Glaubens.*

Versum 12 sic intelligo: *ut domino nostro J. C. ex vobis,* (vestra, qua ornandi estis, felicitate) *vobisque vicissim ex ipso* (ejus erga vos benignitate et favore) *laus et gloria et honor olim contingat.* ονομα κυριȣ i. q. κυριος simpliciter ut שם יהוה i. q. יהוה. ενδοξαζεσθαι εν τινι prorsus eadem ratione accipio, qua v. 10. in his vero και ὑμεις εν αὐτῳ (np. ενδοξασθητε) plane eandem sententiam contineri arbitror, quae est in proxime superioribus ενδοξασθῃ – εν ὑμιν tantum inverso modo propositam. *Illa ipsa, quam tum nacturi estis, felicitas et Christo et vobis laudi erit atque honori.* Ex vulgari ratione membra haec duo invicem distinguuntur, ita quidem, ut το: ενδοξασθῃ εν ὑμιν (pro δι' ὑμων) *de gloria Dei et Christi ex virtute Christianorum profecta,* contra vero το: ενδοξασθητε εν αυτῳ (pro δι' αυτȣ) *de laude* (h. felicitate) *Christianorum Dei judicio sollenniter olim reportanda* intelligatur et explicetur.

II. Qui jam sequitur locus, e difficillimis unus et ab interpretibus mirifice vexatus, ita a nobis tractabitur, ut, quantum

Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ὑπὲρ τῆς παρου- II
E 3 σίας

tum quidem nos de consilio, ejus et argumento singularumque phrasium significatione intelligere nobis videmur, huic ipsi contextui more nostro breviter adspergamus; caetera vero omnia, quae partim ad illustrandam magis sententiam nostram, partim ad dijudicandas aliorum interpretum rationes pertineant, singulari Excursu huic Epistolae subjiciendo copiosius exponamus. Anxios igitur fuisse Thessalonicenses de eo, quod sollennem Messiae adventum de die in diem differri, spemque, quam sibi *de propinquo futuro eo* conceperant, frustrari animadverterent, jam vidimus ad 1 Th. 4, 13. Qua quidem sollicitudine, nec solamine eo, quod de resuscitandis e morte Christianis interea defunctis Apostolus ibi proposuerat, nec vero etiam iis, quae de sua ipsius in *tempore* adventus Christi constituendo inscitia libere professus fuerat, 5, 1. liberatos tum jam fuisse, ex hoc loco intelligimus. Quid? quod praeterea falsorum doctorum fraudes accesserant, quibus variis modis, per litteras adeo, Apostoli nomen mentitas (v. 2.), in hac opinione, quasi mox affuturus sit dies regni Christi sollennis, confirmati, ita facti fuerant morae impatientes, ut, quo longius illud regnum differri et retardari videbant, eo magis addubitare jam de *totius promissionis Apostolicae veritate* inciperent. Unde, nisi Apostolus spem eorum ita jam labentem *alia quadam ratione* confirmare, et de *tempore* inprimis, quo ista omnia sint eventura, certius et planius expressum aliquid, in quo acquiescere et possent et vellent, scribere potuisset, ne, omni hactenus speratae felicitatis sensu paullatim amisso, spe ejus et desiderio amplius teneri ejusque caussa omnia pro Christiana religione agere et pati tandem desinerent, necessario verendum erat. His igitur incommodis, partim Thessalonicensibus ipsis, partim apud eos ipsi religioni Christianae metuendis ut denuo occurreretur, non id quidem egit hoc nostro loco Apostolus, ut significaret Thessalonicensibus, (quod etsi nos eventu edocti scimus, Apostolus ipse tamen haud dubie ignorabat. vid. Excurs.) *illum Christi adventum post multa demum annorum millia esse exstiturum; Christianos vero eos, qui interea morerentur, si vitam bene egissent, etiam tum, post sera illa tempora, e mortuis resuscitatos in felicitatis huius societatem esse venturos*

σίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγω-

νος (quo quidem etiam expressiore oraculo vereor, ne infirmorum istius aetatis moxque cum Christo regnandi cupidissimorum Christianorum animus magis depressus fuisset, quam exhilaratus) sed aliam inire Apostolum jussit divina providentia rationem; qua *a diei, ut prope adesset, desiderio, ad felicitatis ipsius spem aequiorem et tranquilliorem* fere non sentientes amoverentur. Itaque primum ante omnia admonet Ap. Christianos suos de eo, quod jam aliunde, maxime ex ipsis V. T. oraculis, edocti erant (vid. Excurs.) *non posse diem illum, quem tam anxie exspectarent, adesse; nisi errores, vitia, calamitates denique insignes in oraculis istis praedictae antea evenissent;* deinde vero, cum insignem quandam errorum et improbitatis contagionem jam tum gliscere partim inter Thessalonicenses, partim in caeteris ecclesiis Paullus animadverteret, ipse adventum Christi, etsi non illico futurum tamen etiam non longe remotum et optans et facile sperans (vid. Excurs.), *hanc ipsam improbitatem ad singularis istius praedictae impietatis initia referre* non dubitat, ejusdem tamen *incrementa ante Christi adventum multo adhuc majora magisque tremenda fore praevidet et comminatur.* Atque in his duabus sententiis summa inesse videtur loci totius; quibus quidem, si qua alia ratione, id effici apud Thessalonicenses necessario debuisse existimo, ut animus eorum a *diei ipsius* desiderio paullatim demoveretur et in rem plane aliam, in *signa et prodigia hunc diem praegressura* defigeretur; quae prodigia, cum simul id adjunctum sibi haberent, ut injucunda essent, Christianisque ipsis periculosa et exitiosa adeo futura, propter hanc ipsam caussam ad exstinguendum simul *diei, ut adhuc viventibus ipsis veniret, desiderium* aliquantum conferre et poterant et debebant. Necessario enim magis nunc optandum videri debuit Christianis, ut ante diem extremum morerentur, mortuique apud inferos regni Messiae initia exspectarent, quam ut in vita superstites per *ανθρωπον της ἁμαρτιας* ad errores et vitia seducti omnis speratae felicitatis forte jacturam adeo facere periclitarentur.

1. *ερωτωμεν rogo, obsecro vos.* vid. ad 1 Th. 4, 1. Similem vim habet hebr. שאל Ps. 122, 6. alibi. *ὑπερ* i. q. *περι quod attinet ad* - cf. 2 Cor. 1, 8. 5, 12. 8, 23. 24. 9, 2.

ἡ παρα-

ἀγωγῆς ἐπ᾽ αὐτὸν, εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι 2
ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς μήτε θροεῖσθαι· μήτε διὰ πνεύ-

E 4 ματος,

ἡ παρȣσια -- χριςȣ. *adventus Christi sollennis ad regnum inaugurandum* cf. ad 1, 7. ἡμων επισυναγωγη επ᾽ αυτον (pro προς αυτον ut 1, 10. Luc. 10, 9.) *quo tempore nos adducemur ad eum, ut perpetuo vivamus cum ipso.* cf. 1 Th. 4, 17. Matth. 24, 31. Alio sensu επισυναγωγη occurrit Hebr. 10, 25. 2 Macc. 2, 7.

2. εις το μη -- jungenda τῷ: ερωτωμεν ὑμας, pro: τȣ μη -- σαλευεσθαι (a σαλος *salum, unda maris*; unde proprie ναυς σαλευεσθαι dicitur, *cum in alto mari fluctibus agitatur.* Translatum tamen deinde fuit ad *quamlibet aliam agitationem,* velut *venti* Matth. 11, 7. maxime vero *animi* cf. Act. 17, 13. Arrian. Epict. 3, 26. μη αποσαλευεσθαι δια σοφισματων.) απο τȣ νοος. Latin. *mentis statu deturbari* h. *animo cadere; muthlos gemacht werden.* Ejus plane synonymum est θροεισθαι *animo perturbari, perterrefieri* cf. Matth. 24, 6. ταχεως *impatientiam* exprimit, qua Thessalonicenses reditum Christi exspectare Apostolus noverat. μητε -- ἡμων, sunt ita invicem jungenda, ut ὡς δι᾽ ἡμων non ad πνευματος, sed tantum ad λογȣ et επιςολης referantur cf. v. 15. *neque* προφητων, *qui spiritus divini in se vim mentiuntur, eloquiis; neque traditione aut epistola, quales, ex utroque genere, meo nomine falso circumferri inter vos audio.* πνευμα accipio pro ανηρ πνευματικος (1 Cor. 12, 10. 1 Jo. 4, 1-3.) h. προφητης, *divino spiritu actus,* quales, veros et falsos, inter Thessalonicenses fuisse locus evidens est 1 Th. 5, 19-21. Alii malunt πνευμα *ad ipsa oracula prophetica V. T.* referre, quibus male intellectis, forte etiam pro suo ingenio mutatis, Judaeos et Christianos spem regni Messiae mox affuturi inprimis superstruxisse constat. λογον vero et επιςολην invicem cohaerere, (vt λογον et γραμματα ap. Polyb. Hist. IV, 24. μεχρι λογȣ και γραμματων διορθȣν τα αδικηματα *injuriis illatis coram et per litteras mederi*) nec in λογῳ de *ratione* seu *annorum computatione* (quae quidem durissime λογος *simpliciter,* diceretur) sed *de doctrina, quam quis coram ab Apostolo accepisse jactabat,* esse cogitandum apparet ex loco parallel. v. 15. cf. Act. 15, 27. επιςολης ὡς δι᾽ ἡμων np. γεγραμμενης. Locus evidens in sententiam eam, jam tum, vivente adhuc Apostolo, epistolas

ματος, μήτε διὰ λόγου μήτε δι᾽ ἐπιστολῆς ὡς δι᾽
3 ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ ~Χριστοῦ. Μή
~Κυρίου τις

VARIAE LECTIONES.

v. 2. *κυριυ* leg. A. D. a pr. manu E. F. G. 2. 31. 37. 47. Ed. *Colin.* Verf. *Syr. Erpen. Copt. Aethiop. Vulg. Origen. Ep. ad Alexandr. Hippolyt. Chryfoft. Theodor. Damafcen. Oecumen. Theophyl. Hieron. Auguft. Tertull. Ambrofiaft. Pelag.* probb. *Bengel.* et *Griesbach.*

las fpurias nomine ejus circumferri folitas fuiffe, faltem Apoftolum, veritum ne in pofterum tale quid accideret, ejusmodi fraudi apud Theffalonicenfes cavere voluiffe. cf. 3, 17. vid. Fabricii Cod. Pfeudepigr. N. T. Vol. I. p. 916. *ὡς ὁτι* pro *ὡς αν, ὁιον ει tanquam quafi.* Sic Ifocrates in laudat. Bufiridis p. 433. de Socrate: *κατηγορȣν αυτȣ, ὡς ὁτι καινα δαιμονια εισΦερει. ενεϛηκεν prope adeft, imminet, dies ille follennis.* cf. 2 Tim. 2, 1.

3. *μη τις* fuppl. *ὁρατε, Φυλαττεσθε. εξαπατᾳν* ab fimplici *απατᾳν* nihil differt. *ὁτι εαν μη* — deeft Apodofis *ου δυναται ελθειν ὁ κυριος* vel fimile quid. Nempe longior, quae jam fequitur, defcriptio *τȣ ανθρωπȣ της ἁμ.* cui paullo diutius immoratur Apoftolus, fecit, ut conftructione inchoata excideret. *αποϛασια* poteft ex ufu loquendi hebraico *improbitas quaevis* effe, (cf. Alex. interpres ad 3 Reg. 21, 13. ed. Breit. אנשי בליעל *ανδρες αποϛασιας*) adjuncta tamen pro loci noftri contextu *adverfus Deum impietatis* fignificatione. Nempe, qualis defcribitur *ὁ ανθρωπος της ἁμαρτιας*, talis etiam intelligenda videtur *αποϛασια*; unde, cum is a *fumma in Deum impietate* defcribatur, vid. ad v. 4. etiam hanc de *eadem impietate* (*Empörung wider Gott*) interpretandam effe apparet. Accedit, quod mox ad v. 4. probabitur, locum omnem oraculo quodam Judaeorum gentilitio, ex ipfis V. T., maxime Danielis, locis pluribus conflato niti videri; ideoque *την αποϛασιαν* non tam ad *fingulos quosdam homines*, in quibus improbitas cerni folet, quam ad *omnem omnino Judaeorum gentem* effe referendam: quae quidem gens Judaica, quotiescunque *της αποϛασιας* (hebr. מעל et סרה quod *αποϛασιαν* vertit Alexandrinus 2 Par. 29, 19. et alius interpres Graec. Jer. 29, 32. item רעה Jer. 2. 19.) arguitur, nunquam de *improbitate fola*, fed femper de *defectione a Jehovae cultu ad Idololatriam* effe cogitandum, nemo dubitat. Ef. 1, 5. 31, 6. 59, 13. 1 Macc. 2,

15,

τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον· ὅτι,
ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ
ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ 4

15. Act. 21, 21. Ἡ αποςασια *nota illa vobis et a prophetis praedicta* impietas; eademque articuli vis notetur etiam in Ὁ ανθρωπος τ. α. et Ὁ υιος τ. απωλ. αποκαλυφθῃ refer ad v. 7. μυςηριον της α. ενεργειται. *quae adhuc clam serpit inter homines impietas, mox in apricum eadem producetur.* ανθρωπος της ἁμαρτιας formula plane hebraica, respondens graecae: ἁμαρτωλὸς, παρανόμος, ανομος. cf. Proverb. 6, 12. Es. 55, 7. איש און. Similes Judaeorum formulas אדם בליעל, איש בליעל, איש און vid. in Jalkut Rubeni fol. 126, 3. fol. 72, 3. Ejus plane synonymum est in υιος της απωλειας (Jo. 17, 12.) cf. Es. 57, 4. ubi ילדי פשע Alexandr. interpres vertit τεκνα απωλειας. Nempe in απωλεια sunt *peccatorum poenae*, quae miserum reddunt hominem, cogitandae; Apoc. 17, 8. 11. (cf. latin homo *perditus* pro: *scelerato*;) formulis vero, בן, υιος, τεκνον, *attributa hominis quaelibet* exprimi, ut in vetere lingua qualibet, sic etiam in scriptoribus ss. est sollenne. vid. Deut. 25, 2. 1 Sam. 20, 31. 2 Sam. 12, 5. Eph. 2, 2. 3. cf. ad 1 Th. 5, 5. Caeterum in his mere hebraicis formulis, maxime priore ανθ. της ἁμαρτιας, qua nusquam alibi Apost. utitur, jam *veteris oraculi hebraici* vestigium aliquod non est praetermittendum.

4. cf. Dan. 11, 36. in quo quidem loco tanta est nostri similitudo, ut omnem, quae sequitur, *impietatis descriptionem* ex eo repetitam esse dubitari vix possit. Utrum vero Apostolus ipse hunc omnem Prophetae locum *ad prodigia regnum Messiae praegressura* loco nostro *primus* accommodaverit, an vero ex eodem, jam antea *aliud gentis Judaicae oraculum*, non illud quidem libris sacris comprehensum, sed inter Judaeos tamen notissimum, *conflatum hocque ipsum ab Apostolo demum ad suam rem accommodatum* fuerit, certo mihi non liquet; probabilius tamen posterius existimem, cum, quae in magna alias locorum Danielis et nostri similitudine negari non minus potest, eorundem aliqua dissimilitudo, ex hac ratione facilius intelligi et explicari posse videatur. ὁ αντικειμενος-σεβασμα sunt Danielis haec: על כל אל יתרמם ויתגדל Alexandr. ὑψωθησεται

ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα, ὥστε ~αὐτὸν: εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ ὡς. Θεὸν καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ
~αὐτὸν Θεός.

VARIAE LECTIONES.

v. 4. Pro αὐτον faciliori, ni fallor, ſenſu Grotius legi jubet αὑτον (cf. ad 1 Theſſ. 5, 13. v. lect.) pro ἑαυτον, ut ſit καθιζειν ἑαυτον εις ναον *ſe ipſum in templo collocare.* Quodſi enim καθιζειν ſenſu neutro accipiatur pro *ſedere,* quod ex vulgari lectione αὐτον fieri neceſſe eſt, tum partim αυτον prorſus redundare, partim εις τον ναον pro εν τῳ ναῳ duriſſime dictum videri, eſt confitendum. Contra καθιζειν tranſitive dictum vide 1 Cor. 6, 4. Eph. 1, 20.

θησεται και μεγαλυνθησεται επι παντα θεον. Unde ſequitur, αντικειμενος non eſſe per ſe interpretandum, quaſi eſſet hebraeum שטן, *Deique adverſarium* per ſe ſignificaret, ſed quoad ſenſum ſimiliter ad επι παντα θεον pertinere, quemadmodum ὑπεραιρομενον; cui rationi ne conſtructio quidem grammatica repugnat, cum επι accuſativo junctum, etiam *contra, adverſus,* ſaepius, maxime in N. T. ſignificet. cf. Matth. 10, 21. Marc. 3, 24. Matth. 26, 55. πας λεγομενος θεος prorſus κατα ρητον accipio: *quisquis Deus vocatur,* ſive ille ſit verus Deus Jehova, ſive aliarum gentium Dii, falſi et infirmi. Nempe loco Danielis, rex (Antiochus Epiphanes) deſcribitur, *impius* tum *in ſuae gentis Deos,* tum *in Jehovam ipſum;* (unde formula על כל אל επι ΠΑΝΤΑ θεον apud Danielem eſt explicanda;) Apoſtolus vero preſſo pede inhaeret veſtigiis oraculi, quo uti ſemel coeperat, (addita modo voce λεγομενον, vel ſine ulla emphaſi pro παντα οντα θεον h. παντα θεον cf. Matth. 1, 16. vel, quo nunc magis inclino, conſilio eo, ut *praeter Deum unum* (Jehovam) *neminem alium vere Deum eſſe* ſignificaret. cf. 1 Cor. 8, 5.) idemque ſtatim ad *rem praeſentem Chriſtianorum erroresque et vitia inter eos metuenda* utcunque accommodat. σεβασμα vel ſimpliciter eſt ſynonym. θεȣ cf. Sapient. 14 20. vel ſaltem, *quod ad cultum religioſum* pertinet, velut templa, aras, Deorum ſtatuas et ſ. p. ſignificat. Act. 17, 23. cf. Photius Ep. 162. τα της ἑλληνικης θρησκειας σεβασματα θεȣς caett. Itaque ſententiam omnem loci totius ὁ αντικειμενος - σεβασμα ſic exprimerem: *deorum omnium omnisque divini cultus ſuperbus contemtor.* ὡςε - θεος. Senſus loci idem videtur, qui apud Danie-

Θεός. οὐ μνημονεύετε, ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς, ταῦ- 5
τα ἔλεγον ὑμῖν; καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε, εἰς τὸ 6
ἀποκα-

Danielem expressus est verbis his: על אל אלים ידבר נפלאות. ita quidem, ut in phrasi utraque, ista Danielis: *nefanda s. blasphema verba loqui contra Deum summum*; et hac oraculi recentioris: *in summi Dei templo sedentem se ipsum pro Deo habere* ejusdem *summae impietatis* descriptio contineatur.

Caeterum, num propheta is, qui primus inter Judaeos hoc Danielis oraculum, paullulum immutatum, proposuit, proprie ea omnia intelligi voluerit, quasi *in ipso templo Hierosolymitano* (hic enim tum utique foret ναος θεου ut semper in N. T. Matth. 26, 6. Luc. 1, 9.) *impius ille adorari se aliquando passurus sit*; an vero tantum, *cum effraenata libidine conjunctam impietatem summam omnisque divini numinis contemtum* poetica et symbolica ratione exprimere voluerit (cf. Philipp. 3, 19. 2 Petr. 2, 10. Jud. v. 8.) nec hoc loco est quaerendum, nec facile effici potest, cum oraculi sic immutati origines prorsus lateant. Paullus vero in verbis nihil mutans, repetit oraculum tale, quale illud, in gente sua pervulgatum, acceperat; idemque mox ad eam *impietatem*, quam suo tempore gliscere jam inter Judaeos et Christianos animadverterat, accommodat. Ὁ θεος cum articulo exprimit Hebr. אל אלים opp. παντι λεγομενῳ θεῳ על כל אל. αποδεικνυντα θεος pro αποδεικτιωντα (h. πειρωμενον αποδεικνυναι) ἑαυτον θεον, l. σπουδαζοντα θεον νομιζεσθαι.

5. Jam incipit Ap. accommodare oraculum hucusque propositum, ad rem Christianorum; ita quidem, ut *inter hos etiam similem quandam impietatis vim exstituram esse maxime post suum ex hac vita discessum*, ostendat. ου μνημονευετε. Ergo de eodem oraculo jam alias coram ab Apostolo admoniti fuerant Thessalonicenses. προς ὑμας pro παρ' ὑμιν. μεθ' ὑμων. Jo. 1, 1.

6. και νυν mera particula transeundi. Lat. *Atqui*. Nos: *Und so wißt ihr ja auch, so erinnert ihr euch ja wohl.* το κατεχον, *id, quod adhuc eam* (impietatem) *cohibet, moratur, impedit quominus erumpat.* Verbum κατεχειν hoc sensu frequens inprimis Hellenistis, hebr. אחר Gen. 29, 56. אשר Gen. 42, 19. עגח Ruth 1, 13. cf. Rom. 1, 18. Luc. 4, 42. Videri vero per το κατεχον, *vitam studiaque ipsius Apostoli* intelligenda, profitebor ad v. 7. εις το αποκ.

hebraica

7 ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ. τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας· μόνον, ὁ κατέχων

hebraica Gerundii constructio pro: αλλ', ὁμως, αποκαλυφθησεται. εν τω ἑαυτȣ καιρω בעתו cf. Ps. 1, 3. Ezech. 22, 3. *aderit suo tempore* (tempore divinitus ipsi constituto. cf. Jo. 7, 30.) h. *prorsus impediri non poterit, quominus appareat.* (nempe inter alias, hac etiam de caussa: ut oraculo prophetae fides maneat.)

7. Quod suo jam tempore multos noverat Paullus, qui in summam vitae impietatem ipsi demersi, ad eandem Christianos quoque seducere non dubitarent; hoc ipsum erat, quod metum animo Apostoli injiciebat, ne, se ipso Christianis suis morte erepto, ista impietatis vis augeretur, sicque, quae oraculo prophetico praedicta fuerant, inter Christianos etiam eventu confirmarentur. ανομια, plane synonymum της αποστασιας v. 3. cf. interpretes Graecos, quorum alii uno eodemque loco hebr. סרה interpretantur αποστασιαν alii ανομιαν cf. ad Es. 1, 5. Alexandr. et Theodotion. το μυστηριον της ανομιας ενεργειται pro: ἡ ανομια, εν μυστηριω (h. εν κρυπτω, κρυβδην. cf. 1 Cor. 2, 7.) ενεργειται. In voce μυστηριου non est argutandum. Est simpliciter; *quicquid alias latet, arcanum.* cf. Tob. 12, 7. Sirac. 22, 22. 27, 16. 17. 21. 2 Maccab. 13, 21. 1 Cor. 15, 51. adjuncta tamen nonnunquam *magnitudinis et inauditae turpitudinis notione,* velut apud Joseph. B. I. 1, 24. τον Αντιπατρȣ βιον ουκ αν ἁμαρτοι τις ειπων κακιας μυστηριον. vid. Casaubon. Exercitt. Antibaron. 16. §. 43. ενεργεισθαι perpetuo apud Paullum *active* dicitur, *agere, operari.* cf. Rom. 7, 5. 2 Cor. 1, 6. 4, 12. Eph. 3, 20. Col. 1, 29. 1 Th. 2, 13. μονον-γενηται και τοτε sunt arcte invicem jungenda, (durissime μονον ad μυστηριον ενεργειται refertur a Kypkio, quem vide.) sicque constituenda: μονον ἑως εκ μεσȣ γενηται ὁ αρτι κατεχων, και τοτε *modo e vita discesserit is, qui adhuc detinet impietatem: tum nihil amplius erit, quo ejus vis porro coerceatur.* ὁ κατεχων. Ad genus mascul. attendendum, neque ideo universe *rem* aut *eventum quemlibet,* sed *virum quendam,* quisquis tandem ille fuerit, esse intelligendum, concedent omnes. Jam vero virum tantae, ex ipsius Apostoli sententia, et virtutis et apud Christianos auctoritatis, ut ejus vita atque studiis vim impietatis inter Christianos jam tum erumpere minantis cohiberi aliquo modo posse Paullus ipse arbitraretur, neminem fateor me

ἔχων ἄρτι, ἕως ἐκ μέσου γένηται, καὶ τότε ἀποκα- 8
λυφθή-

me reperire posse, nisi *Apostolum ipsum*, quem partim omnino vehementiore quodam suae gravitatis, Christianisque suis praestandae utilitatis, sensu perfusum, partim imprimis, ne post obitum suum impii et flagitiosi homines ecclesias Christianorum magis perturbarent et ad deserendam religionem sollicitarent, magnopere veritum fuisse, ut ex pluribus epistolarum locis, sic maxime ex Philipp. 1, 23-25. et Act. 20, 28-30. luculenter apparet. Quod vero Apostolus ita de se scripsit, ut ex verborum contextu non *ipse*, sed *alius quis* intelligendus videri posset, (ὁ κατεχων-γενηται pro αυτος εγω-ἑως εκ μ. γενωμαι) ejus rei rationes ut plures esse potuerunt, ita una gravissima in insigni quodam pudore, cui solet indulgere Paullus, quotiescunque de se suisque in Christianos meritis loqui cogitur, fuisse videtur. cf. 2 Cor. 12, 2 sqq. et 2 Tim. 3, 14. Accedit, Thessalonicenses rem eandem jam alio tempore copiosius et expressius edoctos (v. 5.) h. l. brevi tantum et subobscura ejusdem rei significatione opus habuisse videri. αρτι ad κατεχων ref. quod etiam interpunctione indicavi, *qui adhuc cohibet.* εκ μεσου γινεσθαι i. q. αιρεσθαι εκ μεσου e *medio tolli*, proprium voc. de *morte hominis* Es. 57, 2. (cf. lat. *e medio excessit* Terent. Phorm. 5, 8, 74. 9, 40.) inprimis de *morte violenta*, quam quidem Paullum quovis die ab adversariorum crudelitate metuere debuisse atque vere metuisse ex pluribus epistolarum locis abunde constat. cf. 1 Cor. 15, 31.

8. και τοτε h. ex interpretatione nostra i. q. μετα την αφιξιν μου Act. 20, 29. ὁ ανομος idem, qui supra ὁ ανθρωπος της ἁμαρτ. et s. p. dicebatur. cf. ad v. 7. Nempe versatur nunc Ap. in accommodando antiquo oraculo ad rem Christianorum. Caeterum, utrum apostolus sibi persuaserit, *fore unum certum quendam* inprimis impium hominem, eumque Christianorum pietati et virtuti insidiantem; an vero, ut Joannes 1 Ep. 2, 18. coll. 4, 3. et 2 Ep. 7. αντιχριστου voce utitur, κοινὸν collective de *hominum, impietate invicem similium, genere* intelligi voluerit; ex verbis ipsis vix effici poterit; cum prior tamen ratio, quantum quidem ex historiae monumentis constat, eventu confirmata non sit, rationem posteriorem, maxime, cum usui loquendi, locis Joanneis comparandis satis firmato, haud dubie

λυφθήσεται ὁ ἄνομος· ὃν ὁ Κύριος † ἀναλώσει τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ

† Ἰησοῦς

VARIAE LECTIONES.

v. 8. Post κυριος addunt ιησους A. D. a prim. man. F. G. 17. 31. 47. *Syr.* utraque *Erpen.* *Copt.* *Aeth.* *Vulg.* *Orig.* *Constit.* *Apost.* *Athan.* *Hippol.* *Cyrill.* uterque. *Basil.* *Chrys.* *Theodor.* *Damasc.* *Ephrem.* *Iren.* *Tert.* *Hier.* *Fulg.* *Hilar.* *Ambros.* *August.* *Rufin.* *Ambrosiast.* prob. *Griesbach.*

dubie conveniat, utique praefero. αποκαλυφθησεται *prodet se, nihil amplius veritus, ingenio, quali utatur, declarabit.*

Qui sequitur de poenis divinis, quas ὁ ανομος experietur, locus iterum verbotenus ex eodem, quod inter Judaeos circumferebatur, oraculo expressus videtur. Saltem orationem rursus ad paullo sublimiorem et poeticam rationem assurgere negari non potest. ὀν pro αλλ' αυτον ex perpetuo Apostoli more periodos nectendi pronomine relat. αναλισκειν *penitus perdere* i. q. mox καταργειν. Interpretes graeci sic exprimunt אסף Proverb. 23, 28. כלה Gen. 41, 30. τῳ πνευματι τȣ ςομ. α. ברוח פיו Ps. 33, 6. l. ברוח שפתיו Es. 11, 4. symbolica iterum s. poetica descriptio *potentiae divinae,* quae vel *verbo* (quae notio proprie inest loco Psalmi, quo דבר יהוה et רוח פיו sunt synonyma) vel *solo* tanquam *afflatu* (*quojus tu legiones difflavisti spiritu ceu ventus folia.* Plaut. Mil. glor. 1, 1. 16.) morti et perniciei dare homines valet. cf. Sapient. 11, 20. similiaque loca e Rabbinis collecta ap. Wetstenium. επιφανεια της παρȣσιας h. παρȣσια επιφανης. *adventus Messiae splendore et majestate insignis.* Similiter Graeci επιφανειαν de *majestate divina* dicunt. Dionys. Hal. A. l. 2, 68. Vesta την επιφανειαν επεδειξατο ταις αδικως εγκληθεισαις παρθενοις. cf. etiam hebr. נוראות 2 Sam. 7, 23. quod interpres graec. επιφανειαν transtulit, similiterque 2 Maccab. 14, 15. 15, 27. Caeterum utriusque formulae, τῃ επιφ. της παρȣσιας (syn. της δοξης τȣ προσωπȣ) et superioris τῳ πνευματι τȣ ςοματος αυτȣ, sensus videtur idem esse, nostro idiomate sic forte exprimendus: *Wegtilgen wird er ihn durch den Hauch seines Mundes, wird ihn vernichten durch die Majestät seiner Erscheinung.* Sensus certe elegantia admodum arridet. cf. Ps. 139, 7. Es. 11, 4.

9.

νίᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ. Οὗ ἐστιν ἡ παρουσία, 9
κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ ἐν πάσῃ δυνάμει καὶ ση-
μείοις

9. οὗ — ἡ παρȣσια pro: ἐςι δὲ ἡ παρȣσια αὐτȣ. οὗ ad τον ανομον v. 8. non ad proximum αυτȣ est referendum. εν παση δυν. et εν παση απατη v. 10. invicem respondent, illud ad *vim*, quae in miraculis ostentisque patratis cernebatur, hoc ad *calliditatem* et *astutiam* in accommodanda ad hominum pravitatem doctrina referendum. σημεια (אותות) et τερατα *miracula*, *portenta*. Vtrumque voc. non anxie distinguendum. cf. Act. 2, 22. ψευδος hebr. שקר vel שוא ex utraque ratione non tam *mendacium*, quam vel omnino *vanitatem* (ut sint τερατα ψευδȣς *miracula falsa* Ezech. 13, 6. Jerem. 14, 14.) vel inprimis *fraudem*, (ut sint: *miracula fraudulenta*) exprimit. τερατα ψευδȣς pro ψευδη ex hebraismo noto; cui tamen similes loquendi formulas, in qualibet lingua ex vetustiore ejus indole superstites, etiam in scriptoribus graecis occurrere nemo negat. cf. Loesnerus ad h. l. ἡ παρȣσια αυτȣ εςι εν π. δ. *quum aderit, vim prae se feret magnam patrandis miraculis.* εςι de praesenti et futuro tempore intelligo. *jam agit, et mox apertius majoreque cum vi aget.* Exstitisse vero etiam Apostoli tempore inter Judaeos et Ethnicos homines ejusmodi, qui vel fanatico furore correpti, vel lucri studio incitati falsis (saltem non divinis) miraculis adstupentem populum a doctrina Apostoli avertere studerent, exemplum Elymae praestigiatoris Act. 13. commemoratum luculenter confirmat. Simile etiam magicarum artium studium ipsi de se profitentur Judaei saepius. Sanhedrin fol. 17, 1. *nemo inter assessores synedrii collocatur, nisi* בעלי כשפים *magiae callentes.* Loca plura vid. apud Eisenmengerum I, p. 150. 51. De *Essenis* vero, etsi inter hos quoque fuerunt, qui miracula patrare posse sibi videbantur, cogitari hoc loco non posse, ex *summae impietatis* descriptione supra proposita satis apparet; hanc enim impietatem in Essenos nullo modo cadere inter omnes constat. κατ' ενεργειαν (δυναμιν cf. Eph. 3, 7.) τȣ Σατανα ad utrumque, tum *illud* εν π. δυναμει κ. σ. κ. τ. ψ. tum *hoc* εν παση απατη τ. α. est referendum. *miracula patrabit hominesque callide seducet vi Satanae.* De voce Σατανα pro κακοδαιμονος vid. ad 1 Ep. 2, 8. ubi etiam Daemonibus improbis maxi-

meque

10 μείοις καὶ τέρασι ψεύδους καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις· ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς

meque principi eorum Satanae, quicquid homines impii ad impediendam et evertendam religionem Christi facere solebant, inprimis, si singularia et quodammodo inaudita illa facinora essent, tribui ab Apostolo solere, monuimus. Neque tamen ex hoc additamento κατ' ενεργ. Σατ. de miraculis ipsis istorum hominum, vera fuerint an spuria, judicium accurate ferri potest; cum *merae* etiam, quas nos habemus et dicimus, *praestigiatorum artes*, maxime si eo consilio et ea vi excogitentur et suscipiantur, ut religioni noxa inferatur, ad Satanam ab Apostolo soleant referri. Ex altera parte vero etiam hoc diffitendum non est, nihil loco nostro inesse, unde ad *ejusmodi praestigiarum sola humana arte inventarum* genus haec σημεια et τερατα Apostolum retulisse appareat. Conferatur caeterum, de simili re ante adventum Christi inter Christianos exstitura, vaticinium Matth. 24, 11. 24.

10. εν παση απατη της αδ. *impiarum fraudum vario genere*. απατη dicitur tum *doctrina ipsa* ψευδοπροφητων, tum *artes quaelibet*, *quibus eam animis hominum insinuare studebant*. απατη αδικιας pro αδικος, hoc est, ασεβης. *fraudes impiae*. Sunt enim αδικια, ανομια, ασεβεια, αποστασια, πονηρια in oratione N. T. plane synonyma. cf. Luc. 13, 27. Rom. 1, 18. 29. 2, 8. 6, 13. 2 Tim. 2, 19. simili ratione vocabula hebraea מעל, פשע, רעה, עון in pluribus V. T. locis, iisdem vocabulis graecis expressa occurrunt. vid. Tromm. εν τοις απολλυμενοις ref. ad verba: παρεστι εστι. *vim suam exserit inter improbos et perditos homines*. απολλυμενοι (cf. υιον της απωλειας v. 3) periphrasis Apostolo sollennis (1 Cor. 1, 18. 2 Cor. 2, 15. 4, 3) *hominum eorum, qui corrumpi a pseudoprophetis se patiuntur*, (των μη πιστευσαντων τη αληθεια v. 12.) ab inevitabili miseria, quae olim eos exspectat, desumta. Experientur vero miseriam hanc, pergit Apost., ανθ' ὠν - αυτες. *quia obsequi noluerunt verae et salutari doctrinae Christi*. ανθ' ὠν תחת אשר *propterea quod* Luc 1, 20. 19, 44. Act. 12, 23. cf. Deut. 28. 47. ἡ αληθεια *ipsa Apostoli doctrina*. Rom. 2, 8. Gal. 5, 7. opp. τη πλανη, απατη, ψευδει falsorum doctorum v. 10. 11. αγαπην της αληθειας δεχεσθαι i. q. την αλ. αγαπαν (*studium alicujus rei suscipere*

τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο εἰς τὸ σωθῆναι αὐτούς.
καὶ διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, 11
εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει· ἵνα κριθῶσι 12
πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκή-
σαντες ἐν τῇ ἀδικίᾳ.

Ἡμεῖς

suscipere pro: *studere, operam dare rei, cognoscendae et tenendae.*) idem quod mox πιστευειν τῃ αληθ. v. 12. cf. Proverb. 1, 29. יראת יהוה לא בחרו *timorem Dei non suscipiunt,* pro: *non timent, non reverentur Deum.* Grotius αγαπην de *beneficio*, quod est Dei in patefacienda τῃ αληθειᾳ, interpretatur. Neque hoc male, modo exemplum in N. T. exstaret, vocis αγαπη per se in ejusmodi contextu hoc sensu adhibitae. cf. tamen 1 Jo. 3, 1. εις το σωθηναι αυτους. *quo quidem studio et doctrinae meae divinae amore potuissent beati fieri.* Verbum σωζεσθαι cum derivatis *omnem felicitatem hominis Christiani*, maxime *eam, quae in regno Messiae exspectatur*, complecti saepius jam notavimus.

11. και particula transeundi h. l. pro: και γαρ posita. δια τουτο np. το μη δεξασθαι την αγαπην της αλ. πεμψει αυτοις ενεργειαν πλανης (pro: πλανην ενεργη *fraudes speciosas*) — ψευδει, h. *permittet Deus, ut speciosis gravissimisque pseudoprophetarum fraudibus decipiantur.* cf. 1 Reg. 22. 22. 23. ψευδος שקר *doctrina spuria spuriis miraculis confirmata.*

12. ἱνα est εκβατικον, *ita fiet ut.* κρινειν hebr. שפט, verbum μεσον pro diverso contextu partim est: *jus vindicare viro bono praemiaque addicere.* Ps. 72, 4. partim: *poenis et suppliciis improbum adficere.* Ezech. 38, 22. Posterior ratio est huius loci pro κατακρινειν. De vocibus αληθειας et αδικιας invicem oppositis vid. ad v. 10. ευδοκειν εν - חפץ cum ב i. q. αγαπᾳν Es. 62, 4. Mal. 2, 17. Similes poenarum divinarum comminationes adversus eos, qui Jesu et Apostolorum divinam miraculisque veris et indubitatis confirmatam doctrinam contemnerent, propositas vid. Jo. 9, 41. 12, 48. Hebr. 6, 4-6. cf. etiam locum V. T. sententiis nostro quodammodo similem Proverb. 1, 29-32.

13 Ἡμεῖς δὲ ὀφείλομεν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ Κυρίου, ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν ἐν ἁγιασμῷ

13. *Vos vero, o mei carissimi, non esse ex numero istorum infelicissimorum hominum; hoc est, de quo mihi ipsi gratulandum deoque gratias agendas esse sentio.* cf. ad 1, 3. ἡμεις iterum ut per omnem ep. ad Apostolum tantum refer. αδελφοι-κυριε cf. ad 1 Thess. 1, 4. Inest formulae notio summae Christianorum et *dignitatis* et *felicitatis*. κυριος h. l. *Christus*, non θεος, qui eodem versu a κυριω bis expresse distinguitur. cf. v. 14. 16. ειλετο ὑμας-εις σωτηριαν. Formula loquendi a Judaeis, qui (ex ipsa etiam ss. litt. auctoritate cf. Deut 26, 17. 18. alibi) *suam prae aliis gentibus dignitatem* sic exprimere solebant, ad Christianos eorumque felicitatem translata, pro more Apostoli alias notato cf. ad 1 Ep. 1, 1. 4. αἱρεισθαι i. q. alias εκλεγεσθαι hebr. האמיר vel בחר vid. Deut. 26, 18. σωτηρια ישועה i. q. ευδαιμονια vid. ad. v. 10. απ' αρχης respondet vocibus hebr. vel מעולם s. מקדם: tum ad *aeterna Dei consilia* in adducendis ad religionem Christi Thessalonicensibus est referendum; vel בראשנה 2 Sam. 7, 10. Zach. 12, 7. tum tota formula ειλετο ὑμ. απ' αρχης sic vertenda: *Estis vos inter primos, quos Deus per Christum felices reddere voluit,* cf. Eph. 1, 12. *daß er euch so bald, so gleich Anfangs zum Antheil an seinen Seligkeiten gebracht hat.* σωτηρια vid. ad v. 11. εν ἁγιασμω πνευματος possent ad ειλετο ὑμας referri, et posita videri pro ἡγιασμενες ὑμας εν πνευματι cf. 1 Cor. 1, 2. Act. 20, 32. 26, 18. tum ἁγιαζεσθαι sensu idem foret, quod αἱρεισθαι, et ad *dignitatem illam insignem*, quae, ut olim Judaeis prae caeteris gentibus, sic nunc Christianis (quia sunt, ut Judaei, קדשי יהוה l. חסידי) contigit, esset referendum; πνευμα vero de *spiritu divino*, cui Christiani, quicquid felicitatis et dignitatis ex Christi religione vel jam percipiant vel olim exspectent, acceptum referunt (vid. ad Gal. Exc. 5.) interpretandum. Potest vero etiam, junctis invicem εις σωτηριαν εν αγιασμω πν. κ. π. αληθειας, (*felicitas, quae cernitur ἁγιασμω* et πιστει,) αγιασμος ut 1 Thess. 4, 3. de *ipso virtutis studio* per eundem spiritum divinum in Christianis effecto et excitato (*Geistes-Besserung*) intelligi; quod ipsum, quia sequentibus εν πιστει

σμῷ πνεύματος καὶ πίστει ἀληθείας. εἰς ὃ ἐκάλεσεν 14
ὑμᾶς διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἡμῶν, εἰς περιποίησιν δόξης
τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἄρα οὖν, ἀδελ- 15
φοὶ, στήκετε, καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδι-
δάχθητε, εἴτε διὰ λόγου εἴτε δι᾽ ἐπιστολῆς ἡμῶν.
αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ὁ Θεὸς 16

F 2 καὶ

πιϛει αληθειας melius respondere videtur, itemque propter v. 14. coll. cum 1 Th. 4, 7. praefero. αληθεια אמת *vera religio* ab Ap. *tradita.* Ps. 86, 11. 1 Tim. 2, 4. Tit. 1, 1. πιϛις αληθειας pro πιϛις εις αληθειαν. Philipp. 1, 27. *obsequium verae de Jesu C. doctrinae praestitum* cf. ad Gal, Exc. 6.

14. εις ὁ ad proxime superiora αγιασμον πνευματος et πιϛιν αληθειας unice videtur referendum. cf. 1 Th. 4, 7. 1 Petr. 1, 15. *ad hanc enim virtutem hocque obsequium Christi doctrinae praestandum provocavit vos Deus mea institutione et doctrina.* ευαγγελιον *ipsa institutio Apostoli.* Rom. 2, 16. 1 Th. 1, 5. εις περιποιησιν δοξης pro: εις το περιποιεισθαι (h. κτασθαι hebr. עשה Prov. 6, 32. cf. 1 Th. 5, 9.) δοξαν, h. ευδαιμονιαν. δοξαν enim, hebr. כבוד, esse mere synonymum της σωτηριας a *dignitate et majestate regia, in cujus societatem in regno Messiae adducendi olim sunt Christiani*, repetitum, constat.

15. ϛηκετε *constantes estote* Gal. 5, 1. 1 Cor. 16, 13. Philipp. 4, 1. παραδοσεις *praecepta, institutio, doctrina* 3, 6. Matth. 15, 2 1 Cor. 11, 2. κρατειν i. q. κατεχειν *obsequium praestare praeceptis* cf. 1 Cor. 11, 2. Marc. 7, 8. ειτε ημων *sive coram, sive per litteras vobis tradita doctrina mea.* δι επιϛολης. Ex numero singulari pro *una certa quadam epistola,* ad quam Ap. h. l. respiciat, nihil sequitur; complectitur επιϛολη *litteras omnes Thessalonicensibus scriptas*, ut λογος *institutionem omnem Christianis coram, cum viveret inter eos, traditam.* cf. ad 2, 2.

16. ημων hoc. v. ad *Paullum et Christianos omnes* potest referri. και ante ὁ πατηρ *idemque* vertendum. *Deus qui idem est pater noster.* Sic constanter Paullus. Eph. 1, 3. 4. 6. 5, 20. saepissime alibi. ὁ αγαπησας ημας και δυς invicem

καὶ πατὴρ ἡμῶν ὁ ἀγαπήσας ἡμᾶς καὶ δοὺς παρά-
17 κλησιν αἰωνίαν καὶ ἐλπίδα ἀγαθὴν ἐν χάριτι, πα-
ρακαλέσαι ὑμῶν τὰς καρδίας καὶ στηρίξαι = ὑμᾶς: ἐν
παντὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀγαθῷ.

Τὸ

VARIAE LECTIONES.

v. 17. ὑμας omitt. A. D. a pr. m. E. F. G. 17. 31. 37. 47. *Syr.* utr. *Vulg. Chrysost. Pelag. Ambrosiast.* prob. *Bengel.* probabile judicante *Griesbach.*

cem jungo: *qui pro suo in nos favore* (cf. Rom. 5, 8. 8, 37. Eph. 2, 4.) *aeterna solamina, summaeque, gratis olim consequendae, felicitatis spem in animis nostris excitat et confirmat.* Sic in vocibus παρακλησις et ελπις propria solatii et spei significatio manere quodammodo potest; est tamen utraque vox in oratione N. T. fere synonyma της σωτηριας vel ευδαιμονιας, nempe, *quia omnis spes omneque solamen Christianorum,* quo inter mala, quibuscum in his terris, Apostoli inprimis tempore, ipsis luctandum erat, animum erigere solebant, *in hac una felicitate futura* defigebatur. cf. de voce παρακλησεως Luc. 2, 25. 6, 24. (similiterque verbum ipsum παρακαλεισθαι pro *felicitate frui* dicitur Luc. 16, 25.) et de voc. ελπιδος ad Gal. 5, 5 ελπις αγαθη *felicitas magna, spe et desiderio hominum non indigna.* εν χαριτι sive ad ελπιδα sive omnino ad δους referatur, sensus manet idem: *nullo merito nostro.*

17. *Consoletur vos in calamitatibus vestris, faciatque, ut quovis modo, tum bona institutione accipienda tum aliis beneficiis divinis experiendis animus vester in religione firmetur.* παρακαλεσαι καρδιας cf. 2 Cor. 1, 4. 7, 6. Eph. 6, 22. αγαθῳ ad λογον et εργον simul, et hoc ipsum λογον κ. εργον non ad *Christianos* sed ad *Deum,* ενεργουντα παν αγαθον in hominibus, refero. εν παντι λογῳ pro δια παντος λογου. λογος αγαθος i. q. αληθεια v. 10. opp. τῃ πλανῃ, τῃ απατῃ της αδικιας. Similiter εργον αγαθον, *quicquid vere vim habet ad animos Christianorum erigendos et confirmandos,* εργον πιστεως εν δυναμει 1, 11. oppositum σημειοις και τερασι ψευδους κατ' ενεργειαν του Σατανα. v. 9. Ita quidem nunc locum interpretandum esse censeo: cf. Rom. 15, 18. ὧ κατειργασατο χριστος δι' εμου ΛΟΓΩΙ και ΕΡΓΩΙ add. 1 Cor. 2, 4. Vulgaris ratio, quam et ipse olim sequebar, εν π. λογῳ κ. εργῳ αγ. pro εις παντα λογον κ. εργον

Τὸ λοιπὸν, προσεύχεσθε, ἀδελφοὶ, περὶ ἡμῶν, CAP.
ἵνα ὁ λόγος τοῦ Κυρίου τρέχῃ καὶ δοξάζηται, καθὼς III.
καὶ πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων 2
καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων· οὐ γὰρ πάντων ἡ πίστις·
πιστὸς δέ ἐστιν ὁ Κύριος, ὃς στηρίξει ὑμᾶς καὶ φυλά- 3

κ. εργον αγαθον accipit, sensu hoc: *ut quae recta sunt ea loquamini et agatis.*

III, 1. το λοιπον cf. ad 1 Th. 4, 1. προσευχεσθε περι ἡμων ἱνα -- *rogate Deum, ut mihi doctrinam Domini nostri J. C. ulterius propagandi occasionem viresque praebeat.* λογος τρεχει. ירוץ דבר יהוה Ps. 147, 15 *ab una urbe, regione, provincia in alteram cito dimanat doctrina.* 2 Tim. 2. 9. λογος δοξαζεται *approbatur, laudibus celebratur;* si est passivum δοξαζεσθαι; si medium vero, *ipsa sibi laudem parat* (*sie verherrlicht sich selbst*) nempe *vim suam exserendo in animos hominum.* προς *apud* cf. ad 2, 5.

2. ἱνα ῥυσθωμεν *ego vobiscum.* Nam ad Thessalonicenses etiam, non ad Paullum tantum, esse ῥυσθωμεν referendum docet v. 3. στηριξει ὑμας. ῥυεσθαι (media forma tantum occurrit non activa ῥυω) גאל *liberare, eripere.* Col. 1, 13. alibi. ατοποι i. q. πονηροι *homines flagitiosi.* Hesych. ατοπον, πονηρον, αισχρον. ut nostri: *unstatthaft* pro *untauglich, nichtswürdig, schlecht.* ου γαρ παντων ἡ πιστις *pauci enim sunt viri boni, quibus confidere nos tuto possimus.* μη παντων pro ολιγων ex perpetua linguarum omnium ratione. πιστιν de *fide in Christum* h. l. intelligere, durissimum videtur; cum πιστις et πιστος v. 5. invicem respondeant. Posse vero *integritatem, animi candorem,* (*Redlichkeit, Treue*) consentiente inprimis hebraeo loquendi usu in vocc. אמונה et אמת, dici πιστιν, disputatum vide ad Gal. Exc. 6. quam quidem significationem, ut contextus ratio habeatur, etiam loco nostro praefero.

3. *Etiamsi vero vel de omnium hominum fide nobis esset desperandum, Deus tamen fidem servat, eumque vos in religione constanter esse servaturum certo confido.* πιστος ὁ κυριος (sive *Deus* sive *Christus*) hebr. נאמן יהוה cf. 1 Cor. 1, 8. 9. 1 Th. 5, 24. τȣ πονηρȣ si a neutro, το πονηρον, derivetur, potest tum *calamitates,* quibus ad deserendam religionem sollicitabantur Thessalonicenses, tum

4 ξει ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. πεποίθαμεν δὲ ἐν Κυρίῳ ἐφ'
ὑμᾶς, ὅτι, ἃ παραγγέλλομεν ὑμῖν, καὶ ποιεῖτε καὶ
5 ποιήσετε· ὁ δὲ Κύριος κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρ-
δίας εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς τὴν ὑπομονὴν
τοῦ Χριστοῦ.

Παραγ-

tum etiam *ipsam in religione hac tenenda inconstantiam*, atque adeo ἀποςασιαν, indicare; si a masculino ὁ πονηρος, vel ad *Satanam*, omnis calamitatis et pravitatis, ex doctrina Apostoli, auctorem referri· cf. ad Matth. 6, 13.; vel *collective* de *quovis homine improbo*, Christianorum virtuti et felicitati insidias struente (pro πονηρων ανθρωπων l. ἑκαςε τε πονηρε) intelligi potest.

4. πεποιθαμεν — εφ' υμας ὁτι — *optime de vobis spero, vos praecepta mea et servare adhuc et servaturos in perpetuum*. Pluralis in πεποιθαμεν iterum ad Paullum tantum referendus. εν κυριῳ *Deo adjuvante*.

5. Quia summa praeceptorum Apostoli his duabus virtutibus continebatur, *partim* constantia in religione inter calamitates etiam servanda, *partim* mutuo Christianorum amore ac liberalitate, et in homines omnes caritate et benevolentia; hinc precatur Apostolus, velit Deus animos Thessalonicensium ita dirigere et flectere, ut sui erga ipsos amoris, Christique in calamitatibus perferendis constantiae exemplum intueantur, eodemque ad similium virtutum studium excitentur atque inflammentur. Sensus igitur verborum ὁ δε κυριος — — χριςε ex hac ratione sic constituendus videtur: *Non dubito, vos his praeceptionibus meis esse obsecuturos, modo intentis animis et Dei ipsius exemplum in amandis beandisque suis hominibus, et Christi exemplum in tolerandis gravissimis calamitatibus constanter respiciatis.* κατευθυνειν την καρδιαν εις τι *facere, ut quis attendat ad aliquid*. αγαπη τε θεε *benevolentia Dei erga homines* cf. 1 Jo. 4, 7. seq. similiterque ὑπομονη χριςε *ipsa Christi in calamitatibus perferendis patientia*. cf. Ebr. 12, 2. Caeterum alii locum hunc interpretantur aliter. Ex vulgari ratione sententia haec est: *Excitet Dominus noster in animis vestris amorem erga Deum, et in calamitatibus propter Christum patienter perferendis constantiam.*

6.

Παραγγέλλομεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ἐν ὀνόματι 6
τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, στέλλεσθαι ὑμᾶς
ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, καὶ
μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν, ἣν παρέλαβον παρ' ἡμῶν·

VARIAE LECTIONES.

v. 6. Pro παρελαβε, quae est lectio edd. vulgg. legunt παρελαβον D. ex emend. E. 1. 2. 4 6. 7. 9. 11. 13. 14. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 26. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 37. 38. 39. 44. 45. 46. 47. 52. 55. Ed, *Compl.* Erasm. I. *Ald. Plant. Genev. Colin. Bengel.* Vers. *Aethiop. Syr.* post. *Vulg. Basil. Chrysost. Theodoret. Damasc. Theodorus Stud. Oecum. Theophyl. Cyprian. Aug. Lucif. Pelag.* prob. *Millio, Wetsten.* ελαβοσαν D. a. pr. manu. παρελαβετε F. G. 43. Vers. *Copt. Theodoret.* alicubi *Anton. Auct. de singul. cler. Ambrosiast.* denique παρελαβοσαν A. *Basil.* alicubi. prob. *Griesbachio.* Et occurrere similis flexionis boeoticae formulas tum in N. T. Rom. 3, 13. tum apud Alex. Int. Exod. 16, 22. Jer. 26, 8. non est diffitendum; tamen eaedem mero etiam librarii vitio ex male intellecto scripturae compendio facile oriri potuisse videntur.

6. Benigniori et leniori de Thessalonicensibus judicio, quod ad captandum, ut videtur, eorum amorem et in se fiduciam, hactenus, inprimis his 5. vv., proposuerat Apostolus, subjungit tandem, quibus opus adhuc habere videbantur, cohortationes varias, maxime eam, quam Ep. priore jam pluribus locis exposuerat, c. 4, 11. 5, 14. *de fugiendis omni ratione improbis et male otiosis.* εν ονοματι τ. κυριϗ. i. q. εν τῳ κυριῳ (ut בשם יהוה i. q. ביהוה) idque hoc loco: *ex auctoritate Dom. nostri J. C.* στελλεσθαι vel στελλειν seu ὑποστελλειν (Gal. 2, 12. Hebr. 10, 38. 39.) ἑαυτον απο τινος *subtrahere se consuetudini atque adeo adspectui alterius.* Universe etiam dicitur στελλεσθαι pro *cavere sibi* 2 Cor. 8, 20 cf. Alex. interpres ad Mal. 2. 5. Hesych. στελλεσθαι, φοβεισθαι. Loca caetera vero ab interpretibus, Elsnero, Alberti, Kypkio, Loesnero ad h. l. e scriptoribus Graecis allata, quibus στελλεσθαι vel per se, vel additis particulis εις, προς, επι occurrit, sunt ex genere alio, nec quicquam ad locum nostrum illustrandum valere possunt. παντος pro ἑκαστϗ hebr. כל αταχτως περιπατειν *disciplina neglecta vivere incontinenter.* cf. ad 1 Th.

7. 8 αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, πῶς δεῖ μιμεῖσθαι ἡμᾶς· ὅτι οὐκ
ἠτακτήσαμεν ἐν ὑμῖν, οὐδὲ δωρεὰν ἄρτον ἐφάγομεν
παρά τινος, ἀλλ' ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ, νύκτα καὶ
ἡμέραν ἐργαζόμενοι, πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα
9 ὑμῶν· οὐχ ὅτι οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν, ἀλλ', ἵνα ἑαυ-
τοὺς

1 Th. 5, 14. Videntur ii potissimum indicari, *qui ad operam manuariam exercendam ignavi, circumcursitandis aliorum Christianorum aedibus, doctrinaque Apostolicae contraria apud eos profitenda tempus consumere opesque lucrari annitebantur;* quorum quidem hominum institutione verendum erat, ne a puriore Apostoli doctrina in errores et vitia Christiani seducerentur. Quod vero Apostolus ejusmodi homines non jussit *sollenni ritu excommunicari,* sed tantum *vitari, eorumque consuetudinem defugi,* ejus caussae plures esse potuerunt, nec inde cum Grotio, an omnino Presbyterium in Thessalonicensium ecclesia jam tum institutum fuerit, dubitandi locum repeterem. Potius contraria omnia satis apparent ex 1 Th. 5, 12. 25–27. cf. etiam ad 1 Th. 1, 1. *μη κατα παραδοσιν - ἡμων non secundum praecepta mea.* cf. ad 2, 15. *παραλαμβανειν* ut lat. *accipere,* pro *edoceri.* cf. 2, 15. *παρ' ἡμων a me.*

7. *γαρ* mera particula transeundi pro *και οιδατε αυτοι praeterea meo ipsius exemplo edocti scitis, quomodo vos gerere debeatis.*

8. *αταктειν* quid sit, optime ab Ap. ipso explicatum vid. v. 11. per *μηδεν εργαζεσθαι αλλα περιεργαζεσθαι in sui muneris partibus negligentem curare res alienas. αρτον φαγειν* (Hebr. אכל לחם) *παρα τινος* proverbialis locutio: *accipere ab altero, quicquid ad vitam sustentandam et commode gerendam opus fuerit.* cf. 2 Sam. 9, 10. *εργαζομενοι* Particip. ad *αρτον εφαγομεν* referendum, oppositum *τῳ: δωρεαν. κοπος και μοχθος* non sunt anxie distinguenda. Utrumque *vitae laboriosae molestias* exprimit. *εν κοπῳ και μ. ειργασαμην inter varias molestias operam meam textoriam inter vos tractavi.* cf. 1 Cor. 4, 12. Act. 20, 34. 1 Thess. 2, 9. *νυκτα κ. ἡμεραν assidue. προς το μη επιβ. τινα ὑμ.* cf. ad 1 Thess. 2, 9.

9. *non quod a vobis nutriri nefas existimassem, sed ut exemplo vobis praeirem, quod sequeremini. εχομεν εξουσιαν* np. *τȣ δωρεαν αρτον φαγειν παρ' ὑμων.* 1 Cor. 9. 6. cf. 1 Th.

τοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς. καὶ 10
γὰρ, ὅτε ἦμεν πρὸς ὑμᾶς, τοῦτο παρηγγέλλομεν
ὑμῖν, ὅτι, εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ
ἐσθιέτω. ἀκούομεν γάρ τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν 11
ἀτάκτως, μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους·
τοῖς δὲ τοιούτοις παραγγέλλομεν καὶ παρακαλοῦμεν 12

1 Th. 2, 6. ἑαυτȣς pro ἐμαυτον. τυπος *exemplum ad imitandum propositum.* 1 Cor. 10, 1 Tim. 4, 12. Phil. 3, 17.

10. ει τις θελει-εσθιετω, iterum proverbialis loquendi modus, Judaeorum etiam magistris, aeque ac scriptt. Graecis profanis non infrequens. vid. Wetstenium, Grotium et scriptores alios apud Wolfium. Sententia proverbii hoc loco hujusmodi est: *si quis munere suo fungi detrectat, eum liberalitate vestra nutrire et sustentare non opus habetis.*

11. *Et tamen* (ita γαρ post ακȣομεν accipio) *etiamsi haec constans apud vos praeceptio mea fuit, audio plures inter vos esse, qui huic doctrinae meae non obsequantur.* μηδεν εργαζομενοι *qui nihil agunt eorum, quae agere officii esset;* cui oppositum est περιεργαζομενοι. Nempe sunt περιεργια et πολυπραγμοσυνη Synonyma, propria *malae eorum hominum sedulitati, qui rerum suarum negligentissimi, res alienas curant nec rogati nec tempestive.* cf. 1 Tim. 5, 13. Esse tamen loco nostro potissimum *artes eas* intelligendas, *quibus ad utilem operam praestandam ignavi homines captare aliorum benevolentiam, eosque a doctrina Apostoli seducere et seditiosam Christi mox adventuri spem in eorum animis excitare allaborabant*, totius epistolae contextus docet. De phrasi ipsa conf. Act. 19, 19. quo loco *similes praestigiatorum artes* τα περιεργα dicuntur. Neque fortasse loco nostro περιεργαζεσθαι scripsisset Ap. nisi per το: εργαζεσθαι quod modo scripserat, in hanc παρονομασιαν deductus fuisset.

12. δια τȣ κυρ. *ex auctoritate Dom. J. C.* μετα ἡσυχιας εργ. oppositum *sedulitati ambitiosae tumultibus excitandis aptae.* τον ἑαυτων αρτον εσθιειν *sibi ipsi, sua opera, victum parare.* opp. τῳ: περιεργαζεσθαι v. 11. et δωρεαν αρτον Φαγειν v. 8. Eodem sensu *cibum alienum, alienam quadram* (Juven. 5, 2.) αλλοτριαν μαζαν, aliasque similes formulas

διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα μετὰ ἡσυχίας
13 ἐργαζόμενοι, τὸν ἑαυτῶν ἄρτον ἐσθίωσιν. ὑμεῖς δὲ,
14 ἀδελφοὶ, μὴ ἐκκακήσητε καλοποιοῦντες. εἰ δέ τις
οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν, διὰ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ-
τον σημειοῦσθε· καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ, ἵνα
ἐντρα-

formulas dici ſcriptoribus latinis et graecis, cum *vitam paraſiticam* deſcribere volunt, notarunt Grotius et Wetſten.

Verſus 13 cum ſuperioribus ita cohaerere videtur: *Etiamſi vero homines male otioſos et ignavos veſtra liberalitate frui nolo, tamen vos omnes rogo et cohortor, ut fratribus vere egenis beneficentia et liberalitate veſtra nunquam deſitis.* Sic καλοποιειν (ut αγαθοποιειν Matth. 3, 6. Luc. 6, 33.) ad *beneficia* eſt referendum: et εκκακειν καλοπ. vertendum in *beneficiis conferendis laſſum et ſegnem fieri.* cf. ad Gal. 6, 9. Poteſt tamen καλοποιειν etiam univerſe de *recte agendo* explicari, omnisque loci ſententia ita conſtitui: *Vos vero in omni virtutis ſtudio conſtantes eſtote.*

14 λογος דבר pro: εντολαι, παραγγελιαι, ipſo v. 12. propoſitae. δια της επιςολης τουτον σημειουσθε. jam ſic cum multis aliis, maxime Eraſmo et Grotio, junxit verba Bengelius, relicta interpunctione vulgari, quae δια της επιςολης ad λογον referri duriſſime jubebat. Sententia haec: *per litteras hunc hominem mihi indicate, ut ſtatuam de eo, id quod divino ſpiritu admonitus fuero.* σημειουσθαι eſt ſimpliciter *indicare* pro vulg. υποσημαινεσθαι; occurritque ſenſu eodem apud Philonem de Joſ. p. 560. A. δυσι μαρτυριαις σημειωσαμενος το μηδεν εχθος υποτυφεσθαι. Bengelii interpretationi, quam his fere verbis expreſſit: „per „hanc ipſam epiſtolam meam „(δια της pro δια ταυτης της) „notate eum notula cenſoria „h. ejus admonendi cauſſa „epiſtolam adhibete et diligenter ei inculcate„ plane deeſt uſus loquendi in verbo σημειουσθαι. μη συναναμιγνυσθε αυτω, *nullam rem cum eo habete. mit ſo einem laſſt euch nicht ein.* i. q. ςελλεσθε απ' αυτου v. 6. cf. 1 Cor. 5, 9. 11. Caeterum excludendum, ex ſententia Apoſtoli, ejusmodi hominem eſſe e Chriſtianorum ſynagogis hinc non ſequitur, cf. ad v. 6. imo contraria omnia indicare videtur verſus 15. ινα εντραπη *ut pudore tactus reſipiſcat* cf. Matth. 18, 17. Tit. 2, 8.

ἐντραπῇ· καὶ, μὴ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε, ἀλλὰ νουθετεῖτε, ὡς ἀδελφόν. αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος τῆς εἰρήνης δῴη ὑμῖν τὴν εἰρήνην διὰ παντὸς ἐν παντὶ τρόπῳ· ὁ Κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν.
Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου, ὅ ἐστι ση- 17
μεῖον ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ· οὕτω γράφω. ἡ χάρις τοῦ 18
Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς δευτέρα ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν.

VARIAE LECTIONES.

Subſcriptio epiſtolae deeſt in codd. vetuſtiſſimis. Loci, unde ſcripta eſt, varietas haec: απο ρωμης 18. ex emend. 44. 45. *Auct. Synopſ. Occumen.* απο της πισιδιας δια τυχικȣ. Verſ. *Syr.* Conf. ad ſubſcript. ep. ad Galat.

15. και *enimvero, attamen.* ὡς εχθρον ἡγεισθαι. *talem ſe gerere, qualem quis ſolet erga inimicum, ejus ſaluti non proſpicere, contra vero facere, quicquid ei damno et injuriae eſſe poſſit.* αλλα *immo vero.* νȣθετειν *admonendo corrigere.* cf. 1 Th. 5, 12. 14. Rom. 15, 14. Col. 3, 16.

16. ὁ κυριος της ειρηνης *Deus.* cf. ad 1 Th. 5, 23. Verba δῳη -- τροπῳ pro diverſa της ειρηνης interpretatione ad 1 Th. 5, 23. notata, ſententiam variam admittunt, l. illam: *omni tempore et modo concordiam mutuumque amorem inter vos ſervet,* vel hanc: *omnis generis felicitatem conſtanter vobis largiatur.* δια παντος ſc. χρονȣ. Marc. 5, 5. Luc. 24, 53. Act. 10, 2. 24, 16. Rom. 11, 10.

17. *Mea ipſius manu ſalutandi formulam litteris his aliena manu ſcriptis adſcribo, ut certi eſſe poſſitis, a me eas eſſe profectas.* Hanc eſſe loci ſententiam conſentiunt interpretes plerique; nec alia facile, niſi verbis vim inferre volueris, conſtitui poteſt, maxime ſi conferatur 1 Cor. 16, 27. Gal. 6, 11. Philem. 19. Fuerunt tamen, qui de *monogrammate*, ſ. certo litterarum nexu, quo nomen ſuum Epiſtolae ſubſcripſiſſe volunt Apoſtolum, cogitandum exiſtimarent; in his Zeltnerus, in diſputatione ſingulari *de monogrammate Paulli.* Argumentis vero ille utitur ſatis imbecillis, quae digna vix erant, ut a Wolfio ad h. l. copioſe examinarentur et confutarentur. ȣτω γραφω *en litterarum mearum, quibus ipſe in ſcribendo adſuevi, ductus, hac ſalutandi formula expreſſos.*

EXCVR-

EXCVRSVS I.

De regno Christi in N. T. formulis βασιλειας Θεου, βασιλειας των ουρανων, βασιλειας Χριστου *expresso.*

Vulgaris est, et omnibus, quantum scio, interpretibus communis ratio ea, qua formulas has βασιλεια Θεου, των ουρανων, Χριστου locis N. T. innumeris non *de regno aliquo sollenni Messiae olim inaugurando,* verum *de religione potius ipsa*, vel *ecclesia adeo Christiana,* vel etiam *de imperio spirituali et invisibili, quo ecclesiam hanc in his terris Christus tuetur*, interpretandas existimant. An jure id fiat, certisque et idoneis argumentis omnis illa ratio sit superstructa, subierunt saepius animum dubitandi rationes plures; quas quidem, cum integrae adhuc in animo haereant, per hanc occasionem expromere, quidque de singularum harum formularum usu in N. T. pro certo et indubitato statui posse nobis videatur, Viris doctis et in hoc litterarum genere exercitatis dijudicandum exponere est constitutum.

Ante omnia vero praemittendum est hoc: quod in quibusvis fere notionibus et formulis, quibus partim *ipsa Jesu doctrina, omnisque de eo cogitandi loquendique ratio,* partim *ea, quam sectatoribus suis promittit, aeterna felicitas,* expressa leguntur, accidisse scimus, ut non tam ab ipsis Apostolis inventae, quam potius, quales jam longe ante eorum tempora Judaeorum mentibus infixae haerebant, eorumque

rumque tum libris sacris tum sermone familiari pervulgatae erant, tales ab Apostolis receptae, emendatae, et, si verae essent, ad ipsos ipsorumque muneris et felicitatis olim sperandae, rationem tantum accommodatae esse videantur, idem quoque inprimis in *regni Messiae* notione constituenda attendendum videri. Hanc enim spem scimus fuisse Judaeorum, ut *regem, regnumque* exspectarent; cumque similibus formulis uterentur inter hos eosdem Judaeos, Jesus et Apostoli; vix dubium relinquitur, quin ex eodem fonte utraque loquendi ratio profecta, altera ex altera, si possit lucem mutuari, sit illustranda.

Jam vero omnis illa *regni Messiae* exspectatio, qualis quidem tempore Christi Judaeorum animos defixos tenebat, non opinione quadam temere suscepta, sed, quantum scimus, ipsis oraculis divinis Vet. T. nitebatur; tum iis, quibus jam antiquiori aetate in libris adeo Mosaicis singularis quaedam Numinis tutela ad Israelitarum rempublicam tuendam, ab hostium vi defendendam et ad semper altius majestatis fastigium evehendam promissa fuerat; tum potissimum iis, quibus, post Davidis inprimis tempora, *regem* tum virtute et majestate tum in rebus gerendis fortuna Davidi, summo illi et invicto Judaeorum regi, similem, h. *Davidem alterum* prophetae plures praedixerant. Sunt illa oracula, maxime ex genere posteriori, quae quidem ex communi saltem Judaicorum doctorum consensu de hoc invicto Judaeorum rege, Messia, explicabantur, Ps. II. XLV. CX. Es. IX. XI. XXV, 8. — XXVIII, 5. XLII, 1 sqq.

XLIX,

XLIX, 6. LII. LIII. Jer. XXIII, 5. 6. XXX. XXXI. XXXIII, 15 sqq. Ezech. XVII, 22. XXIX, 21. XXXVII, 24. LX, 1. Hos. III, 5. Mich. IV. V. Zach. III, 8. IV, 12. IX, 9. XIV, 1 sqq. Mal. III, 1. Dan. IX, 24-27. *) Ex his vero singulis, si absque cupiditate legantur, nec, quae nos de religionis Christi natura, ejusdem originibus, quosque paullatim inter homines fecerit, progressibus, partim N. T. institutione, partim ipso usu ipsaque religionis hujus historia edocti, scimus, ad istorum oraculorum sensum, non tam constituendum quam amplificandum, temere adhibeantur, vix aliud quid interpretando effici potest, nisi hoc: *regem illum futurum s. Messiam utique verum quidem Jehovae cultum, a quo toties deflexerant majores, instauraturum, animos civium ad eam tenendam confirmaturum, mores emendaturum, peccata populi expiaturum, a magna etiam gentis suae parte repudiatum multa passurum; enimvero eundem divina vi sustentatum, magno eum splendore, ac majestate vere regia atque adeo divina, populum gubernaturum, bella contra hostes ejus gesturum, a jugo alieni imperii eum liberaturum, orbisque terrarum imperium, (quo Romani tum exsultarent,) genti suae esse vindicaturum.* *Talem* igitur Messiam, et *tale* ejus regnum in his terris instaurandum *Judaei omnes* (exceptis forte Sadducaeis, qui omnino nihil sperasse videntur) etiam *sapientissimi* et *optimi quique* ut exspectarent, secundum ipsa illa divina oracula

*) Vide de his V. T. locis eorumque sensu a Judaicis scriptoribus vulgo constitui solito Schoettgenium in Hor. Hebr. Vol. II. p. 143-266.

oracula necesse erat; nec aliam spem totius populi tempore eo, quo Romani rerum in Judaea potiti fuerant, vere fuisse, locis pluribus tum N. T. inprimis Luc. 1, 68-79. 2, 11. 30-32 *) Matth. 2, 2 sqq. Jo. 6, 14. 15. 4, 25. 42. tum scriptorum aliorum, Josephi [1]), Romanorum etiam, Suetonii [2]) et Taciti [3]) firmatur; praetereaque cum hujus *regni Messiae auspiciis*, *totius* etiam *rerum humanarum conditionis*, qualis nunc in his terris est, *finem* (אחרית הימים, συντελειαν τȣ αιωνος τȣτȣ) et cum hac, *piorum e morte resurrectionem*, opinione et spe ejusdem populi

*) qui tamen locus paullo aliter, quam vulgo fieri solet est interpretandus. Verba *και δοξαν* non referenda ad εις αποκαλυψιν sed ad *Φως*, locusque sic construendus: το σωτηριον, (τον σωτηρα) ὁ ἡτοιμασας — Φως — και δοξαν λ. σ. ισρ. *vidi his meis oculis servatorem, quem tu produxisti in conspectum populorum omnium, auctorem felicitatis, gentibus venerandum, populi tui Israelitici regem.* Σωτηριον, Φως, δοξα mere synonyma ad exprimendam *majestatem* et *felicitatem* populo Israelitico, imperante Messia suo, affulsuram.

[1]) de bello Jud. l. IV, c. 5. §. 4. το δε επαραν αυτους μαλιϛα προς τον πολεμον ην χρησμος αμφιβολος - εν τοις ἱεροις εὑρημενον γραμμασιν, ὡς κατα τον καιρον εκεινον απο της χωρας τις αυτων αρξει της οικȣμενης. τȣτο οἱ μεν ὡς οικειον εξελαβον και πολλοι των σοφων επλανηθησαν περι την κρισιν.

[2]) Vita Vespasiani c. 4. *Percrebuerat Oriente toto vetus et constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore Judaea profecti rerum potirentur. Id de imperatore Romano, quantum eventu postea patuit, praedictum Judaei ad se trahentes rebellarunt.*

[3]) L V. historiarum, c. 13. *Pluribus persuasio inerat, antiquis sacerdotum libris contineri; eo ipso tempore fore, ut valesceret oriens, profectique Judaea rerum potirentur.*

populi Judaici exſpectatam fuiſſe, ex Matth. 24, 3. pluribusque Talmudicorum ſcriptorum locis efficitur vid. Exc. 1. ad Epheſios. Adde his *Achmanidem* ad Gen. 49. כי לדברי הכל באחריתי הימים ימות המשיח הם. Jam his opinionibus imbutus, hac ſpe innutritus populus Judaicus, cum de eadem re, adhibitis formulis iisdem βασιλειας των ȣρανων, β. τȣ Θεȣ, βασιλ. Χριςȣ, inſtitui a Joanne, Jeſu, Apoſtolis deprehendatur; quo tandem ſenſu, niſi de eo aliqua ratione immutato expreſſe admoneamur, omnis illa inſtitutio erit interpretanda, niſi eo, quem *de inſigni quadam futura regis triumphantis majeſtate* ex ipſis oraculis divinis depromtum toti genti Judaicae communem fuiſſe modo vidimus? viciſſim vero, nonne in qualibet alia interpretatione verendum erit, ne ex eventu magis (cum jam doctrinam Jeſu per duo fere annorum millia ſine externo quodam regni ſplendore et majeſtate propugnatam nos quidem experti fuerimus) quam ex ipſa notionum, quales tum et Apoſtolis et Judaeis omnibus inerant, temporumque iſtorum ratione, ipſorumque locorum, quibus hae formulae occurrunt, contextu profecta videatur?

Sed age, ad ipſa N.T. loca, e quibus ſolis res unice expedienda et judicanda videtur, accedamus; numque partim in *univerſa, qualis in his* libris continetur, de Jeſu Meſſia ſentiendi loquendique ratione*, partim in *certis quibusdam locis*, unde potiſſimum vulgaris interpretationis praeſidia peti ſolent, huiusmodi a Chriſto ſ. Apoſtolis immu-

immutatae της βασιλειας θεου significationis vestigia clara et indubitata prostent, jam videamus. Constituenda vero videntur, ut res, quantum fieri potest, ordine procedat, nec misceantur invicem, quae miscenda non sunt, locorum genera inprimis tria: *unum*, quo sub ipsis vitae munerisque Jesu auspiciis tum angelus nuncium de nascituro Christo Mariae adferens, tum Joannes Baptista, Messiae προδρομος, *alterum*, quo Jesus Messias ipse, *tertium*, quo post mortem Jesu, Apostoli hanc βασιλειαν χριστου cogitare et exspectare homines jubent. *) Facile enim ex sapienti Dei consilio fieri potuisse, ut per Christum ipsum, longe alia quam per Angelum natales ejus nunciantem et per Joannem, mortuoque et his terris jam erepto Jesu iterum, longe alia quam dum adhuc viveret, ab

*) Caeterum de formulis ipsis βασιλεια ΘΕΟΥ, ΤΩΝ ΟΥΡΑΝΩΝ, ΧΡΙΣΤΟΥ notetur hoc: priores duas plane esse synonymas; cum τους ουρανους (hebr. שמים graece τον ουρανον) pro *Deo ipso* (quem quidem in coelis potissimum cogitare humanum est) poni, ut in omnibus linguis, ita et sacris scriptoribus et Judaeis aliis sit sollenne. cf. Matth. 21, 25. ibique Wetsten. Debarim Rabba S. 3. fol. 255, 2. *Interrogarunt R. Jochanan Saccari: Cur tabulae primae fuerint* מעשה שמים *opus Dei, et tabulae secundae* מעשה ארם *opus hominis?* Schabbath fol. 151. 2. כל המרחם על הבריות מרחמין עליו מן השמים. *Qui misericordiam exhibet hominibus, eidem misericordia exhibebitur a Deo.* Cod. Maccoth. fol. 9, 1. *mortui* בידי שמים *et* בידי אדם. Tanchum fol. 73. 4. *Simri nullum exhibuit honorem neque* לשמים *neque* לבריות. Utrique vero formulae convenit haec: βασιλεια χριστου; np. quia *Messias* erat *is, qui, ut olim Davides, sub Dei imperio et tutela singulari rempublicam Judaicam gubernaturus esse existimaretur.*

G)

ab Apostolis de hoc Messiae regno, traderentur; ideoque has diversorum hominum temporumque orationes non invicem comparandas, sed singulas per se tractandas et interpretandas esse, vel me non monente quisque videt.

E genere *priore* exstant in libris nostris sacris loca duo: unus, Luc. 1, 32. 33. quo ipso tamen expressa pueri nascituri cum *Davide* comparatio, formulaeque θρονον Δ. δωσει αυτῳ usus, regni tantum *spiritualis* et *invisibilis* suspicionem fere necessario excludunt; alter, Matth. 3, 2. cum Joannes populo ad se confluenti ita acclamat: *ηγγικε ἡ βασιλεια των ερανων*, *quod sperastis regnum Messiae*, *prope adest*. In quo quidem loco cum vulgaris βασιλειας των ερ. *de ipsa Christi religione* interpretationis argumentum contineri existimant Viri docti, supponere videntur hoc: scivisse Joannem tum cum illa diceret, non tantum illud: *Jesum, quem Messiam noverat, post brevem in his terris vitam mortem pro hominum peccatis susceptam esse obiturum*; (quae utique vel ex ipso Es. 53. perspecta habere potuit et vere habuit Jo. 1, 29.) verum etiam hoc; *eundem Jesum Messiam in coelos, unde venerat, denuo abreptum, ex his coelis invisibili quadam vi doctrinam, quam in hac vita tradere hominibus coeperat, longo temporis spatio per omnes mundi partes discipulorum suorum aliorumque hominum ministerio propagaturum, interque homines servaturum; denique vero post multa demum annorum millia ad regnum sollenne inaugurandum esse rediturum*. Nec profecto, si haec singula, quae nos eventu edocti verissima esse intelligimus, tum iam Joanni etiam sic inno-

tuisse

tuiſſe, effici certa ratione poſſet, de interpretationis iſtius veritate quisquam amplius dubitaret. Verum, in omni prophetae hiſtoria nihil, quod illam ſententiam ulla ratione confirmaret, reperire me potuiſſe ingenue fateor. Hoc unum reperio, divinitus edoctum fuiſſe Joannem: *Jeſum*, quem noverat, quique adeo ipſius familiaritate uſus fuerat, *eſſe vere Meſſiam* h. non tantum *novae religionis doctorem*, ſed *ipſum Dei filium*, *dignitate et majeſtate ſe ipſo multo ſuperiorem;* qualis vero ille tandem inter homines prodíturus, quae fata experturus, inprimisque, quo tempore et quo modo imperium ſuum inauguraturus ſit, num aliunde, quam, cum reliqua gente Judaica, ex V. T. oraculis edoctus fuerit, ſaltem non liquet. Quae cum ita ſint, omni loco noſtro Joannes ipſe neſcio an aliud quid intelligere aut ſignificare voluiſſe videri debeat, niſi hoc: *adeſſe tempus*, *quo compariturus ſit is*, *quem aliquando* (quo tempore, qua ratione, neſciebat ipſe) *regia majeſtate orbem terrarum gubernaturum eſſe populus exſpectabat.*

Jam vero *deinde* longe alia res eſt in locis iis, (quae quidem in Evangeliis innumera ſunt) in quibus Jeſus ipſe his formulis βασιλεια Θεϩ, βασ. των ϩρανων ad muneris ſui inter homines hominumque cauſſa gerendi naturam ac dignitatem deſcribendam uti ſolebat. Omnia tamen etiam hic redeunt potiſſimum eo, ut oſtendatur, quid Jeſus, dum in his terris viveret, partim de ſua ipſius natura et vi, partim de rerum a ſe innovandarum magnitudine et perennitate ipſe divinitus intellexerit; haec

enim si plane effecta fuerint, quid vocibus ipsis *βασιλειας Θεȣ* comprehendi quovis loco voluerit, constitui multo facilius posse videbitur. Jam hoc certum est: *primum*, universe conscium sibi fuisse Jesum se esse *υιον Θεȣ* h. ipsum illum a Judaeis exspectatum Messiam, *Χριϛον*, *υιον Δαβιδ* h. *βασιλεα* promissum Jo. 1, 50. 4, 26. Luc. 22, 70. *deinde* munere doctoris et prophetae inter Judaeos per aliquod tempus gesto praevidisse: se non diu in hac vita rebus humanis interfuturum, potius mortem crudelem Judaeorum odio obiturum, post aliquot tamen dies e mortuis esse resurrecturum Matth. 16, 21. *porro* intellexisse: rebus istis omnibus in salutem humani generis peractis se in coelos, unde descenderat, reversum religionem suam discipulorum ministerio inter multas eorum calamitates, praesenti tamen auxilio et tutela sua *ad tempus aliquod* esse in terrarum orbe propagaturum Matth 28, 20. *Denique* certo scivisse: se aliquando (quo tamen tempore, num brevi an longiore post illa superiora praeterlapso, iterum nesciebat Marc. 13, 32) ad *regnum sollenni majestate inaugurandum* e coelis esse rediturum. Matth. 24, 25.

Tanta igitur cum esset rerum, quas a se gerendas esse Jesus noverat, multitudo et varietas; quaerendum jam hoc est, (si quidem formula *βασιλεια των ȣρανων* necessario de *una*, *certa quadam* harum rerum a Jesu vel peractarum vel peragendarum *parte*, nec potius *de universo adventus ejus in terras consilio totiusque muneris ejus*, quod

quod in *hominibus ad meliorem beatioremque vitam perducendis* cernitur, *ambitu, von der ganzen grossen durch Christum zu bewirkenden Weltveraenderung*, locis pluribus est interpretanda, quod certe Matth. 4, 23. 9, 35. utique fieri debere arbitror) ad quodnam forte earum rerum genus exprimendum formula hac potissimum uti Jesus ipse solitus fuerit; volueritne ea subindicari vel *regnum sollenne*, quod cum reditu ejus e coelis conjunctum, adhuc exspectamus? an *imperium invisibile*, quo in his terris perpetuo affuturum se discipulis promiserat? an denique *doctrinam ipsam* tum a se ipso in his terris traditam, tum post ejus discessum, a discipulis in omnem terrarum orbem propagandam?

Jam vero de *extremo illo*, quod adhuc instat, *sollenni et glorioso Christi regno* plurima fere Evangeliorum loca, quibus formula haec in orationibus Christi occurrit, sine ulla dubitatione esse explicanda, nemo interpretum est, qui diffiteatur. Sunt illa v. c. Matth. 5, 3. 10. 19. 20. 8, 11. 12. 13, 43. 16, 19. 28. 18, 1-4. 19, 14. 24. 20, 21. 21, 31. 23, 13. 25, 34. 26, 29. Marc. 9, 47. Luc. 19, 11. 23, 42. Act. 1, 6. innumeraque alia. Unde colligimus, cum haec significatio in his saltem locis certa sit, nisi ejusdem in locis aliis mutatae expressa vestigia adsint, etiam in illis, etsi fortasse sint obscuriora variamque interpretationem quodammodo admittere videantur, tamen eandem verborum vim tenendam, nec propter meram quandam sententiae in certo quodam contextu verisimilitudinem ac elegantiam,

tiam, quae mirifice fallere poteſt interpretem, de ulla alia re eſſe cogitandum. Quod ut ita fieri poſſe, nec, ſi omnibus iſtis locis vel *univerſa* totius Chriſti negotii notio, vel modo conſtituta *prima* formulae ſignificatio teneatur, vim inferri linguae rationibus appareat; loca inprimis ea, quibus ad ſtabiliendam interpretationem vulgarem uti interpretes ſolent, h. l. enumerabimus, atque accommodate ad *certam* illam της βασιλειας ſignificationem utramque interpretabimur; breviter tamen, tantumque vertendo, ſententiam hic expoſituri, rationes vero ejus ſuo quaslibet loco copioſius explicaturi. Itaque

Matth. 6, 33. ζητειν την βασιλειαν Θεȣ verterim ſic: *operam dare, ut dignus ſis, qui in regni olim inaugurandi ſocietatem recipiaris.* Quod, etiamſi ſine virtute ſecundum praecepta Chriſti inſtituta et confirmata neutiquam comparari poſſe, non dubitatur; tamen propterea βασιλειαν Θεȣ et *virtutem Chriſtianam* pro ſynonymis habenda eſſe, quis inferat?

— 11, 11. ουκ εγηγερται - βαπτιςȣ. ὁ δε μικροτερος εν τῃ βασιλειᾳ των ȣρανων, μειζων αυτȣ εςιν. *In his terris Joanne Propheta nemo vir fuit praeſtantior. Enimvero, vel in infimo gradu felicitatis in regno meo conſtitutis olim diſcipulis meis, dignitas et auctoritas tum continget, ipſa hac ſummi in his terris prophetae dignitate longe ſuperior.*

— ibid. 12, 15. απο των ἡμερων Ιωαννȣ ἑως αρτι ἡ βασιλεια των ȣρανων βιαζεται. — Ηλιας ὁ μελλων ερχεσθαι. *Poſtquam Joannes, propheta prodiit inter*

vos

vos, summo nunc studio nitendum, intentisque viribus opera danda est, ne excludamini olim civitate regni mei inaugurandi. Quicquid enim in V. T. de his rebus futuris nunciatum est, figitur id omne et terminatur in Joannis adventu. Hunc enim scitote esse Eliam, ab extremo V. T. propheta sub ipso vaticiniorum ejus exitu promissum. Malach. IV, 5. 6.

— 13, 11. ὑμιν δεδοται γνωναι τα μυϛηρια της βασιλειας των ȣρανων, *aperiam vobis de regno meo, quae vulgus hominum capere non potest;* nempe: *paucos eorum, qui in ejus felicitatem jus habere sibi persuadent, vere iisdem esse potituros.*

— ibid. 24. ὁμοιωθη ἡ βασιλεια των ȣρανων ανθρωπῳ σπειροντι - - *Quum olim regnum meum sollenniter inaugurabo, faciam id, quod agricola tempore messis in discernendis frugibus bonis a zizania facere solet.* Similiter locis omnibus iis, quibus βασιλεια θεȣ comparatur rebus negotiisque humanis, similitudo non est per *omnes* parabolae *partes*, singulasque ejus phrases et verba trahenda, ut v. c. hoc ipso Matthaei loco quaeras, quis sit in regno Messiae ὁ εχθρος, qui οἱ δȣλοι τȣ οικοδεσποτȣ et sic porro; sed plerumque in *una singulari quadam re*, eademque non semper initio parabolae, sed saepe in fine ejus commemorata, est ponenda. velut: cum Matth. 13, 31. 33. ἡ βασιλεια comparatur κοκκῳ σιναπεως. sensu hoc: *parvis initiis ad majora mox incrementa rem omnem Christianam esse progressuram.* cf. etiam v. 44. 45. ubi potissimum

 θησαυ-

θησαυρος et μαργαριτη res eae sunt, ad quas comparatio της βασιλ. των ερ. est referenda.

— ibid. 41. συλλεξουσιν οἱ αγγελοι εκ της βασιλειας τυ Χρισυ παντα τα σκανδαλα pro συλλεξαντες εκβαλυσι εκ της βασιλ. *impios quoslibet e regno meo excludent.* Idem sensus v. 47. sqq.

— ibid. 52. πας — μαθητευθεις εις την βασιλειαν των ερανων, *quicunque disciplinae meae se tradit eo consilio, ut regni mei felicitate et ipse potiatur, et alios ad eandem adducat.*

— 19, 12. ευνυχοι, οἱ τινες ευνυχισαν ἑαυτους δια την βασιλειας των ερανων, *qui abstinent a Venere, ut eo certius ad societatem regni Messiae venire possint.*

— 21, 43. αρθησεται αφ' ὑμων ἡ βασιλεια τυ θευ, *jus ad regnum illud coeleste vobis eripietur.*

Marc. 12, 34. ου μακραν ει απο της βασιλειας του θεου, *parum abest, quin suscipienda mea doctrina dignus sis felicitate olim in regno meo percipienda.*

Luc. 17, 20. ουκ ερχεται ἡ βασιλεια τ. θ. μετα παρατηρησεως — ιδυ γαρ ἡ β. τ. θ. εντος ὑμων εςιν. *Apparebit regnum Messiae non sic ut observari ejus adventus, progressus, exitus possit,* ου μετα παρατηρησεως, *neque sic ut dicere possis: en adest hic, adest illic; imo vero, initia regni jam nunc coepisse inter vos,* (εντος ὑμων), *scitote.* Secundum quam rationem βασιλεια v. 20. *proprie* de *regno sollenni* (cf. v. 23. 24.) v. 21. vero *universe,* de *re omni per Christum hominum caussa gesta et adhuc gerenda* est interpretanda.

18, 29. ἑνεκεν της βασιλειας τȣ θεȣ, *ut dignus aliquando reperiatur recipi in regnum Messiae;* quod, cum alia ratione, nisi *suscipienda doctrina Jesu*, fieri non possit, possunt quidem formulae, ἑνεκεν τȣ ονοματος μȣ, ἑνεκεν της αληθειας similesque aliae pro hac: βασιλειας τȣ θεȣ, substitui, inde vero, βασιλειαν *ipsam religionem* significare, nulla ratione deduci potest.

21, 31. locus sane paullo obscurior, idem tamen, si orationis propheticae indoles teneatur, facile, opinor, sic interpretandus, ut semel constituta βασιλειας τȣ θεȣ notio etiam hic maneat intacta et immutata. Nempe in prophetis, cum tempora designant, formulisque v. c. ευθυς, εν τȣτῳ τῳ καιρῳ et s. p. utuntur, non sunt hae formulae ea sensus ακριβειᾳ accipiendae et interpretandae, qua in scriptoribus historicis accipi solent; similiterque iidem prophetae, cum res tempore magnopere sejunctas, si modo aliqua argumenti similitudine cohaereant, (qualis similitudo est in eversione Hierosolym. et regno Christi sollenni) praedicunt, ita eas invicem conjungere, et uno tanquam afflatu divino mente perceptas eloqui solent, quasi eventu etiam proxime invicem sint subsecuturae. vid. ad loc. ipsum. Accedit praeterea, quod nunquam est obliviscendum, ipsa hujus regni initia Jesum ipsum in his terris viventem plane ignoravisse.

Denique Jo. 18, 36. verba: ἡ βασιλεια ἡ εμη ȣκ εκ τȣ κοσμȣ τȣτȣ εςι. — non video quid aliud significare possint, nisi hoc, quod ex tot Jesu oraculis, universaque

vitae et doctrinae ejus ratione per se intelligitur. (cf. Jo. 8, 32. Matth. 10, 16 sqq. Luc. 22, 25.) *regnum Christi non tale futurum esse, quale regum humanorum esse solet*, h. e. inprimis, *non potestate humana, non vi exercituum humanorum esse instaurandum.* Nempe hoc unum erat, quod procuratori Romano significandum videbatur; ut metu, ne per Jesum Romani imperii auctoritati quicquam decederet, liberaretur; quale vero illud regnum, cujus *βασιλεα* se esse Jesus non negabat, futurum sit; numque formula hac *ἡ βασιλεια ἡ εμη* tantum *novam quandam religionem hominibus tradendam*, an vero *sollenne aliquod regnum post mutatam totius orbis terrarum faciem, in coelis terrave nova olim inaugurandum* Jesus intellexerit et intelligi voluerit; in neutram partem ex hoc saltem loco quicquam effici posse, arbitror. Certe, quod ad vindicandam *τω, βασιλεια τ. Θεȣ verae religionis* significationem ad verba v. 37. *εις τȣτο γεγεννημαι, ἱνα μαρτυρησω τῃ αληθεια*, provocant interpretes, perperam profecto id faciunt: cum totus versus 37 nil contineat, nisi contestationem hanc: *verum se dixisse*, cum regem se esse profiteretur Jesus. *Mein Character ists und meine ganze Bestimmung, wahr zu seyn in allem was ich rede. Drum kannst du dich drauf verlassen: ich bin ein König.*

Restat jam *tertio*, ut, quo sensu post Jesu mortem Apostoli voce *της βασιλειας τȣ χριςȣ* uti soliti fuerint, videamus. Nempe in eo nihil esset, quod admodum miraremur; si Apostoli, qui Jesum morte ipsis ereptum paullo

post

post denuo revixisse, in coelos abiisse, ibique tum ipsorum, tum omnis doctrinae suae curam agere certo sibi persuadebant, *hoc ipsum invisibile Christi imperium*, quo suos defendebat, suamque religionem in dies magis magisque amplificabat et propagabat, voce βασιλειας τȣ χριςȣ expressissent; (etsi etiam tum non tam *religio ipsa*, quam *auctoris et conditoris ejus, qua nunc in coelis fruitur, majestas* ita dicta fuisset;) quin adeo, fieri etiam illud potuisse, non est diffitendum, ut omnem, quam hactenus animo conceperant, regni coelestis spem, vanam esse, quaeque in V. T. et orationibus Jesu C. de tali regno exposita fuissent, in iis omnibus tantum *tropicam religionis descriptionem* contineri forte edocerentur; quae si ita essent, tum utique formulam βασιλειας χριςȣ etiam ad *ipsam hanc religionem* significandam transferri potuisse, nemo dubitaret. Enimvero utriusque usus loquendi non tantum nullum vestigium, quod quidem evidens et certum esset, reperire potuimus, verum etiam contraria omnia vel inde apparent, quod, ut in Evangeliis (vid. supra p. 102 seqq.) similiter in scriptis Apostolorum, locis pluribus formulam βασιλειας χριςȣ *de ipso illo sollenni Messiae regno* adhibitam occurrere dubitari non potest (cf. 1 Cor. 6, 9. 10. 15, 50. 2 Tim. 4, 18. Jacob. 2, 5. 2 Petr. 1, 11.); caetera vero loca, quae pro vulgari sententia afferri solent, utramque saltem interpretationem admittere, concedi debet. Est quidem locus 1 Cor. 15, 24. ὁταν παραδῳ την βασιλειαν τῳ Θεῳ και πατρι· δει γαρ αυτον βασιλευειν, αχρις ȣ̃ - - quo (non quidem *de religione ipsa*, sed tamen) de *invisi-*

invisibili Christi in suos imperio βασιλεια dici ab Apostolo videri potest, ac plerisque interpretibus ita videtur; verum locus omnis est, ex communi interpretum sententia, aliquanto obscurior, quam ut, cum unus sit, ad vindicandum usum loquendi alias plane inusitatum adhiberi sine cupiditate queat. *Posse* vero eundem, salvis saltem linguae rationibus etiam sic explicari, ut ἡ βασιλεια de *ipso illo sollenni Messiae regno* intelligatur, sciunt omnes, docebiturque copiosius ad loc. ipsum. Jam vero ab hoc uno ambiguo loco si discesseris, in reliquis, ad quae provocari solet, omnibus nulla plane vis inest v. c. Rom 14, 17. 1 Cor. 4, 20. quae ita potius sunt interpretanda: *ut civitatis in regno Dei olim participes fiamus, nihil confert ciborum delectus*, similiterque Coloss. 4, 11. συνεργοι εις την βασιλειαν τȣ Θεȣ *socii in adducendis olim ad regnum Dei* (per religionem Christi) *hominibus*.

Quodsi igitur, id quod jam effecisse nobis videmur, significatio ea της βασιλειας των ȣρανων, qua *ipsa religio* vel adeo *ecclesia Christiana*, et ea quidem *sejuncta a regno isto sollenni*, (cui tamen, olim feliciter inaugurando cum partim *religionem ipsam* partim *ecclesiam hominum qui eam profitentur*, inservire debuisse negari non potest, hinc etiam utriusque hujus significationis notionem formula ipsa βασιλ. τ. ȣρ. certis quibusdam locis non prorsus excludendam esse, lubens concedo), ita dicta esse existimatur, nec opinionibus iis conveniat, quas Christi et Apostolorum tempore Judaei omnes, quin Jesus ipse et Apostolo-

Apostoli, de regno Messiae conceperant; nec in locis adeo N. T. iis, ad quae in istius interpretationis gratiam provocari solet, certa et invicta argumenta contineantur; undenam tandem in interpretationem tam parum probabilem communi adeo consensu interpretum ingenia deduci potuerint, jure quaeri potest. Est vero res explicatu non admodum difficilis. Fuit omni tempore communis interpretibus plerisque explicandarum litterarum sacrarum ratio haec: ut orationes Christi et Apostolorum *ex eventu* inprimis, comparandis fatis et vicissitudinibus iis, quas religionem Christianam hucusque expertam fuisse constabat, interpretarentur; qua quidem ratione semel probata, cum regnum sollenne Messiae nondum exstitisse res ipsa doceret, loca vero ea, quibus ΕΓΓΥΣ ἐλευσεσϑαι ἡ βασιλεια τε ϑεε, *prope affuturum hoc regnum* promissum fuerat, cum hoc eventu quodammodo concilianda esse existimarentur, necesse utique erat, ut de alia vocabulorum significatione cogitare, partimque *religionem*, partim adeo *ecclesiam Christianam* intelligere paullatim inciperent. Neque vero est diffitendum, posse loca N. T. plura, etiam ex iis, quae supra attulimus, sensu satis commodo sic explicari, ut per *βασιλειαν ipsa religio* intelligatur, velut Matth. 6, 33. 19, 52. Luc. 18, 29. Marc. 12, 34; nempe, quia in *religione nova tradenda* magna pars muneris Messiae cernebatur, nec alia ratione nisi *suscipienda* et *profitenda hac religione* aditus ad regnum ipsum sollenne ulli homini aperiri potest; verum, quod certo cuidam contextui certus aliquis vocabula transferendi et explicandi modus non repu-

repugnat, maxime, si sunt amplioris latiusque patentis loquendi usus, (velut, *respublica* apud Romanos. cf. Ernesti Clav. Cic. h. v.) inde ad eandem significationem iisdem vocabulis omnino vindicandam et confirmandam nihil effici posse, quisque artis interpretandi peritus non ignorat.

Caeterum neque hoc praetermittendum est: argumentum praeterea aliud, quo ad confirmandam sententiam vulgarem, *Schoettgenium* inprimis et *Wetstenium* usos esse vidimus, contineri usu loquendi Rabbinico in vocibus מלכות שמים, quas quidem similiter de *religione* dici solere sibi persuadent. Loca plura in hanc sententiam collecta reperies apud *Schoettgen.* in Dissert. *de regno Coelorum* horarum hebr. Volumini I. annexa; et *Wetsten.* ad Matth. 21, 25. quorum praecipua haec sunt: Bammidbar Rabba sect. 2, fol. 184. 1. „Jacobus cum vocasset filios, iis benedixisset, iis„que de viis Domini praecepisset, וקבלו עליהם מלכות „שמים *susceperunt in se regnum coelorum.*„ Schemoth Rabba sect. 42. fol. 136, 4. „Israelitae ad montem Sinai stan„tes קבלו עליהם מלכות של הק״בה *susceperunt in se re„gnum Dei.*„ Sohar. Genes. fol. 103. col. 409. „Si quis „cubitum se conferat מלכותא מבעי ליה לאמלכת עליה „דשמיא is primum omnium in *se suscipere debet regnum „coelorum*, deinde preces recitet.„ Debarim Rabba sect. 2. fol. 252, 4. „Si quis Krischma inter ambulandum orat, ne„cesse est, ut is *regnum coelorum* standō *suscipiat* ואי זהו „מלכות שמים. Quidnam vero indigitatur per regnum „coelo-

„coelorum? Resp. verba illa: Dominus Deus noster „Jehova est.„

Jam vero loca haec similiaque omnia, quomodo ad illustrandam formulam N. T. βασιλ. των ȣρανων adhiberi potuerint, est magnopere mirandum, cum uterque loquendi usus sit e genere prorsus diverso: hic Novi Testamenti, *opinionibus* nitatur *de regno per Messiam instaurando, quod Judaei omnes eo tempore exspectabant;* ille vero doctorum Judaicorum, tantum *persuasione hac; Judaeos prae caeteris gentibus aliis populum inprimis eum esse, qui singulari numine et cura divina regatur ac gubernetur.* Unde *regnum coelorum suscipere* locis istis omnibus nihil aliud est, nisi: *profiteri, Deum esse regem inprimis tutelarem Judaeorum.* Esse enim hanc formulae totius sententiam unam certamque, locus inprimis is, quem ultimum supra adscripsimus, nisi magnopere fallimur, expresse indicat. Neque vero etiam *ipsam religionem Judaicam*, quod tamen volunt *Wetsten.* et *Schoettgen.* ea formula significari, luculenter apparet ex locis aliis superiorum simillimis bene multis v. c. Siphrae fol. 170, 2. הן קבלתם מלכותי קבלו גזורתי „Si *regnum meum* recepistis, recipite etiam *praecepta mea.*„ et Siphra fol. 194, 4. Quicunque in se recipit עול מצות יהוה „*jugum praeceptorum Jehovae,* is in se recipit *jugum regni* „*coelorum.* Quo utroque loco non מלכות שמים sed גזורות et מצוות *religionem Judaicam ipsam* significare quisque videt.

Sed vereor, ne jam diu molesta fuerit lectoribus multis, haec omnis disputatio nostra. Expromere tamen voluimus,

luimus, quae dicenda, de hac re in promtu habebamus, non tam, ut commendaretur aliis haec ratio nostra, quam potius, ut illustrandae magis ab aliis certiusque confirmandae rationi vulgari, occasio locusque a nobis suppeditaretur.

EXCVRSVS II.

Interpretatio loci 2 Thess. 2, 1 sqq. supra proposita illustratur, aliorumque interpretum rationes breviter enumerantur et dijudicantur.

Caussa difficultatum, in quas, tam graves, optimisque interpretibus inextricabiles visas, omnis loci hujus interpretatio impedita fuit, iterum in *hoc uno* contineri videtur: quod locum Apostoli cum rerum in ecclesia Christiana gestarum eventu comparare, atque ex hoc illum vel plane interpretari, vel saltem quodammodo illustrare interpretes voluerunt. Cum enim post elapsa fere duo annorum millia sollennem Messiae adventum nondum apparuisse intelligerent, et tamen post *αποςασιαν*, cujus initia secundum vers. 7. jam tempore Apostoli clam jacta essent, appariturum eum esse Apostolus docuisse videretur; ut interpretes alii de *αποςασια* cogitare coeperunt, quae *adhuc quodammodo durare* dici posset; alii vero, improbabile illud judicantes, ne errasse tamen Apostolus videretur, omnino non de *adventu Christi extremo*, verum potius *de Hierosolymorum eversione* locum omnem interpretandum esse existimarunt. Utrumque hunc difficultatis expediendae modum nobis quidem ex male intellecta orationis prophe-

propheticae natura et indole profectum videri, post ea quae Excursu superiore pag. 1. notata fuerunt, non opus est, ut multis denuo profiteamur. Hoc unum tanquam consectarium, inde repetimus; si locus noster esse ex oraculorum propheticorum genere concedatur, quod omnes interpretes faciunt, ipsaque orationis sublimitas satis indicat (vid. ad loc. ipsum); sequi inde, neque hoc loco in singulis sententiis verbisque Apostoli, eventum, qui iis respondeat, operose qaerendum; sed sublimiori spiritui, qui in quolibet vaticinio est attendendus, nonnulla tribuenda; maxime vero de tempore, quo res praedictae eventurae dicuntur, nihil accuratius, quam Propheta ipse expressa oratione significandum existimaverit, esse constituendum.

Jam vero his ita constitutis quae ad loci interpretationem eam, quam ad locum ipsum proponere ipsi tentavimus, illustrandam aut confirmandam facere nonnihil posse videntur, his fere momentis complectimur.

I. *Fuit tempore Christi et Apostolorum communis omnibus Judaeis haec opinio, hic timor; evitari non posse, quin ante regni Messiae initia tremendas quasdam tum calamitates tum doctrinae morumque perversitatem experiantur.* Caussa ejus timoris non longius est repetenda. Latet in ipsa animi nostri natura, ut, quemadmodum in magna quadam, quae insperata nobis accidit, felicitate, futurae calamitatis procellam saepius divinare solet humana imbecillitas; ita vicissim insignem aliquam felicitatem non sine praecipiti gravium calamitatum timore exspectet.

Apud Judaeos vero hunc ab universa humana natura non alienum timorem mirifice adjuvit et confirmavit Oraculorum V. T. inprimisque vaticiniorum Danielis, auctoritas. Cum enim plura eorum, velut: quae cap. IX. *de abominabili desolatione*, cap. XII. *de insigni, eam nulla aliorum temporum calamitate comparanda miseria*, et v. 10. *de hominum tum superstitum impietate* praedicuntur, adhuc eventu destitui sibi persuaderent; non poterant Messiae adventum, sollennem illum, et cum rerum omnium fine conjunctum, ullo modo exspectare, nisi antea expressa illa oracula divina eventu confirmata animadvertissent. conf. loca scriptt. Judaicorum apud Schoettgen. Hor. hebr. II, p. 509 sqq. et Meuschenii N. T. illustratum p. 29. Hinc videmus, Jesum ipsum ad hanc eandem miseriam et improbitatem, tanquam unum idemque certissimum sollennis, quem Judaei exspectabant, adventus sui portentum ablegare discipulos Matth. XXIV; et hinc quoque factum, ut similiter Apostoli, qui eadem, tum ex oraculis V. T. tum ex ipsius Jesu Christi doctrina, tum haud dubie etiam singulari quadam spiritus divini, qui eos regebat, admonitione edocti erant, fere omnes, saltem Paullus, Petrus, Joannes et Judas, in comminanda insigni quadam ante adventum Christi extremum futura impietate tantopere consentirent. Unde etiam singula illa loca 1 Joh. II, 18. 2 Joh. v. 7. 1 Timoth. IV, 1. seq. 2 Timoth. III, 1. seq. 2 Petr. III, 3. seq. Jud. v. 18. una cum loco nostro *hactenus, quod vulgarem illam inter Judaeos et Christianos, de futura ex hominum improbitate oriunda calamitate,*

tate, persuasionem omnia referunt, magna invicem similitudine conjuncta esse, negari non potest; etsi in ipsa hujus impietatis diversorum locorum descriptione magna inesse potuit varietas, quam quidem aliunde repetendam esse postea monebitur.

II. *Tempus ipsum* της παρουσιας και επιφανειας *Jesu Christi, Apostolis non magis, quam caeteris Christianis, innotuisse videtur.* Quantum ex effato Christi Matth. XXIV, 36. *) certo, et ex pluribus Paulli epistolarum locis, inprimisque 1 Thess. IV, admodum probabiliter colligi potest, *de futuro Christi adventu* tantum hactenus sibi divinitus persuaserant, *tum* vere et indubitate, *tum* repente et subito venturum esse sollennem illum et extremum regni Messiae constituendi diem; sed quando ille futurus sit, num illa ipsa hominum aetate, an post multos demum sit seculorum decursus exspectandus, de eo expresso quidem oraculo divino non erant edocti; spem tamen in se aluisse, fore ut non longius absit hic sibi omnibusque bonis laetissimus dies, in Apostolis, Viris, tanto Messiae sui suaeque apud eum futurae olim felicitatis desiderio flagrantibus, quis quaeso mirabitur? estque praeterea evidens in hanc sententiam locus 2 Cor. 5, 2 sqq. **). Caeterum

 in

*) Cui loco etiam tum vis sua manet, cum de tempore excidii Hierosolymitani intelligitur. Quodsi enim de *hoc* nemini constitit, nisi Deo, quanto minus ulli homini, de *judicii extremi die* constitisse credendum?

**) Locus 2 Petr. III, 8 *primum* bis non repugnat; cum nihil eo contineatur, nisi hoc: *fieri posse*, (quid *probabile* sit, quid *optandum*, quid *sperandum* — non additur) ut adventus ille Christi extremus spe et opinione

in Christianorum institutione nihil ejusmodi, ne in errorem forte inducerent Christianos, profitebantur: sed quotiescunque in eam disputationem incidunt, spem Christianorum a *tempore* ad *felicitatem ipsam*, ejus *veritatem et praestantiam* deducere perpetuo student; cum vero de *tempore ipso* aliquid constituere vi quasi coguntur, nil amplius tamen scire se profitentur, nisi hoc unum: *ante adventum Christi extremum variam istam*, (quam modo commembravimus,) *errorum scelerumque contagionem calamitatumque pestem esse metuendam*: unde demum concludunt, non *adeo* propinquum diem illum futurum, quam ex multorum spe et opinione videatur. Ex nullo S. S. loco haec disputandi ratio magis apparet, quam ex nostro, quem tractamus, si cum 1 Thess. IV. conferatur. Quae enim eo loco de repente adfuturo Messiae adventu scripserat Apostolus, ea, ne interpretando in alienum sensum detorquerentur, epistola nostra ita planius exponit, ut ostendat: non ante de hoc adventu cogitari posse, quam

exstitisse

opinione Christianorum aliquanto longius differatur; *deinde*, si vel maxime, *Petrum* tempore eo, quo litteras has scriberet, (quod in *seriora* muneris Apostoli tempora, paullo ante mortem ejus, incidisse videtur) paullo aliter de tempore adventus Christi tum nondum exspectando sensisse, ex hoc loco effici possit, saltem ad *priora institutae religionis tempora*, inprimisque ad *Paullum* nihil haec attinent; propterea enim, quod *Petrus*, *paullo ante mortem* certiora de hac re edoctus erat, ideo *Paullo* etiam, *longo tempore antea*, similem ejusdem rei scientiam, quam ipse tamen variis locis sibi non inesse clare satis significavit, contigisse nulla ratione effici potest.

exstitisse viderint impietatem et calamitatem illam insignem, oraculis divinis longe antea Judaeis praedictam.

III. Similiter statuendum est, de eo si quaeramus, quid ratione impietatis et calamitatum ante παρȣσιαν Χρισȣ metuendarum novisse quid ignorasse Apostoli videantur: *certo* quidem ea omnia evenire debere, utique intelligebant, vid. No. 1. verum *quo tempore exstitura, quanto inprimis annorum spatio adventum Christi praegressura, quam diu denique duratura sint, ignoraverunt.* Unde factum, ut singulis iis quaestionibus parum utilibus indagandis non magnopere dediti, cum varia *magnae cujusdam improbitatis* genera inter Christianos deprehenderent, hanc ipsam improbitatem ad singularis istius praedictae impietatis initia referrent, ab ejusque contagione cavendum esse sedulo monerent. Itaque etiam loca ante enumerata, Paulli, Joannis, Petri et Judae, hactenus similitudine invicem convenire, ibi concessimus; enimvero, cum in diversis locis, diverso etiam tempore, in diversis ecclesiis Christianis errorum improbitatisque magna necessario deprehenderetur varietas, hinc facile intelligitur, undenam in ista locorum similitudine magna tamen etiam in ipsa hominum ejusmodi descriptione dissimilitudo deprehendatur. Nimirum, cum in ecclesiam Thessalonicensium, easque, ad quas Petrus et Judas scripserunt, insinuasse se animadverterent Apostoli non tantum morum quandam corruptelam, sed veram impietatem, religionisque omnis contemtum; in his epistolis, ea, quae de improbitate illa futura divinitus edocti erant, ad illam ipsam,

 quam

quam suo jam tempore in his ecclesiis oriri videbant, impietatem accommodabant Petrus 2 Ep. II et III, Judas v. 18, et loco nostro Paullus; vicissim, cum apud Ephesios aliud errorum genus ex hypocritica quadam et Christianae sanctiori virtuti adversa nonnullorum disciplina profectum animadvertisset idem Apostolus, hos ipsos *hypocritas*, ab istis *impiis* hominibus plane diversos, iisdem oraculis divinis significari contendit 1 Timoth. IV; Joannes denique, inter cujus discipulos nec fuisse videntur in Deum impii, nec vitae hypocriticae studiosi, sed de Jesu ejusque divina natura inique et blaspheme judicantes, eumque υἱὸν Θεοῦ s. Χριστὸν esse diffitentes, in his gravissimis et in servatorem impiis erroribus, partem vaticiniorum de erroribus ante adventum Christi in ecclesia exstituris jam eventum habere sibi certo persuadens; ab his τοῦ Ἀντιχρίστου erroribus suos sibi carissimos Christianos absterret 1 Ep. III. 2 Ep. v. 7. seq. Ex quibus omnibus tandem hoc sequitur, acta agi ab interpretibus iis, qui omnia ista N. T. loca interpretando ita conjungunt, ut alterum ex altero interpretari, erroresque v. c. Essenorum 1 Tim. IV. et impietatem ac improbitatem τοῦ ἀ. ἀ. loco nostro in uno eodemque hominum genere quaerere allaboraverunt. cf. ad loc. ipsum pag. 70. sqq.

IV. Denique, etsi παρουσίαν Χριστοῦ *extremum Christi adventum* intelligendum esse, loci omnis contextus, nostro sensu, necessario postulat (cf. ad loc. ipsum, item hoc ipso excursu p. .) tamen *excidium* etiam *Hierosolymorum gentisque*

tisque Judaicae exitium animo Apostoli non minus obversatum fuisse libenter concedimus. Neque vero ejus rei caussa, post ea quae modo disputata sunt, obscura amplius esse potest. Scimus, utrumque hoc miraculorum genus *vere et certo eventurum esse*, id utique edoctos fuisse Apostolos; *de tempore vero*, quo futura sint partim in Judaeos supplicia, partim regni sollennis cum fine mundi conjuncti initia, num utraque *uno eodemque tempore*, an vero alterum *post aliquot annos*, alterum *elapso demum multorum saeculorum spatio*, eventum habitura sint, omnino ignoraverunt. Unde facile fieri potuit, ut a desiderio propinqui adventus Christi sollennis ad ejusdem spem animo concipiendam delati, utrumque eventum sua quisque mente satis propinquo intervallo invicem conjungerent; quotiescunque tamen de alterutro dici coguntur, expressius de tempore nihil eos significare, ne falsa tradidisse Christianis videri possent, jam supra monuimus.

Superest jam, ut expositis iis, quae ad illustrandam interpretationem nostram addenda adhuc videbantur, praecipuas quasdam aliorum interpretum rationes enumeremus, et quid de qualibet sentiendum nobis videatur, breviter profiteamur. In his

I. nulla est inter Protestantes Theologos celebrior et a pluribus, iisque optimis interpretibus approbata, ratione hac: qua per τον ανθρωπον της ἁμαρτιας *Pontifices Romanos* et per τον κατεχοντα *Imperatores Romanos* intelligendos esse existimant. Copiosa disputatione expositam

 eam

eam vide a *Bensono in differt. singulari paraphrasi Epistolarum ad Thessalon. subjecta*, et qui hunc fere sequitur, Thom. *Newtono in der Abhandlung über die merkwürdig erfüllte Weissagungen 2ten Theil.* Quicquid ad eam ornandam ibi propositum fuit, his fere momentis continetur.

1, αποϛασια non tam est *idololatria*, quam *a puriore doctrina christiana discessus*; (non id quidem contra usum loquendi, *tum* enim apostolus ipse verbo αφιϛασθαι απο της πιϛεως similiter utitur 1 Tim. IV, 1. *tum* Alex. interpretes plura vocabula hebraea, quae non proprie *Idololatriam*, sed *improbitatem et nequitiam universam* significant, αποϛασιαν interpretari solere ipsi supra p. 72. monuimus).

2, numerus singularis in vocc. ανθρωπος της ἁμαρτιας et ὑιος της απωλειας non est de *uno certo quodam homine*, nec *generatim*, quod nos fecimus, de plurium, erroribus et scelere invicem similium, hominum genere verum de *munere quodam et dignitate, in quo plures sibi deinceps succedere solent*, qualem esse constat Pontificum Romanorum dignitatem, est intelligendus. Quod ut efficiat Bensonus, provocat, *tum* ad eum usum loquendi, omnibus fere linguis communem, quo in nominibus muneris et dignitatis singularia pro pluribus poni solent; cum dicimus v. c. *regem, imperatorem* caet. non unum certum quendam, sed plures eadem dignitate invicem succedentes declaraturi; *tum* ad similia loca V. T. quae eandem loquendi rationem confirment. (Enimvero utraque probandi ratio vereor ut a cupiditate liberis judicibus satis idonea videatur. Quae enim de illo usu loquendi disputantur,

tantur, in iis nulla profecto est loci nostri similitudo. Nam quod in nominibus iis, in quibus *muneris* et *dignitatis* vis quaedam inest, qualia sunt *regum*, *imperatorum*, *sacerdotum* — — fieri solere nemo diffitetur, idem ad ejusmodi etiam vocabula, quibus non *singulare quoddam munus* sed *vitia virtutesque universae* significantur, extendi posse nondum apparet; cujusmodi tamen sunt vocabula et phrases singulae, quibus locus noster omnis continetur; in formulis enim ipsis *ανθρωπος της ἁμαρτιας* — *υιος της απωλ.* — *αντικειμενος* — *ὑπεραιρομενος* — dignitatis et majestatis pontificiae ullum vestigium inesse nemo facile dixerit. Atque prorsus eadem ratio est locorum V. T. Deut. 17, 14-20. et 1 Sam. 8, 11. in quibus praeterea hoc accedit, quod loco utroque jura, non regis unius aut plurium, sed singulorum, ipsiusque regiae dignitatis, illo quidem loco ea, quae Moses regi Judaeorum concessit, hoc vero, qualia ex Orientis ingenio temporumque ruditate omnium populorum reges sibi vindicare solebant, describuntur. Quisquis igitur, horum locorum auctoritati innixus, per *ανθρ. της α.* Pontificem Romanum intellexisse Apostolum, sibi persuadet, is *ex eorundem saltem similitudine* omnes et singulos Pontifices Romanos ab initiis pontificiae sedis ad nostra usque tempora in eandem impietatem et nequitiam descendisse, satis inique, opinor, sibi persuadeat necesse est.)

3, *παντα λεγομενον θεον η σεβασμα* v. 4. non de *Deo* et *religione*, verum de *regibus* et *Imperatore Romano*

 inter-

interpretatur Bensonus; (etiam hoc, si quid video, nulla admodum probabili ratione. Reges enim in N. T. *Deos* appellari, exemplo certo a nemine confirmatum legimus; cum Joh. X, 34. ad Psalmi locum, (quo utique, ut in V. T. saepius, reges ita dicuntur,) respiciatur; et 1 Cor. VIII, 5. ad quem inprimis locum solet provocari, *τυς λεγομενυς Θευς* non *reges*, sed *Deos falsos* intelligendos esse, fere omnes interpretes, multi etiam eorum, qui loco nostro Bensonianam rationem sequuntur, v. c. *Zacharias* in paraphrasi ad h. l. consentiant. Per *σεβασμα* vero *Imperatorem Romanum* intelligere, quia *σεβαστοι* h. *augusti* solebant Caesares appellari, etiam durius videtur, cum ne unus quidem locus afferri possit, quo *σεβασμα* eo sensu, sive ex graeca sive ex hebraica ratione, dictum fuerit; contra vero vim eam vocabuli, qua *Deum*, sive *verum* sive *fictum*, significat, in litteris ss. saepius occurrere, ipsique adeo Paullo propriam esse, supra pag. 74. ostensum fuerit.) Et hac tamen interpretatione nituntur

4, ea, quae nunc satis copiose tum *de ecclesia christiana*, quam *τον ναον Θευ* interpretantur, tum *de fastu Pontificum Romanorum*, quo, omni regia et imperatoria majestate se superiores jactaverunt, copiose et fuse declamantur; (quae tamen omnia labente ista *τυ Θευ και σεβασματος* interpretatione simul corruunt. Deum ipsum enim summos Pontifices abnegasse, suamque potestatem *ipsa divina vi superiorem* vere existimasse et jactavisse, si unum iterumque alterum insanientium magis quam

impio-

impiorum, non tam Pontificum quam pontificiae sedis asseclarum, effatum exceperis, de summis Pontificibus *universis* aut *plurimis* cum aliqua veri similitudine vix dici poterit.) Jam vero

5, per το κατεχον et τον κατεχοντα, *Imperium Romanum* esse intelligendum, sic efficit *Bensonus*: *tum*, quod mirabili quodam consensu verba haec similiter jam intellexerint patres fere omnes antiquissimi; *tum*, quod de Pontificum Romanorum auctoritate everso imperio Romano (εκ μεσυ γενομενυ τυ κατεχοντος) vehementer aucta dubitari non posse existimant. (Verum, ut patrum in interpretandis litteris ss., inprimisque vaticiniis, auctoritas, si aliis argumentis interpretatio destituatur, non multum valet; ita hoc potissimum loco ad hujus patrum antiquissimorum in interpretando consensus *) origines ostendendas non opus est cum *Neutono* inprimis ad *traditionem quandam apostolicam* confugiamus, cum ex locis *Irenaei* **) et *Tertulliani* ***) clarum sit, non *tam loco nostro primum* *inve-*

*) Sunt vero etiam inter patres, qui suo jam tempore illam interpretationem non probaverunt, inprimis *Theodoretus* ad h. l. (Opp. T. III. p. 533. ed. Ven. Noesselti), τινες το κατεχον την ῥωμαϊκην ενοησαν βασιλειαν, τινες δε την χαριν τυ πνευματος — αλλα την ῥωμαϊκην βασιλειαν υχ' ετερα διαδεξεται βασιλεια, δια γαρ τυ τεταρτυ θηριυ και ὁ θειοτατος Δανιηλ την ῥωμαϊκην ηνιξατο βασιλειαν. Ουδετερον τυτων οιμαι φαναι τον θειον Αποςολον.

**) Adv. Haeres. Lib. V. cap. 25. 29. 30.

***) De Resurrect. carnis c. 24. Opp. T. III. p. 258. ed. Semleri. Quis sit is, qui retinet, nisi Romanus status, cujus abscessio in decem reges dispersa Antichristi superducet. —

inveniſſe Patres Imperatorem Romanum, quam *ex locis Danielis* inprimisque *Apocalypſeos XIII* et *XVII*, quae ſingula, cum pluribus N. T. locis, de eodem vaticinio, de uno eodemque Antichriſto, interpretabantur, *in hunc locum transtuliſſe*. Quae vero *de vi Pontificum per everſum imperium Rom aucta* porro diſputantur ab interpretibus, vereor ne vage admodum et ambigue dicta, ſi paullo accuratius exquirantur, vim omnem amittant. Nimirum res omnis redit eo, ut planius, quam vulgo ad hunc locum fieri ſolet, explicetur, quid per *interitum imperii Romani* intelligi velint, cum in *eo* rationem poteſtatis pontificum auctae reperiunt. Quod ſi tempora ea intelliguntur, quibus ſec. V. exeunte ſub *Odoacro* Heruli, et poſt eos ſub *Theodorico* Gothi orientales in Italia rebus potiti imperatores Romanos ejecerunt — nam eo usque ſaltem imperium Romanum, etſi ſatis infirmum, nondum interiiſſe dicendum — vere quidem hic imperatoris Romani *nomen* ad tempus interiit, attamen tum *dignitas ipſa* in Gothorum reges ſucceſſit, quibus Epiſcopi Romani, ut antea Imperatoribus, obſequium praeſtitere; tum vero tempus hoc ipſum imperii Gothorum in Italia non profecto illud eſt, quo ſumma Pontif. Rom. et impietas et in principes terrarum hominesque omnes tyrannis ſe *inprimis* retexerit. Poſt Gothos vero a *Narſete* ex Italia expulſos, ſcimus
a. 554. regnum Italiae denuo veniſſe ad Imperatorem Conſtantinopolitanum; *ὁ κατεχων* igitur, ſi imperator Romanus eſt intelligendus, eo tempore nondum *ἐκ μεσου ἐγενετο*. Ipſis
a. 558. porro Longobardis in ſuperiore Italia regnantibus, reli-

qua

qua Italia cum urbe Romana ad imperatorem Graecum pertinebat; nec antea Graecorum imperatorum auctoritas et vis in Episcopos Romanos desiit, quam cum sec. VIII. a. 755.
a Pipino Exarchatu donati edictis imperatorum de imaginibus ex templis removendis Episcopi Roman. se opponerent. Tum utique potestati imperatoris sensim magis magisque se subtrahere coeperunt Pontifices; quod ipsum tamen, stante imperio Romano Orientali, quomodo dici possit: τον κατεχοντα εκ μεσȣ γενεσθαι, non video. Neque haec licentia Episcoporum Rom. qua imperatorum edicta eludebant, diu duravit, cum ineunte sec. IX. imperium Rom. ad *Carolum M.* venisset, cujus supremae vi etiam episcopos Romanos obsequi debuisse constat. Et quamvis deinde post *Caroli* discessum sub regibus Carolingicis et deinde sub imperatoribus Germanicis miro modo pontif. Rom. potestas aucta fuit, tamen id non ideo accidit, quia nulli erant imperatores Romani; erant utique, et omnibus seculis nonnulli eorum supremam in episcopos potestatem, ab antecessoribus amissam, sibi denuo vindicabant; sed ratio quaerenda erat in eo, quod plerique imperatorum infirmi adeo et superstitione capti erant, ut pontificum imperio, partim superstitione impulsi, partim infirmitatis sensu coacti se submitterent. Et ita quidem nullam dubitationem habet, pontifices, Imperatorum partim superstitiosa liberalitate, partim infirmitate et stupore, partim etiam ex urbe Romana discessu abusos, ad eam tyrannidis vim suam dignitatem sensim sensimque evexisse; haec vero singula quomodo ea phrasi τον κατε-

χοντα

χοντα δει πρωτον εκ μεσου γενεσθαι exprimi ab Apostolo potuerint, me non intelligere candide fateor. *) Denique

6, magnopere laborat *Bensonus*, ut, quae περι του μυστηριου της ανομιας jam tempore Apostoli ενεργουμενου v. 7. monentur, ad Pontificiorum errorum origines referre possit. Unde *primum* ponit hoc: quae 1 Timoth. IV, 1. seq. de falsis christianorum doctoribus ab Apostolo dicuntur, iisdem haec erroribus contineri, qui loco nostro ἡ αποστασια, ὁ του ανθρ. της ἁμαρτ. ανομια dicantur, utrumque igitur locum *de eodem hominum genere* esse interpretan-

*) Opposuit his, quae jam anno LXXVI alio loco proposita a me fuerant, vir quidam doctus idemque multis nominibus mihi colendus, in Ephemeridum Lipsiensium ejusdem anni plagula 90ma: *male intellectam a me videri hanc interpretum istorum rationem, qua τo κατεχον de imperio Romano interpretantur; cum illi non imperium Romanum per se, idque sensu politico, sed eam tantum imperii conditionem, qua episcoporum Christianorum vim et potestatem circumscribere et poterat et debebat, h. quoad imperatores ipsi ethnici erant, ethnicorumque religionum defensores et tutores, intelligere sint existimandi.* Enimvero, quod pace Viri optimi et humanissimi profiteri nunc liceat; 1, vel Bensonum vel ullum Protestantium Theologorum interpretem, quem quidem legendo cognoverim, *isto sensu* imperium Rom. h. l. accepisse, ne adhuc quidem reperire potui. 2, Etiamsi hanc ipsam rationem probaveris, ne tum quidem quomodo episcopi τῳ μυστηριῳ της ανομιας molimina quaedam jam tum Apostoli tempore jecisse, atque, ne illa apertius altiusque exsurgerent, ab Ethnicis imperatoribus impediti fuisse dici possint, mihi apparet. Denique 3, omnis sententia haec: *Ethnicae religiones pereunt*, l. *imperatores sacra Christianorum amplectuntur*, quomodo tandem sic ab Apostolo exprimi potuerit: ὁ κατεχων εκ ΜΕΣΟΥ ΕΓΕΝΕΤΟ, nulla ratione intelligo.

pretandum; deinde vero, cum in istis erroribus 1 Timoth. IV. commemoratis Pontificiorum cum Essenis quaedam similitudo animadvertatur, continuo, eosdem ab Essenis ad Pontifices traditione venisse, contendit. (Enimvero, quae primum de similitudine locorum nostri et 1 Tim. IV. disputantur, *tum* omni certa et idonea ratione carent; — cur enim in diversis ad diversos homines scriptis epistolis non de diverso errorum in ecclesia olim exstituro genere exponi potuit? — *tum* etiam adversum sibi habent hoc, quod in ipsa της αποστασιας descriptione magna utriusque loci dissimilitudo clare satis apparet; cum loco altero *errores* tantum, a puriore Christi doctrina alieni, hoc vero nostro non tam *errores* describantur, quam *summa impietas omnisque religionis contemtus*, vel saltem ex *Bensoni* interpretatione *incredibilis quaedam in terrarum dominos arrogantia et tyrannis;* quae utraque quomodo jam tempore Apostolorum in Essenorum disciplina et erroribus et superstitionibus clanculum latuerit non apparet. *) Deinde vero, si vel maxime ista locorum similitudo concedatur, ex errorum diversis temporibus inter diversissima hominum genera gliscentium quadam similitudine quo tandem jure ad easdem utrorumque origines concludetur? Verum est, Essenos severiorem quandam disciplinam affectantes a connubiis certisque ciborum generibus abstinuisse; abstinere jubet iisdem Pontificiorum disciplina; sed ideo ab Essenis Pontificios hanc disciplinae severitatem,

*) conf. quae monita fuerunt pag. 117. sqq.

tem, ad quam humani ingenii in religionibus ſibi excogitandis infirmitas omni tempore, ſua ſponte, non auctoribus aliis, tam facile delabi poteſt, accepiſſe, qua tandem veriſimilitudine dixeris?

Et haec quidem ſunt argumenta, quae pro vulgari hac plerorumque interpretum ratione ſolent afferri, adjunctis difficultatibus iis, quas moveri contra ea non temere poſſe arbitrabamur. Quibus omnibus hoc unum adjungimus: nullo modo convenire videri in eandem interpretationem ea, quae v. 11 et 12. ſectatoribus τȣ ανϑρ. τη αμ. gravia et infauſta Apoſtolus comminatur. *Sunt*, inquit, *απολλυμενοι perditi homines, quos ad omnem impietatem et fraudem ideo Deus abjecit, quod improbitati delectati veram Chriſti doctrinam reſpuerant.* Quas quidem in populum illum Chriſtianum, qui Pontificum Romanorum ſacra ſequitur, eorumque tyrannidi paret, transferre, duriſſimum profecto, et ab omni amoris et humanitatis ſenſu magnopere alienum videtur, nec multi interpretum eorum, qui illam interpretationem ſuam fecerunt, in interpretando eo usque proceſſiſſe, ſed plerosque eorum hanc orationis Paullinae partem prorſus ſilentio praeteriiſſe animadvertimus.

II. Poſt hanc plerisque Proteſtantium Theologis communem interpretandi rationem nulli plures defenſores contigerunt, quam ei, quae locum omnem *tantum ad everſionem Hieroſolymorum*, et *αποςασιαν* ejusmodi, qualem hanc praegreſſam fuiſſe hiſtoria doceat, referri jubet. Q

eai

eam inprimis ornarunt, ſunt inter alios *Hammondus* et *Schoettgenius*, hi ipſi tamen tantum in interpretanda formula παρȣσιας κυριȣ de *Hieroſolymorum excidio* conſentientes, in caeteris omnibus toto genere invicem diverſi. Ratio ipſa, quanta fieri potuit brevitate excerpta, et quodammodo dijudicata, haec eſt:

1. quod modo diximus, uterque, Hamm. et Schoettg. παρȣσιαν τȣ κυριȣ et v. 2. ἡμεραν τȣ Χριςȣ *adventum Chriſti ad ſupplicium de Judaeis ſumendum* interpretantur; (nullo tamen, quantum video, iſtiusmodi ſignificationis certo exemplo propoſito. Ad quae enim provocant N. T. loca velut Matth. 24, 3. Jac. 1, 7 8. haec ſingula ita ſaltem ſunt comparata, ut ab interpretibus multis, iisque profecto non indoctis uſusque loquendi non imperitis, velut Grotio, Clerico aliis, in contrariam ſententiam de *adventu Chriſti extremo* explicentur. Accedit, quod negare non poteſt ipſe Hammondus, in 1 Epiſt. IV, 15. παρȣσιαν κυριȣ dici haud dubie judicium extremum; unde, cum in hac altera, verbis plane iisdem, ſine ullo mutatae ſignificationis indicio, Apoſtolus utatur, etiam hic *de eodem adventu* cogitandum eſſe ſatis apparet. Nam, quod idem Hammondus, ut hujusmodi argumentum eluderet, in priore etiam Epiſtola capitis 5ti initium ad *eundem Judaeis fatalem Chriſti adventum* referre non dubitavit, id quam ſine omni ratione et contra omnem loci contextum fecerit, pro ſuo quisque ſenſu judicet ipſe.)

2. iterum uterque, *επισυναγωγην επι χριςον de accessione ad Christum, ut in ejus regno sollenni sperata felicitate fruaris*, explicari non patiuntur; sed Hammondus *majorem in coetibus Christianis ad Christum colendum institutis coëundi libertatem;* Schoettgenius contra *insigniorem tutelam, qua post eversa Hierosolyma sub Christi imperio ecclesia fruitura sit*, intelligunt; ille quidem, suam rationem illustrari et firmari posse existimans comparandis locis 2 Maccab. 2, 7. Hebr. 10, 25. quibus *επισυναγωγη* de *coetu, conventu* dicatur; hic coll. Matth. 23, 37. quo Jesus voluisse se Judaeos *επισυναγωγειν ὡς ορνις τα νοσσια ὑπο τας πτερυγας* profitetur. (Verum 1, ut *επισυναγωγην* de *coetu* dici posse nemo dubitat, sic probare debuisset Hammondus, partim *libertatis* in coetibus ss. instituendis notionem inesse voci *επισυναγωγης*; partim *επισυναγωγην* ΕΠΙ *χριςον* significare posse concionem *ad Christum colendum institutam;* ex omni enim linguae usu *επισυναγωγη επι τινα* nihil aliud significare potest nisi: *concionem, quae fit apud aliquem, ut, qui convenerint, sint, vivant, versentur cum eo.* cf. Matth. 25, 31. 2, Locus Matthaei *ipsam illam felicitatem in regno Messiae paratam*, ad quam ut adduceret Jesus Judaeos, in has terras venerat, symbolice exprimit; quodsi vero etiam simpliciter *tutelae* notionem ibi esse quaerendam conceditur, tamen ex contextu tali, quo propter pullorum sub alis gallinae *επισυνηγμενων* similitudinem hoc *verbo επισυναγωγειν* Jesus usus fuisse videtur, quicquam ad notionem *nominis επισυναγωγης*, nullo tali contextu positi,

consti-

constituendam transferri non potest. Accedit, quod nemo profecto interpretum eorum, qui Schoettgenianam rationem probant, diffitebitur, etiam ante Hierosolyma eversa singularem Christi tutelam non defuisse Christianis; unde sequeretur, *aut* promitti hic Thessalonicensibus beneficium tale, quale diu jam experti fuerant, et etiamnum experiebantur, aut in voce επισυναγωγης non *tutelae* simpliciter sed *excellentioris*, *insignioris*, *potentioris* cujusdam tutelae notionem contineri; quod an usu loquendi probari possit, judicent alii.)

3. Hammondo propria est αποςασιας de *Christianorum ad Gnosticos defectione*, fraudibus inprimis Simonis Magi excitata et perfecta, interpretatio. (Sed, haeret Hammondus in etymo απο et ςασια, 2. comparat locum nostri plane dissimilem (vid. pag. 118.) 1 Timoth. 4, 1. et in utroque eandem rem describi temere sumit, denique 3, ex Justini Martyris, Irenaei, Epiphanii, scriptorum in hac re non admodum locupletum, de Simone Mago narratiunculis arripit, quaecunque obveniunt; ut, quae de summa ανθρωπε της ἁμαρτιας impietate Apostolus praedixerat, aliquo modo cadere in hunc Simonem videri possint.) Schoettgenius contra αποςασιαν *rebellionem Judaeorum, qua auctoribus Pharisaeis et Rabbinis deficere a Rom. imperio instituerunt;* τον ανθρωπον της ἁμαρτιας vero *ipsos Pharisaeos et Rabbinos* interpretatur, (*illud* quidem propterea parum probabiliter, quod ανομια et αποςασια sunt loco nostro Synonyma, ανομια vero

 per

per se, nulla formula alia adjuncta, non facile de civium rebellione dici posse videtur; *hoc* fere cum nostra ratione consentienter.)

4. το κατεχον Hammondus interpretatur de eo: *quod Christiani, inprimisque Apostoli, pacem adhuc colebant cum Judaeis, nondum ad Ethnicos digressi, ritusque Mosaicos nonnullos observabant Judaeorum caussa.* (Sed ut praeteream hoc: falso dici Apostolos tum nondum a Judaeis transiisse ad gentes: cum Paullus saltem diu transiisset. cf. Act. 13, 46. Gal. 2, 9 et rituum Mosaicorum fere nullam rationem haberet. cf. totam Epistolam ad Galatas; de reliquis Apostolis vero, an omnino a Judaeis ad gentes transierint, nihil constet; -- nec moneam illud, sequi inde, Apostolum semet ipsum caeterosque Apostolos hujus impietatis, inprimis quod illa *latius patere magisque aperte se prodere* coeperit, vere auctores facere, cum, nisi ipsi secessissent a Judaeis, eadem impietas circulis augustis conclusa latuisset, forte etiam in primis initiis exstincta evanuisset -- hoc unum cogitari velim, quomodo *ista Apostolorum a Judaeis secessio* formula hac: ὁ κατεχων εκ μεσυ γενηθησεται exprimi ab Apostolo potuerit. Sensit hoc Hammondus ipse, ideoque ut elaberetur, sub ὁ κατεχων, νομον intelligendum existimavit, quae ratio confutatione profecto non indigebit.) Multo candidius utique Schoettgenius, quis sit ὁ κατεχων, nescire se confitetur; etsi hac conjectura utitur: *Christianos fortasse esse, qui precibus suis excidium urbis aliquamdiu distulisse dicuntur, donec oraculo*

oraculo admoniti Hierosolyma abirent, et Pellam secederent. (Sed obstat conjecturae, si nihil aliud, numerus saltem singularis ὁ κατεχων, neque enim ad ανθρωπον της ἁμαρτιας hic provocari ulla cum veri similitudine potest. cum versus 3 et 4. similiterque 8 sqq. oratione prophetica ipsum aliquod oraculum antiquum referant, contra vero versum 5 et 6, ut reliquam omnem epistolam, stilo simplici maximeque familiari procedere quisque videat.)

III. *Clericus* in notis ad Hammondum, quem ibi diligentissime refutat, omnino quidem nihil ipse habere confitetur, quod certum et exploratum proferre possit, inclinat tamen eo, ut cum Schoettgenio αποστασιαν *defectionem Judaeorum a Romanis* (etsi haec proprie αποστασις non αποστασια dicenda esset) ανθρωπον της ἁμαρτιας vero *ipsos rebelles Judaeos* interpretetur. Inprimis vero inter hos eximium quendam eorum ducem *Simonem Giorae filium* (vid. Joseph. B. J. l. II. ad fin.) indicari suspicatur, qui primum in Acrabatena toparchia collectis latronibus tyrannum egit, occultius tamen; donec tandem, conculcata procerum Judaicae gentis auctoritate, in ipsis Hierosolymis divina omnia humanaque jura violaret; το κατεχον vero partim de *auctoritate procerum Judaeorum* partim de *metu exercituum Romanorum* interpretatur, ideoque in masculino ὁ κατεχων, ut Schoettgenius, *viros plures*, nempe hinc *praesidem Romanum*, illinc *proceres Judaeos ipsos, regem Agrippam, Pontifices plurimos* et s. p. intelligendos arbitratur. (De cujus sententiae

 singu-

singulis fere partibus, judicandi locus jam datus est ad rationem Hammondi et Schoettgenii. Addimus tantum hoc, omnino rationem hanc de Judaeorum Palaestinensium a Romanis defectione vel eatenus improbabilem videri, quod, cur haec potissimum Thessalonicensibus, iisque maximam partem non e Judaeis sed e gentibus Christianis, ab Apostolo scribantur, nulla prorsus ratio apparet.)

Restant duae interpretationes, sed ita comparatae, ut, nisi nomen auctoris quod prae se ferunt, eas commendaret, ne commemorandae quidem viderentur. Nihil igitur etiam in iis proferendis, ut judicium fieri de iis possit, agere necesse erit, nisi ut sententias ipsas ipsis auctorum verbis expressas transscribamus. Una earum est

IV. *Wetstenii* haec: αποςασια *rebellio et caedes 3 principum, qui ante Vespasianum ab exercitibus Romanis imperatores proclamati fuerant.* ὁ ανθρωπος της ἁμαρτιας - - Θεε *Titus imperator domusque Flavia.* idque propterea, quod a Josepho in B. Jud. VI, 6. 1. Romani, interea dum templum conflagraret, statuas Deorum in templum introduxisse, ibi victimas obtulisse, et Titum inter perpetuas populi acclamationes αυτοκρατορα proclamavisse perhibentur. Ejusdem *ανομιας μυςηριον jam latuit tempore Pauli;* nam Suetonius c. 4. ait circa illud tempus eum triumphalia accepisse et jam sub Cajo in spem imperii venisse. ὁ κατεχων vero est *Nero jam tum adoptatus.* (belle profecto Titus et Nero ita invicem opponuntur, ut ille quidem, alias imperatorum Romanorum decus,

decus, loco nostro ὁ ανθρωπος της ἁμαρτιας, ὁ ανομος et f. p. Nero contra, humani generis flagitium, idemque is, cujus imperio Paullus tandem capite plectebatur, ὁ κατέχων την ανομιαν ab Apostolo habitus dicatur.) Porro comminationes Ap. v. 8. propositae *in Tito eventum insignem habuerunt.* Nam apud Suetonium c. 10. suspexisse dicitur Titus coelum multumque conquestus, eripi sibi vitam immerenti. Tandem, quae de artibus Satanicis v. 9. commemoraverat Ap. propter locum Taciti Hist. 2, 2. *aptissime in Titum transferri* possunt; cum ibi Titus in templo Paphiae Veneris de navigatione, suarumque rerum fortuna, caesis compluribus hostiis, Deam consuluisse ab eaque futura edoctus fuisse narretur. - - Caeterum, quam παρυσιαν χριςυ intellexerit Wetstenius, diserte non exposuit, attamen tum ex interpretatione ipsa, tum ex locis 2 Macc. 2, 7. Hebr. 10, 5. ad verbum επισυναγωγης illustrandum allatis in Hammondi sententiam eum discessisse, satis apparet. Denique ex ratione altera

V. *Grotius* per παρυσιαν χ. tum *supplicium in Judaeos*, tum, quia de intervallo inter excidium Hierosol. et extremum Christi adventum futuro non innotescebat Apostolo, etiam *hunc* exprimi concedit; ανθρωπον της ἁ. vero facit *Cajum Caesarem*, *ejusque impietatem et nequitiam summam την αποςασιαν, quae eadem*, suadentibus Helicone aliisque Aegyptiis nebulonibus, *jam in arcano se praeparabat* (το μυςηριον της ανομιας ηδη ενεργειται); τον κατεχοντα vero *Vitellium, Syriae et Judaeae procuratorem,*

ratorem, *Judaeis faventem*; post cujus *discessum demum e Judaea* (ἑως ἐκ μεσȣ γενηται) ingenium Cajus erat denudaturus. Hanc vero de Cajo narrationem desinere in v. 7 no. versu 8vo autem aliam de re plane alia incipere arbitratur (haud dubie, quia, quae de miraculis falsis v. 9. traduntur, non convenire in Cajum Caesarem intelligebat) nempe de *Simone Mago*, quem τον ανομον, (diversum ab eo, de cujus ανομια v. 7. traditum fuerat) intelligit et de quo eodem, plane secundum rationem Hammondi, caetera omnia interpretatur. (Quid de hac posteriori interpretationis parte judicandum sit, professi sumus supra ad no. II. 3. De Cajo autem quae dicuntur, vel cogitanda hac una re evanescunt, epistolam nostram fere 12 annis post Caji mortem scriptam fuisse vid. Prolegom. Sensit hoc Grotius ipse, ideoque in interpretationis praesidium proposuit conjecturam hanc: scriptam videri epistolam prius, quam ad Thessalonicenses Apostolus venisset, nempe ad Christianos eos, quibuscum in Syria versatus fuerat, qnique ex Syria in Macedoniam forte se receperant. Sed deest conjecturae, eidemque in hypotheseos gratiam susceptae, fides et praesidium, ex historiarum monumentis repetitum, omne.)